
3 2044 010 234 474



VALERII MAXIMI

FACTORVM ET DICTORVM MEMORABILIVM

LIBRI NOVEM.

CVM IVLII PARIDIS

ET IANVARII NEPOTIANI

EPITOMIS

ITERVM RECENSVIT


CAROLVS KEMPF.



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLXXXVIII.



LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

Valerii Maximi factorum et dictorum memorabilium libros ut post triginta quattuor annos iterum ederem causae me commouerunt complures. ac primum quidem animaduerti ne Caroli quidem Halmii cura, quamquam uir ille doctissimus et de litteris optime meritus multa, de quibus restituendis ipse desperaueram, feliciore coniectura sanauit, aut quae minus recte constitueram subtiliore iudicio emendauit, eam huic operi formam esse redditam, quae debebat et poterat accuratius et diligentius excussis ueteris scripturae testibus.

Me ipsum fateor, cum Bernae codicem praestantissimum adulescens necdum in legendis ueterum scriptorum libris manuscriptis exercitatus, praeterea temporis angustiis pressus totum conferrem, non nulla adnotatu digna praetermisisse, alia aut oculis deceptum aut non discreta uetustioris librarii manu ab emendatore paulo recentiore parum recte enotasse. quam meam neglegentiam cum in praefatione editionis suae obiurgasset atque acrius castigasset, me monitum ab amicis Bernensibus non omnia, quae mihi obiecisset, merito esse obiecta, atque omnino ne ipsum quidem Halmium recte omnia de codice Bernensi retulisse, summum cepit desiderium denuo totum illum librum conferendi et accuratissime peruestigandi. id ut mihi contingeret factum est uoluntate et obsequio uirorum humanissimorum, qui tum bibliothecae Bernensi praeerant: illi enim roganti mihi promptissimo animo codicem Berolinum transmiserunt, ut, quoad uellem, uterer. nec inuitus hoc munere ita functus sum, ut per singulas dein-

ceps paginas diligentissime enotarem quae a contextu editionis Halmianae discreparent, deinde collatis uariis lectionibus ab Halmio operi suo subiectis quaecumque ab Halmii notis discederent denuo consulto codice examinarem et uter nostrum rectius legisset accurate perpenderem, denique, si quando quid ambiguum uidebatur aut in uetere scriptura aut in discernendis uariis librariorum manibus, ad amicorum peritissimorum iudicium prouocarem. qua mea opera id me consecutum esse confido, ut de huius quidem libri testimonio dubitari iam non posse uideatur, nisi sicubi ipse ambiguam esse scripturam significaui.

Neque frustra id me negotii suscepisse uideo, cum plures quam suspicatus eram ab Halmio animaduerterim commissos esse errores. in quo praecipue mirabar qui accidere id potuerit homini in legendis ueterum scriptorum libris uersatissimo, praesertim cum primarium illum codicem Monachium secum perlatum domi habuerit, dum ipsius exemplar Valerii typis esset expressum. non uitupero quod consulto praetermisit multa leuiora et manifesta primae manus menda, quae alia manu iam correcta sunt in cod. A — reuocaui enim eandem libri Bernensis notam, qua in maiore editione usus eram, quoniam B mihi est cod. Vindobonensis, cum codice Berolinensi C optimus inter recentiores — sed cum adicit (p. XXI): '*his exceptis si quid in his rebus contra Bernensis testimonium mutandum putaui, in commentario critico adnotatum est,*' uideamus iam num huius constantiae asseuerationi fides possit haberi. certe 2, 6. 5 (p. 76, 14 meae ed.) non debebat praetermittere cod. A tradere *caperet̃*, quod ipsum etiam in Laurentiano (L) extat. — nec ibid. 7. 6 (p. 85, 22) tacite *ab lictore* mutandum erat in *a lictore* aut 3, 8. 6 (p. 156, 22) *ab tribuno* in *a tribuno*. — commemorandum saltem erat 2, 8. init. (p. 93, 9) in A scriptum esse *a paruulo* (corr. *la*) *romuli casa,* non *e paruula*. — in loco conclamato 4, 3. 4 (p. 179, 7) non recte si-

lentio praeteriit primae manus scripturam *uacuit* (sic etiam L): ipse enim recte iudicat p. XVIII nihil prorsus, quod cod. primarius habeat, praesertim cum agatur de loco corrupto, critico omittendum esse. non adnotauit 5, 1. init. (p. 215, 8) primam manum exhibere *procurrere*, nec 5, 2. 7 (p. 230, 11) sine ulla litura in A legi *ne hac re*, nec 5, 10. ext. 2 (p. 269, 29) *audiit*, non *audiuit*. — 7, 3. 7 (p. 338, 3) commemorandum certe erat cod. A tradere *in alterum*, quod L quoque habet. — in eisdem codicibus 9, 4. ext. 1 (p. 440, 18) legitur *Cyprorum*, quod in A quoque extare non commemorauit. ac ne semper minutas res persequi insistam, 9, 2. 1 (p. 428, 28) non uidit prima codicis A manu liquide scriptum fuisse *nomen adserendum putauit*, quod utique recipiendum erat pro inepta plane alterius librarii scriptura *adsequendum*. atque confirmatur eadem lectio Laurentiano.

In orthographicis quoque quas uocant rebus aliter atque promiserat multa contra Bernensis testimonium mutauit nulla scripturae uarietate notis inserta: nam, ut pauca ex multis eligam exempla, poterat commemorare 1, 1. 1 (p. 3, 1) codicem A tradere *caliphoenā*, non *calliph*., et montis Leti nomen 1, 5. 9 (p. 24, 14 et 16) bis *laetum* scribi. — Messallae nomen 2, 4. 2 (p. 68, 11) et 2, 9. 9 (p. 102, 16) simplici *l* in A exarari refert; at 5, 9. 2 (p. 266, 11) et 9, 14. 5 (p. 468, 7), ubi eodem modo exaratur, nihil adnotauit, ut quiuis coniciat in cod. duplicatam esse eam litteram. — in Ptolemaei nomine aspernatur *o* uocalem in altera syllaba, quamquam eam optimis quibusque ueterum scriptorum codicibus testatam esse docuerunt C. Keil in Mus. Rhen. XVIII p. 268 et Fleckeisen in ann. 1866 p. 4. 5. Brambach Lat. Orth. p. 105. citat quidem 1, 8. 9 (p. 49, 8) *ptolomei* addens sic plerumque esse in codice A, citat eandem scripturam 4, 3. 9 (p. 182, 13 et 23), non recte refert 5, 1. 1 f. (p. 217, 10) in A legi *phtolomaeus*. quis est quin inde colligat reliquis locis 6, 4. 3 (p. 293, 22); 8, 9. ext. 3 (p. 397, 28); 9, 1. ext. 5 (p. 426, 12); 2. ext. 5

(p. 432, 3); 4. ext. 1 (p. 440, 17) consentire Bernensis testimonium cum Halmii lectione? sed A constanter ibi *o* uocalem in altera syllaba tuetur. ac ne illud quidem silentio transeundum erat 6, 6. 1 (p. 302, 23) in A legi *ptolęmeus* ut 6, 4. 3 (p. 293, 11) et deinde (p. 303, 7) *ptolemeo,* in Vaticano Paridis *ptolomaeus.* etiam 1, 6. 12 (p. 31, 12) in Bernensi fortasse cum Paride olim legebatur *ptolomaidae,* neque enim, ut Halmius refert, solum litt. *dae* in ras. scriptae sunt, sed etiam litt. *lemai,* quae uersus spatium excedunt, aperte alteram manum produnt. atque hanc quidem in nominibus propriis reliquit scripturae ambiguitatem, similem in aliis uocibus. non uitupero quod *umerum* constanter sine aspiratione posuit etiam repugnante codice. sed cum 2, 8. 5 (p. 96, 10) in notis docet: '*humeris h. l. cod.*', nemo non adducetur in eam opinionem ut putet, ubi nihil adnotatum sit ab Halmio, abesse aspirationem, cum tamen res longe aliter se habeat. cf. apparatum nostrum criticum ad pp. 169, 2; 328, 25; 463, 4. idem profecto non debebat 9, 12. ext. 8 (p. 462, 21) edere *succo,* cum Bernensis luculenter exhibeat *suco.* — 3, 4. 2 (p. 135, 21) tacitus edidit *finitumis* procul dubio id in Bernensi extare ratus, qui tamen aperte exhibet *finittimis.* in aliis quoque minutis rebus raro aut numquam commemorauit discrepantem a suo contextu uerborum libri Bernensis scripturam: nam illum codicem paucis locis exceptis *aliquandiu,* non *aliquamdiu* tradere nemo ex Halmii apparatu cognoscere potest. perfectum *rettulit* constanter nulla adiecta lectionis uarietate duplici *t* scriptum edidit, quod non improbo. sed eadem constantia in utroque antiquissimo libro simplici *t* exaratur, nec deerunt quorum id scire intersit.

Ad idem genus pertinere mihi uidetur discrimen quod intercedit inter pronomina demonstratiua *hic* et *is,* quae in datiuo et ablatiuo plurali ante relatiua posita saepissime uel in optimis libris confundi nemo est quin sciat. Halmius tamen saepenumero

manifestam archetypi scripturam sine ulla causa spreuit ac repudiauit, uelut 2, 7. 10 (p. 88, 7); 3, 8. 2 (p. 154, 16); 4, 1. 7 (p. 165, 8); 4, 4. 11 (p. 193, 5), ubi longe praestat *hisque;* 5, 2. 1 (p. 228, 8); 5, 6. ext. 1 (p. 257, 22), ubi A et Par. tuentur *his;* 6, 6. 5 (p. 304, 14); 7, 6. 3 (p. 355, 13); 8, 2. 1 (p. 375, 14); 8, 3. 3 (p. 379, 10); 8, 14. 6 (p. 411, 16); 9, 10. 2 (p. 452, 9). atque his locis notauit saltem codicis discrepantes lectiones, quod ipsum facere neglexit 2, 7. 15 (p. 91, 1), ubi ne minima quidem causa erat decedendi a Bernensi et Paridis Vaticano codicibus. quid, quod eandem scripturam, quam hoc loco in ipso Valerio mutandam censuit, intactam seruauit in Paride? adde 4, 4. 7 (p. 190, 18), ubi A Par. *ex his* habent. cf. praeterea 5, 10. ext. 1 (p. 269, 14); 9, 10. ext. 2 (p. 453, 1). iam uero qui haec, quae supra retuli, non toleranda iudicauit, qui is poterat idem pronomen ferre 1, 1. 15 (p. 8, 18); 1, 1. ext. 3 (p. 12, 24); 2, 10. 1 (p. 103, 14); 3, 2. 6 (p. 113, 26); 3, 3. 1 (p. 129, 22); 5, 3. ext. 3 (p. 241, 7) uel permultis aliis locis? quae doctissimi uiri inconstantia atque fluctuatio satis declarat quam anceps sit de horum pronominum usu iudicium. ac mihi quidem uidetur alterum illud pronomen ab altero non tanto notionis ac potestatis discrimine seiunctum esse, quantum sentimus, cum nos nostra usi lingua discernimus pronomina *dieser* et *der* (= *derjenige*): recte enim latine effertur *hinc cognosci potest, quod — custodiebant* pro *eo* uel *inde* 2, 2. 2 (p. 62, 11) et *quo magis — hoc certius* pro *eo certius* (cf. pp. 131, 10; 141, 1; 174, 8) et similia. praeterea animaduerti contra nostrae linguae morem hoc pronomen adiungi substantiuis, e quibus sententia finalis uel consecutiua pendeat, uelut 2, 2, 4 (p. 63, 7) *hunc morem retinuerunt, ne quis,* et 5, 3. 2 f. (p. 236, 23) *hanc mercedem tulit, ne in urbe nostra moreretur.* ad idem genus haec quoque pertinere arbitror: 3, 7. 1 d (p. 144, 4) *neque enim huc puto malignitatis uentum, ut* . . ., ubi optimi codd. *huc puto eo malignitatis*

habent, — cf. 3, 8. 3 (p. 155, 14) — et 8, 1. abs. 6 (p. 369, 9): *huc deductum necessitatis, ut* etc. quapropter ipse in re tam ancipiti codicum auctoritatem secutus eorum, qui haec legent, plerumque arbitrio, utrum *his* an *iis* praestare uideretur — nam lenissima scripturae mutatio est — relinquendum censebam.

Iure autem multo magis mireris quod Halmius saepenumero disertissime planissimeque legisse se in cod. A profitetur quae legere ibi non poterat: dilucide enim, ut nulla omnino dubitatio sit, scriptum est in eo libro 1, 4. ext. 2 (p. 21, 3) *Deiotaro,* non, ut uult Halmius, *Deiotarus.* — 1, 6. 5 (p. 27, 6) idem non recte retulit *clamasse* m. 2 s. l. additum esse, cuius uocis ne uestigium quidem superest. — paulo ante (p. 27, 4) manifesto *prębita* m. 2 corr. est e *credita.* — 1, 6. ext. 1 (p. 32, 18) *pedestri* m. 1 legebatur, quod erat recipiendum, non *pedestre.* — 1, 7. 3 (p. 35, 16) non debebat adnotare *uesubii in litura*, sed *a uesubii in ras.* — 1, 7. 5 (p. 37, 5) non *aedem* corr. ex *eaedem,* sed ex *eadem.* — 3, 2. 7 (p. 114, 14) certissima scriptura est *fortium,* non *fortium uel fostium,* ut putabat Halmius, unde non recte coniecit *hostium:* nam quamuis similes sint *st* et *rt* litterarum ductus, tamen in illo codice nitidissime scripto tam manifesto dignoscuntur, ut confundi omnino non possint. poterant eum erroris conuincere litterae *st* in proximo uocabulo *sustinendos.* — 3, 2. ext. 1 (p. 125, 9) est in A *titus uibelus,* non *uibelius.* — 3, 7. 1 e (p. 144, 24) *deducturus,* non *deductus rus:* nam ultimam litteram in *deductus* m. 2 addidit et *rus* punctis induxit. — ibid. ext. 1 (p. 149, 19) *deducere,* non *diducere.* — 3, 8. 2 (p. 154, 6) *pecublice* m. 1, non *peculice,* unde non recte scripsit Halmius *pecunia publice:* nam litterae *pecu* e praecedente uoce *pecunia* male translatae sunt et repetita uox *pecunia* admodum molesta est. — ibid. ext. 3 (p. 159, 20) *arriginnussas,* non *arriginussas.* — 4, 1. 10 (p. 166, 26) *solita* (*a* in *o* mutata), non *solitae.* — ibid. 12 (p. 168, 6) ad uerba plane desperata,

quae sic edidit *claritate excellentibus uiris sermo infinitis personis*, nihil adnotauit nisi haec: *sermo*] *stilus l. u. in mg.;* sed non uidit uu. *uiris sermo* litteris paulo angustioribus postea inserta esse, incertum m. 1 an alia antiqua manu in spatio antea uacuo relicto. haec mihi cum a. 1866 enotassem e Bernensi, nunc uidi abesse uerba illa suspecta et, ut mihi quidem uidetur, spuria etiam a Laurentiano, in quo uno libro locum illum ut non uno defectu contaminatum, ita tamen interpolationibus intactum mansisse puto. — 4, 1. ext. 8 (p. 174, 1) A exhibet *ita furi* m. 1 eodem mendo, quod etiam p. 326, 23 deprehenditur, non *ita furae:* nam *ę* ex *i* m. 2 correctum est. quo Halmii errore deceptus Vahlenus *furae* ut ortum ex dittographia praecedentis *ephoroe* — nam sic esse scribendum arbitratur — delendum censuit. — 4, 4. 8 (p. 191, 2) est in A *inq. circo* ut in L sine ulla rasura, non *in * circo m. 1, inq. circo m. 2*, ut uult Halmius, et sane illud *que* aegre desideres; — 4, 5. init. (p. 193, 20) *omni tempore,* non *omniq. tempore,* quod Halmius non recte recepit; — 4, 7. 1 (p. 202, 12) *expedimento m. 1,* non *m. 2.* — 4, 8. 5 (p. 213) saepius una hac pagina errauit Halmius: debebat enim ex A afferre lin. 4 *audeř*, non *audieř;* l. 5 *obticueř m. 1,* non edere *opticuerunt;* l. 14 *illic cõmimoratę ita hic*, non *commemoratae*; l. 15 *connendationes*, non *commendationest:* nam extremam *t* m. 2 adiectam esse poterat eum docere litterarum *st* scribendarum propria huius codicis librario consuetudo; l. 20 *nrorũ ne id in ras.,* non solum *ne id in ras.:* probabile est enim illa rasura deletum esse quod ego e Laurentiano restitui *nostrorum ne aurum.* — 5, 7. 1 (p. 260, 13) nulla dubitatio est, quin m. 1 scriptum fuerit *triumphantis,* quod e Par. correctum est in *triumphantem.* nec uerum est 6, 4. ext. 1 (p. 294, 30) *cinginnia* m. 1 correctum esse e *cinninia:* nam qui nouerit eam manum, quae adhibita Paridis epitome emendauit Bernensem, sciet illam *g* litterae formam longe

dissimilem esse prioris librarii scripturae. — 6, 8. 4 (p. 308, 15) scribitur m. 1 *corpore* pro *torpore*, non *orpore*. — 6, 9. 6 (p. 313, 5) A[1] non *belli fuctus*, sed *belli luctus* habuisse uidetur. — 7, 1. 1 (p. 320, 17) *possint* A[1], non *possent*. — 7, 2. init. (p. 322, 17) post *animi* quod inseritur *est* non primae, ut uidebatur Halmio, manui, sed alteri debetur, qua spuria uoce eiecta emendaui sententiam. — 7, 2. ext. 1 (p. 326, 14) refert A exhibere *expeteremus* et increpat me (praef. p. X), quod non receperim optimam lectionem uel ex coniectura recipiendam. recte fortasse; at non uidit in *expeterem*ꝰ compendium ꝰ litterarum *us* m. 2 adiectum esse, ut elucet ex atramento paulo nigriore. — 7, 2. ext. 11 (p. 331, 6) in A m. 1 scriptum erat *dem* et m. 2 *i* littera ante *d* addita. Halmius m. 2 *item* praebere non recte affirmat. — 7, 3. ext. 3 (p. 341, 11) quam ex A[1] affert lectionem *altioriu**, ea non uera est primaria scriptura. cf. quae de h. l. adnotata in apparatu critico mihi satis certam emendandi uiam suppeditarunt: nam pro eo, quod Halmius edidit uix tolerandum, *si altius animi cogitatio demissa fuerit*, scribendum arbitror *si altior inita animi cogitatio fuerit*. — 7, 3. ext. 9 (p. 344, 8) non erat in A[1], ut Halmius refert, *ercules usi simplicitate*, sed *erculeusisi simpl.*, unde efficitur *hercule*, non *hercules* scribendum fuisse. — 8, 1. damn. 2 (p. 372, 28) traditum est *actione*, non *actiones*; nam *s* m. 2 additum est. — ad 8, 2. 3 (p. 377, 15) Halmius adnotauit *quod in ras.* idque recepit, sed liquet primam manum *cum* exarasse idque sine ulla rasura m. 2 mutatum esse in *quod*. iam cum L quoque et dett. omn., quos uidi, h. l. *cum* tradiderint, id non spernendum esse arbitror. — 8, 7. init. (p. 384, 3) quod dixi uirgulam illam post *confirmat* additam interrogationis finem significare Halmius compluribus aliis locis doceri potuerat. — ibid. ext. 3 (p. 388, 18), ubi ex A enotaui *dū * in ras.*, certe non id erasum est, quod Halmius e cod. D asciuit *ubi*, sed procul dubio cum ceteris codd. omnibus retinendum erat *dum*. quo facto

postea e Valerii more non *percepit* cum Halmio scribendum erat, sed *percipit*, quod ipsum m. 1, non m. 2 traditum esse ille non uidit. — 8, 11. 2 (p. 401, 9) post *ecquid scis* tacitus addidit e Paride *inquit*, cuius ne uestigia quidem extant ulla nec in A, nec in LC, quapropter spuriam uocem eieci. — 8, 12. 1 (p. 404, 14) referendum erat *muniebar˜ m. 1, sed ˜ eras.*, non *muniebat.* — 9, 2. init. (p. 427, 8) Halmius affert ex A *enim quem additis signis transpositionis,* quas notas equidem detegere non potui. uidi autem post *enim* m. 2 s. l. additum esse *uero.* — 9, 11. 2 (p. 454, 5) manifesto erat in A[1] *aegrę,* sed uirgula sub *e* erasa, et *aegrae* pro inepto *aegre* utique restituendum erat; item 9, 11. ext. 4 (p. 457, 3) *manantis* ex A[1], non *manantes.* — ibidem paulo post (l. 7) A *augusti* habere refert, quamquam paulo ante recte indicauerat uerba a *capite* usque ad *excu* situ deleta legi iam non posse. — 9, 12. ext. 8 (p. 462, 19) de utraque manu errat referens *usitantum* A[1] habere, *bis tantum* A[2]: debebat enim scribere *uis tantũ* A[1], *bis sta∗tũ* A[2]. — idem aegre sibi persuadere poterat Valerium saepius cedendi uerbo ablatiuum casum eius rei subiunxisse, quam alteri concedimus. hoc errore deceptum credo edidisse 4, 1. 7 (p. 165, 16) *eam prouinciam collegae cessit* nihil de codice A adicientem, in cuius scriptura *eã prouinciã* utramque istam uirgulam m. 2 additam esse apparet. idem accidit 4, 1. ext. 7 (p. 173, 14), ubi in scriptura Bernensis *cessit eãui anti* uirgula super priore *a* ab eodem posita librario est, qui Paridis codice adiutus *bianti* correxit e *ui anti,* et sane omnes boni libri praeter Paridem praebent *ea*, non *eam.* atque his quidem exemplis usus est Halmius in apparatu critico 1, 5. 4 (p. 22, 24) ad defendendum accusatiuum ex eo uerbo aptum, quem sane illo loco A[1] contra testimonium Paridis et Laurentiani tuetur, sed cum illis exemplis ibi adiecit 7, 3. 3 (p. 335, 20), indiligentiae insignem ipse poenam dedit: nam cum in ipso uerborum contextu edidisset *instrumentaque sua cupide nostris cessit* et

adnotasset Paridem et A² exhibere *instrumentoque suo*, nescire se adiecit an haec uera lectio esset. at non uidit eam ipsam luculentissime extare in A¹, in cuius scriptura *instrumentoque suo* bis *o* littera m. 2 mutata est in *a*.

Praeterea accuratius librum Bernensem examinanti contigit mihi haud paucis locis, ubi prisca scriptura radendo deleta est, quid olim scriptum fuisset indagare certius quam contigerat Halmio. ex quo genere pauca quaedam exempla composuisse satis sit. itaque 1, 6. 2 (p. 25, 20) olim mihi enotaueram primam manum scripsisse uideri *concionante seiunxit*, ubi Halmius nihil adiecit in notis nisi **elu*it A*, *efluxit mg. A*, illudque recte me detexisse postea Laurentiani docuit testimonium. — 1, 7. 3 (p. 35, 18) in A nunc legitur *p̱ equi&is speciẽ* sed prima *e* inducta et *&i* in ras., quae cum Halmius correcta putat ex *equietem*, fallitur: nam haec quin orta sint ex *equitis speciẽ* uix est quod dubites. — 4, 7. ext. 1 (p. 208, 13), ubi e Maduigii coniectura scripsi *et eam qui*, ante rasuram, quae nunc est in A ***eam qui*, exaratum fuisse *qui eam qui* e uestigiis quibusdam ueteris scripturae non plane absumptae cognoscitur. quod si uidisset, fortasse Halmius abstinuisset a Foertschii non probando emendandi conatu *ueniam qui acceperat*. — 6, 7. 3 (p. 306, 13) Halmius edidit *prosequeretur* cum dett. paucis et adnotauit *sequeretur A erasa ante s littera p̱ uel ꝑ*, id quod ualde miror, cum dilucide appareat ante rasuram scriptum fuisse *p̱sequeretur*. — 9, 2. 4 (p. 430, 9), ubi Halmius in A nunc esse *lusitani**s* refert, equidem mihi enotaueram *lusit animis litteris mi erasis*, id quod postea Laurentianus recte me uidisse confirmauit. sed haec ad significandum illud corruptelae genus sufficiant. plura quiuis facile deprehendere poterit, qui Halmii uarietatem scripturae cum mea comparauerit. simul autem elucebit ex hac, quam supra composui, locorum congerie, in quibus errauit uir doctissimus, multa ex meis, quae ille acerrime in praefatione

impugnauit, iam accuratius explorato bonorum librorum testimonio illa reprehensione carere.

Haec habui quae dicerem de Halmiana scripturae uarietate e Bernensi libro excerpta, magna ex parte leuia illa quidem, si tamen quicquam leue est in hoc genere maxime in locis corruptis, sed profecto non omnia nullius momenti in restituendis Valerii uerbis. in qua re unum illud deprecor, nequis me haec tam sedulo collegisse opinetur ad detrectanda insignia praestantissimi illius uiri praesertim iam defuncti merita. a quo prauo consilio me longissime abesse et olim in Nouis quaestionibus meis Valerianis (p. 7) professus sum, cum acrius ab eo obiurgatus excusare studerem quae in describendis codicis illius lectionibus peccassem, et hodie profiteor ab ipso Halmio edoctus quam sit illud negotium difficile, postquam intellexi uel diligentissimo ueterum librorum perscrutatori et in legendis iis uersatissimo talia posse euenire. sed id mihi proposui et hac mea me opera consecutum esse confido, primum ut facilius ab aequis iudicibus ueniam impetrem eorum, quae olim minus recte constitueram, praesertim cum ea, in quantum potui, nunc resarcire et emendare studuerim, deinde, sicubi mea de illo codice relatio ab Halmiana discrepat, ut post nouas meas easque exactissimas curas maior nostro quam illius testimonio fides habeatur.

In editione mea maiore p. 78 iam docueram non unius librarii manum in codice Bernensi apparere: nam cum ille, qui totum hunc librum exarauit, complures admisisset errores, nonnulla oculis deceptus omisisset, alia aut bis exarasset aut quae omnino non ad rem pertinebant intrusisset, uelut 2, 10. 8 (p. 107, 2), ubi integrum paene Martialis epigramma inter Valerii uerba irrepsit, alter quidam librarius eiusdem fere aetatis, homo haud inscitus, superuenit, qui adiutus alio codice, ut Halmio (praef. IV) uidetur, eodem, e quo Bernensis descriptus erat, quae deprauata animaduertit aut erasa primaria scriptura

litteris modo longius distentis modo angustioribus aut quae exciderant in margine suppletis emendauit. sic, ut pauca quaedam exempla ponam, ab hoc homine in rasura adiecta sunt 3, 2. 2 (p. 112, 14—16) a prisco librario omissa uu. *metu patriam soluit* — *Acrone Caeninensium;* item 3, 2. 12 (p. 117, 4—12) uu. *confodit* — *Eodem mentis.* — in margine suppleta sunt 3, 7. 1 e (p. 144, 20) post *referendo* uu. *quoniam* — *edendo*; item 3, 2. 10 (p. 116, 7), ubi in calce folii haec post *Punicam* inserenda adiciuntur: *classem nantes lubricis pelagi quasi cam.* transierat igitur librarius ueloci oculo ab extrema syllaba uocis *Punicam* ad eandem primam uocis *camporum.* atque hoc quidem supplementum non ex antiquiore aliquo codice ascitum, sed librarii commentum esse nemo mihi persuadebit. sed idem me impedit quominus assentiar Halmii opinioni, qui putat omnia haec additamenta uideri ex eodem exemplari fluxisse, e quo Bernensis descriptus est: nam cum idem defectus praeter Bernensem etiam Laurentianum et ceteros meliores codices occupauerit, necessario colligitur iam in eorum archetypo omissa esse illa uerba. ex quo efficitur correctorem illum Bernensis alium quoque librum antiquiorem et integriorem in illo suo negotio adhibuisse.

Idem librarius in emendando Valerio etiam Paridensis epitomae exemplo quodam usus est, e quo multa et in ipso uerborum contextu et inter lineas mutauit, multas uarias lectiones Paridis in margine adiecit aut omissa suppleuit praepositis plerumque notis *I. P.* i. e. *Iulius Paris* aut *u.* i. e. *uetus codex* aut *br.* i. e. *breuiator* aut sub finem operis *c. t.* i. e. *Gaius Titius* (cf. ed. meam mai. p. 53).[1] idem denique scriptor in paruulis schedulis

---

1) Neque tamen omnes quas poterat expleuit lacunas: nam nunc demum 6, 2. ext. 1 (p. 283, 21) e Paride maiorem defectum resarcire contigit Beckero et Gertzio, minores mihi aliis locis compluribus.

codici Bernensi praefixis et in extremi folii parte ea exempla primi libri, quae in omnibus Valerii codicibus perierunt et illud decimi qui putabatur libri fragmentum de praenomine ex eodem Paridis codice suppleuit (cf. ed. meam mai. p. 79). fallitur autem Halmius, quod huius scriptoris manum aliam putat atque eam, quae marginalia illa additamenta non e Paride, sed ex integriore Valerii codice, ut supra docui, petita ascripsit: euidentissime enim omnia illa utriusque generis additamenta ab eodem scriptore esse pr fecta elucet cum ex reliqua scripturae specie non admodum dissimili primariae tum ex multarum litterarum, uelut *g*, *st*, *y*, *p* et aliorum compendiorum ductu plane diuerso a primaria manu, sed simillimo uel potius prorsus eodem in illis additamentis. itaque ne in hac quidem officii mei parte inutile fuisse puto codicem illum denuo accuratissime examinare.

Praeter eas autem emendationes, quas e Paride translatas esse dixi, perpaucae supersunt, in quibus dubitatio quaedam admittatur utrum statim a primario scriptore sint factae an alii librario debeantur, perpaucae praeter illud additamentum 1, 1. ext. 4 (p. 13, 7), quod Halmius (praef. p. VII) recte homini XIII uel XIIII saeculi tribuit, quae a recentiore scriptore profectae uideantur, quibus in apparatu meo notam *m. 3* apposui. sed earum nulla auctoritas est.

Eadem autem, quae de fide Halmianae libri Bernensis collationi habenda mihi uidebatur suspicio, de Paridis quoque codicis Vaticani scriptura ex editione principe in Halmii exemplum translata mota est: animaduerteram enim Angelum Maium ita plerumque uersatum esse in describendis ueteribus libris, ut quae ei sana non uiderentur ad suum arbitrium tacitus corrigeret. itaque multos et grauissimos errores eius cum detexisset G. N. du Rieu in sched. Vat. (Lugd. Bat. 1860 pp. 164 et 260), qui Paridis et Nepotiani codices inspexerat, factum est

ut in Halmii exemplo utraque epitome multo emendatior, ut ipse ait (praef. p. III), prodiret quam in editione illa principe. mansit tamen mihi illud desiderium Paridis saltem codicem penitus pernoscendi, praesertim cum R. Dilthey meus, cum anno 1867 Romae uersaretur, rogatus a me primi libri quinque capita cum Halmii exemplari collata ad me misisset certioremque me fecisset multa in illis superesse et corrigenda et addenda. quapropter a. 1871 petii a iuuene doctissimo H. Kruse, Dr. phil., sodali tunc temporis instituti archaeologici, ut totum codicem iterum conferret. quod munus susceptum ille exactissima diligentia ita exsecutus est, ut mihi ad marginem Halmianae editionis integram eius codicis scripturae uarietatem enotaret. neque id frustra actum esse notae criticae operi nostro subiectae docebunt. iure autem mireris qui fieri potuerit ut a Maio et Halmio tot singula uerba Paridis omnino omitterentur: desunt enim in eorum exemplis, ut nonnulla afferam, 1, 1. 1 (p. 473, 15) *sacrorum;* 1, 1. 10 (p. 474, 32) *sacris;* 1, 1. 16 (p. 475, 13) *histrionem* post *puerum;* ibid. § 20 (l. 26) *Romam;* 1, 6. 1 (p. 478, 29) *dormienti;* 1, 7. 1 (p. 481, 7) *Artorius;* 1, 7. ext. 10 (p. 484, 7) *plaustro;* 2, 2. 1 (p. 489, 1) *a censoribus.* nec solum singula, uerum etiam complura uerba omiserunt, uelut 8, 5. 4 (p. 563, 8) *M. Luculli*, *Q. Hortensius* et 9, 10. ext. 1 (p. 583, 11) *exprobrans ei insatiabilem cruorem* pro eo, quod edidi, *cruoris sitim.* pauca haec exempla Krusii illam operam haud parui ponderis fuisse euincent ad restituendam pristinam huius epitomae formam. quam ob rem integram eius uarietatem scripturae apposui paucis tantum silentio praetermissis. non commemoraui eas alterius manus correcturas, quibus prisca scriptura praepositionum in uerbis compositis recentiori consuetudini accommodata est, uelut *inmittere* (corr. *immittere*), *adficere* (corr. *aff.*) similia. nec uno quoque loco indicaui, quod semel adnotasse sufficiat, primam manum semper *bt* et *bs* exarasse in his

scribtum, *labsum*, cett. et *adque*, non *atque*. his igitur exceptis semper expressam uidebis codicis Vaticani scripturam.

In hoc eodem codice per nonum librum alius inferioris aetatis librarius, cui Paridis exemplorum compendia plus iusto mutila et decurtata uiderentur, ut nimiae illi breuitati succurreret, multis adiectis Paridis uerba dilatauit[1]). huius libri, qui Halmio est *Vat.*, mihi *Π*, lectiones Du Rieu collegit, post eum mihi accurate descripsit Krusius. fallitur autem Halmius, quod hunc bonae notae librum existimabat, cuius nulla fere auctoritas est: primum enim librarius ille Valerii uerba in suo codice inuenta mutauit, prout aut libuit aut res postulare uidebatur, ut additamenta illa narrationi Paridis apte adiungerentur, deinde nulla omnino in eo notabilis lectio est, quae non in ceteris melioribus aut in deterioribus codicibus inueniatur aut coniecturae librarii tribuenda sit[2]). quapropter huius quidem codicis lectiones, nisi aliud certa quaedam causa suadebat, silentio praetermisi.

In alio quoque genere saepe mihi discedendum erat ab Halmii editione: nam cum recte Paridensi epitomae plurimum auctoritatis tribueret, tamen plane, ut uidetur, oblitus abbreuiatorem illum permulta Valerii uerba suo arbitratu aut breuitatis stu-

---

1) Sic ad Par. 9, 9. 2 (p. 582, 27) post *occidit* addidit: *tinius* (sic) *uero rediens super corpus iacentis se ipsum occidit;* cf. Val. p. 450, 26 sqq.

2) Ita 9, 2. ext. 11 post *emineant* (p. 434, 9 et Par. p. 577, 33) primariam bonorum librorum scripturam *quoque ut diutius poenae sufficiant cibo et potione* sic immutatam addidit Paridis exemplo: *eosque ut diutius pene sufficiant cibo et potu,* unde *eosque* non recte Halmius recepit. cf. praeterea quae ex eo libro attuli ad p. 423, 4, ubi non *auleis* legitur, ut Halmius refert, sed ⁊ *auleis* (i. e. *et auleis*), ut in L A; p. 436, 6 *letantes* pro *laetitia ouantes;* 447, 7 *aris* pro *altaribus;* 448, 2 *habuit* pro *abiit;* p. 451, 23 *popilia* pro *pollia;* ibid. l. 25 *popilia* pro *papiria;* p. 455, 27 *uerbis magis quam ferro decernerent* pro *uerbis quam ferro diiudicare mallent* etc.

diosum aut alia causa commotum mutasse, uir ille doctissimus saepenumero uel ea, quae ne minimam quidem habent offensionem aut quae ferri saltem poterant, damnauit et Paridis lectione substituta Valerio obtrusit quae non tam antiquo auctori quam abbreuiatoris licentiae tribuenda sunt. atque in hac quidem re eum non satis caute et considerate illa epitome usum esse ad emendandum Valerium in Nouis quaestionibus meis Valerianis, quas in libro scholastico Gymnasii Leucophaei Berolinensis anno 1866 publici iuris feci, p. 11 sqq. luce clarius ne Halmio quidem reclamante multis exemplis demonstrasse mihi uideor. quapropter haec hoc loco repetere nolui.

Paridis igitur codex Vaticanus nitidissime scriptus nec tot librariorum erroribus inquinatus, quot uel praestantissimi ipsius Valerii libri, paucos quosdam si exceperis locos, omnino quaenam illius epitomae antiqua scriptura fuerit cognoscendi potestatem nobis fecit.

Longe alia ratio est alterius epitomatoris, hominis plane insulsi et indocti, cuius liber Vaticanus tot et tantis scribae erroribus commaculatus est, ut saepissime quid ab illo breuiatore scriptum fuerit ne audacissima quidem coniectura diuinari possit. hunc librum post Ang. Maium iterum inspectum excusserat Du Rieu et rogatus ab Halmio Augustus Wilmanns, cuius uiri doctissimi diligentissima cura cum remisisset mihi necessitatem ipsum codicem denuo examinandi, satis habui Halmii uarietatem scripturae integram describere. constitueram autem initio misellum sane illum scriptorem omnino ab hac mea editione secludere, praesertim cum duos tantum priores Valerii libros ac tertii exiguam particulam complectatur nec magnum habeat momentum ad restituendum Valerium. quod ne facerem commouerunt me cum preces amicorum quorundam tum doctissimorum hominum, Gertzii, Eberhardi, Novakii, aliorum studia nuper in emendando hoc opusculo

posita. horum igitur maxime ingenio et sagacitati debentur quae nunc in illa epitoma rectius quam in Halmii exemplo eduntur.

Valerio enim Maximo, qui post Torrenii editionem anno 1726 emissam usque ad meas et Halmii curas plane a grammaticis neglectus iacebat, prospera quasi quadam fortuna accidit hisce nostris temporibus ut magni nominis philologi plurimum operae et laboris in restituendos eius libros impenderent: mitto iam ipsum Halmium optime sane de eo meritum, mitto Foertschium Naumburgensem, qui in tribus illis Emendationum Valerianarum particulis multa rectissime restituit, mitto Eberhardi censuram editionis Halmianae[1]) et quae in 'Coniectaneis in Valerium Maximum' [2]) ingeniose emendauit Wensky Vratislauensis, quaeue passim in annalibus philologorum post Halmium ad hunc scriptorem emendandum in lucem edita sunt: iam uero a. 1871 et 1873 uir immortalis memoriae Io. Nic. Maduigius in Aduersariis criticis de centum amplius Valerii locis doctissime disseruit et, quo erat ingenii acumine, uulnera huic scriptori illata maximamque partem aut ab ipso detecta aut iam cognita ab aliis, sed desperata, felicissima medicina ad sanitatem reduxit.

Eodem fere tempore discipulus eius praestantissimus similique instructus doctrina et sagacitate, M. Cl. Gertzius Hauniensis in 'Symbolis criticis ad Valerium Maximum' [3]) multo etiam plures et ipsius Valerii et epitomatorum locos ita pertractauit, ut longe plurimis eorum nouam quandam lucem attu-

1) In Zeitschrift für Gymnasialwesen 1866 p. 155 sqq.
2) E programmate Gymnasii St. Matthiae Vratislauiae a. 1879 separatim editis.
3) Editis in Tidskrift for Philologi og Paedagogik Hauniae 1873 fasc. 3 p. 260 sqq. separatim quoque hunc libellum typis expressum Hauniae uenalem prostare cum sero cognouissem, in commentario meo paginarum numeros ex illis annalibus desumptos citaui.

lerit. atque idem ille uir doctissimus, cum post quattuordecim annos hunc scriptorem relegisset, 'Nouas symbolas criticas ad Valerium Maximum' editurus, simulatque audiuit me nouam eius editionem suscepisse euulgandam, protinus quascumque ipse inuenerat sibique adnotauerat emendationes humanitate et liberalitate prorsus rara inter homines philologos mihi transmisit, ut in usum meum quas uellem conuerterem. cui uirtuti gratiam quantam debeam habeamque dicere uix queo. recepi igitur in contextum Valerii quam plurima, quae ille certissima diuinatione inuestigauit, ac ne eas quidem praetermisi coniecturas, de quibus dubitatio quaedam relinqui uideretur.

Parem et humanitatem mihi exhibuit et gratiam meruit Robertus Novak Pragensis, uir omni doctrinae et humanitatis laude instructus, qui, cum de consilio meo Valerii denuo edendi fama ad eum peruenisset, sua sponte et ultro omnia, quae in perlustrandis eius libris olim ad marginem exempli Halmiani sibi adnotauerat, et quae nuperrime, cum eundem scriptorem relegeret, emendanda inuenisse sibi uisus est, mecum liberalissime communicauit.

Fieri autem uix potuit quin horum uirorum ingenia ad sananda uulnera librariorum erroribus inflicta multis locis eandem prorsus medicinam adhibuerint, quam aut alter eorum aut nos proposueramus, id quod tacere nolui, quoniam in hoc genere fere, si complures suo ingenio usi per se in eandem suspicionem inciderunt, eo fit probabilius uerum esse quod illi constituerint.

His igitur praesidiis et adiumentis ad emendandum Valerium instructus, cum officio meo functus esse uiderer iamque in eo essem, ut schedas meas typographo transmitterem prelo subiciendas, ecce uenit nuntius perantiquum Valerii codicem eo usque in Britannia in bibliotheca uiri inl. Ashburnham latentem et publico usui subtractum, iam uero cum magno librorum manuscriptorum numero a regno

Italico emptum Florentiam in bibliothecam Laurentianam esse translatum. uidi autem in catalogo bibliothecae Ashburnhamensis ab Italis edito hunc librum ascribi saeculo VIII simulque audiui uirum doctissimum Theodorum Stangl Monacensem ipsum Florentiae eum examinasse. itaque per litteras ab eo petiui, ut quid de eo codice compertum haberet mihi impertiret. atque ille ea beneuolentia ac facilitate, quam exinde saepissime sum in eo expertus, non solum accuratissime mihi rescripsit de codicis forma, scriptura, aetate, sed etiam quam per aliquot operis Valeriani partes ad marginem exempli Halmiani sibi enotauerat lectionum uarietatem ipso hoc exemplo transmisso liberalissime mecum communicauit eaque omnia postea in Philologo XLV p. 225 sqq. publici iuris fecit, ubi de praestantissima illa librorum Ashburnhamensium collectione accuratissime disserens ut meam, sic omnium, quorum studia in his rebus uersantur, gratiam meruit quam maximam. mihi autem cum necessitas imposita uideretur integram eius libri scripturam cognoscendi, peropportune accidit ut iuuenis doctissimus Bruno Keil, qui tunc ab academia regia Berolinensi missus Florentiae uersabatur, hoc in se negotium susciperet omnem lectionis uarietatem mihi describendi. quo officio tanta fide functus est, uix ut dubitatio admittatur quid eo libro traditum sit[1]).

Est igitur codex membranaceus, nunc in bibliotheca Laurentiana n. 1899, saeculi noni, non octaui. olim erat, sicut in primi folii auersa parte manu recentiore scriptum est, *liber ecclesiae sancti remacli in Stabulaus*, i. e. abbatiae Benedictinorum Stabulensis (Stablo) Sancti Petri et Remacli in prouincia Belgica Leodiensi[2]), cuius monasterii bibliotheca

1) In perpaucis iisque minutis rebus, quae in Stanglianis et Keilii excerptis non conspirarent, hic consultus a me denuo examinato codice quid uere scriptum esset explanauit.

2) Cf. de monasterio illo Oesterley, Historisch-geogra-

cum auctione constituta ueniret, emit hunc Valerii codicem Ashburnham u. inl., ut ipse narrauit uiro doctissimo Francisco Rühl, professori Regimontano, qui librum saepius a se inspectum mihi scripsit initio saeculi noni sibi uideri attribuendum. duobus primis et totidem extremis eius uoluminis foliis continentur tractatus quidam theologicus, saeculo XII., ut opinatur Stangl, binis columnis scriptus, reliquis 167 foliis Valerii Maximi nouem libri praemisso capitulorum indice binis columnis exarato. ipse Valerius uersibus longis, non bipertitis scriptus est. illa 167 folia ita cohaerent, ut undeuiginti quaternionibus duo terniones interponantur et ultimo loco tria folia adiungantur, ante quae duo folia excisa esse refert Keilius, sed integer quaternio excidisse uidetur: interierunt enim hoc defectu, id quod magnopere dolendum est, Valerii uerba a 9, 5. 3 (p. 443, 10) *Hannibal autem* usque ad 9, 13. 2 (p. 464, 8) *occultari non meretur.*

In hoc igitur codice eiusdem fere aetatis atque Bernensis, sed minus nitide et eleganter scripto nec tam facili ad legendum propter plurimas lituras praeter primariam librarii manum duorum correctorum manus sunt, quarum altera satis antiqua simili scriptura, sed paululum nigriore atramento multa et in ipsis Valerii uerbis et inter lineas correxit adiuta fortasse eodem libro, e quo Laurentianus descriptus est, multa ac saepius integros uersus nigriore colore induxit et superleuit. rasurae quoque multae ad hunc eundem librarium uidentur esse referendae. praeterea in margine saepe suetae corruptelarum notae apponuntur *R (require)* uel *q̄ (quaere)*. superuenit deinde alter librarius (m. 3) isque multo recentior, qui perpauca quaedam in ipso uerborum contextu mutauit et glossas multas et nullius pretii coniecturas inter

phisches Wörterbuch des Mittelalters p. 647, et de conditore eius Sancto Remaclo, a. 650—667 episcopo Leodiensi, Ebert, Allgem. Litt. Gesch. des Mittelalters III p. 406 sqq.

lineas adiecit, praenominum Auli, Gai, Marci notas *A. G. M.* additis s. l. reliquis litteris plene scripsit. his omnibus cur inutili onere augerem apparatum meum criticum per se multo quam uellem copiosiorem, causa nulla erat. reliquam primae et alterius manus uarietatem commentario meo inserui paucis his exceptis: semper enim m. 1 exhibet *relegionem* pro *religione*, *carthaginem* pro *Karthagine*, *aequum* et *aequitatum* pro *equo* et *equitatu*, *praeces* pro *precibus*, similia.

Restat ut exponam quaenam ratio inter Laurentianum et Bernensem deterioresque intercedat. apparet autem Laurentianum ex eodem fonte manasse, e quo omnes, qui adhuc innotuerunt, codices orti sunt: habet enim communes cum reliquis non solum magnum primi libri defectum, quo tria capita interierunt, et permultas alias lacunas, sed etiam manifestas interpolationes, uelut notabilem illam 2, 10. 8 (p. 107, 2), ubi tres uersus epigrammatis primi Martialis e margine antiquissimi cuiusdam codicis inter ipsa Valerii uerba transierunt. sed praeter has res omnibus bonae notae libris communes propria quadam et mira prorsus tamque aequali similitudine coniuncti inter se sunt L et A, ut aut alterum ex altero aut utrumque ex eodem exemplo descriptum esse necesse sit: eosdem enim librariorum errores interdum singulares prorsus in recentioribus codicibus aut a librariis correctos aut omnino non inuectos utrumque inuasisse, easdem antiquas et ueras lectiones in utroque seruatas esse cognoscet in una quaque pagina qui apparatum nostrum criticum examinare uoluerit. neque tamen alter ex altero originem traxit, quoniam in alterutro complura interciderunt, quae in altero integra deprehenduntur. uterque suas habet lectiones et interpolationes huic uni peculiares. sic 1, 1. 1 (p. 2, 25), cum hucusque ex A et recentioribus editum sit *sacerdotem a Velia, cum id oppidum nondum ciuitatis accepisset nomen, Calliphanam peterent,* unus L procul dubio recte exhibet

nondum ciuitatem accepisset, nomine Calliphanam (codd. *calcitanam*). ibid. § 16 (p. 9, 7) *tensa* recte seruauit L çum Paride pro *templo*, quod habet A cum dett.; 1, 5. 3 (p. 22, 8) solus L cum Paride recte *obuenisset*, A et dett. omn. *euenisset;* 2, 6. 7 (p. 77, 14) *seruantium* L Par., *seruanda* A ante rasuram et dett. 4, 3. 7 (p. 181, 23) in his: *fictilia se in eius mensa uidisse* post *mensa* addunt *uasa* A et dett. id merito ut glossa suspectum Perizonio non extat in L[1] nec in Paride. 4, 4. 6 (p. 190, 2) solus L habet *Punici belli qua gloria qua clades maxima*, ubi A et dett. omittunt prius *qua*. 4, 5. 2 (p. 194, 9) post *Terentius* L et Par. addunt *Varro*, quod cognomen deest in A et dett. 4, 7. init. (p. 202, 5) ipse edidi *qui aduersos casus amicorum non deseruerunt*, ubi cum *aduersus* in A scriptum esset et *casus* excidisset, recentiores librarii uarie lacunam expleuerunt. sed L ipsum illud, quod e coniectura scribendum esse docueram in ed. mea mai., nunc confirmat. 4, 7. 5 (p. 205, 27) recte Halmius recepit Andreae Schotti coniecturam e 'codice suo', i. e., ut infra demonstrabo, e Laurentiano conicientis *in cultu* (*inclutu* cod.) *amicitiae*, cum A[1] exhibeat *inclitu*, A[2] *inclytae*. 4, 7. ext. 2 (p. 209, 8) A[1] tradidit *quia et in statura et forma praestabat*, A[2] et dett. *quia ei et ** statura*. quae in ed. mai. emendaueram deleto *in* scribens *et statura et forma*, ea Halmius edidit *qui eum statura et forma;* at mea suspicio, quam Novakius comprobauit, confirmatur nunc codice L, qui non agnouit illud *in*. — 7, 3. 3 (p. 355, 11) *et diuitissimos*, quod est in L Par., omisit A[1]. ibid. § 8 (p. 338, 17) Perizonius suasit ut pro *omnis* (A[1]) uel *omnes* (A[2] dett.) restitueretur e cod. Schotti *o nimis*, atque id ipsum legitur in L. — 4, 1. 12 (p. 168, 4), quamquam manifesto non una lacuna laborat cod. L, tamen non deprehenduntur interpolationes illae, quibus in omnibus codicibus librarii defectum resarcire studuerunt, inprimis abest ab eo illud *uiris sermo*, quod in A post *excellentibus* (l. 6) insertum est. maxime autem

notabilis lectio est in L 4, 3. init. (p. 177, 15): *quo istae .. . . pestes penetrarunt, iniuria dominatur, infamia flagrat, uis habitat, bella gignuntur. fauentibus igitur linguis contrarios his tam diris uitiis mores commemoremus*, e quibus uu. *uis habitat* usque ad *fauentibus igitur* in A et in omnibus deterioribus codicibus praeter Andr. Schotti librum omittuntur, quae a me reddita Valerio quin genuina sint et antiqua, qui eius dicendi genus nouerit, nullus dubitabit.[1])

His exemplis cum luce clarius appareat Laurentianum non esse descriptum e Bernensi, eodem modo facile euincitur ne hunc quidem e Laurentiano fluxisse, qui ipse quoque lacunis et interpolationibus aliquot laborat, quarum Bernensis expers est. cuius generis ut pauca quaedam proferam exempla, non possum mihi persuadere 1, 1. 4 (p. 4, 3) illa *deorum inmortalium uariis temporibus bellisque diuersis*, quae extant in L et deterioribus omnibus, omittuntur in solo Bernensi, profecta esse a Valerio. 6, 1. 11 (p. 275, 1) *uirtutis*, quod linea subductum legitur in L, procul dubio ex interpretatione librarii cuiusdam inuectum abest in A. contra 7, 3. 2 (p. 334, 16) uu. *uirtutes suas*, et ibid. ext. 2 (p. 340, 23) uu. *regem* usque ad *imperium*, item 7, 5. 3 (p. 351, 25) uu. *uirtutem — quoniam* exciderunt in L, non in A.

1) Liber Andreae Schotti cum in tot tamque singularibus lectionibus plane conspiret et conueniat cum Laurentiano, in promptu est suspicio Schottum ipso illo libro olim Stabulensi, nunc Laurentiano usum esse, praesertim cum id alia etiam re confirmari uideatur: erat enim homo ille doctissimus e societate Iesu Antwerpiae, anno 1552 natus, praeceptor collegii Romani in patria sua haud procul a monasterio S. Petri et Remacli Stabulensi sita. contuli igitur omnes XXV Valerii locos, quos Schottus in Obseru. human. III 32 attulit, et cognoui eos ad unum omnes mihi e Laurentiano eodem modo scriptos enotatos esse. unde A. Schotti librum unum idemque exemplar atque Laurentianum esse eo certius colligitur, quo magis singulares et interdum solis illis codicibus propriae sunt lectiones inde exhibitae.

Itaque neuter codex quasi parens est alterius, sed uterque uel in minutis rebus adeo similis alterius ut ex eadem stirpe et genere orti fratres paene gemelli sint habendi. elucet autem ex magno memorabilium et optimarum lectionum, quas supra e Laurentiano excerpsi, numero non tamen tanto, ut non possit permultis augeri, hunc codicem prae Bernensi non modo non spernendum, sed aut maiore aut certe pari fide dignum esse atque illum. accedit autem alia eaque maxima huius libri utilitas: nam cum in Bernensi quae uitiosa uiderentur correctori saepissime erasa sint, ita ut prisca scriptura erui iam nullo modo possit, peropportune accidit, ut quid olim ibi ante rasuras scriptum fuerit non modo suspicari, sed in tanta illorum librorum similitudine certissime colligere possimus. edebatur huc usque 1, 6. 9 (p. 29, 16) *non placere sibi exta, quia prima trunca, secunda nimis laeta apparuissent.* quae omnia usque ad *secunda nimis* in rasura m. 2 scripta in Bernensi Laurentianus ita exhibet: *quia secundum truncata* (corr. *trunca tã*) *laeta apparuissent* atque hanc ueram scripturam esse Liuii locus (27, 26. 14), e quo Valerius haec exscripsit, manifesto declarat.[1]) item 7, 3. ext. 3 (p. 341, 11), quem locum supra iam attigi, codex L et quid radendo in A deletum sit patefacit et emendandae corruptelae certam indicat uiam. multa eiusdem generis exempla facile in commentario meo critico reperientur. nec omnino adeo multae restant in eo codice rasurae, quibus non liceat nobis adiutis Laurentiano pristinam scripturam reddere.

Quae cum ita sint, neutrius horum codicum testimonio in restituendis Valerii libris carere possumus. his autem adhibitis recentiorum usus admodum exiguus est: scatent enim plurimis librariorum erroribus et coniecturis maximam partem ineptis, per-

1) Malim tamen nunc pro eo, quod recepi, *truncata* cum L^2 legere *trunca tam.*

raro felicibus, atque etiam qui ex his minus interpolati interdum emendandi librum Bernensem uel primariam eius scripturam deletam cognoscendi facultatem nobis dederunt, ex quo antiquiorem et integriorem fontem Laurentianum adire licet, nullam fere habent utilitatem.

Vnius autem ex his uidetur peculiaris quaedam ratio esse, codicis alterius Guelferbytani, quem descripsi in editione mea maiore p. 83. in quo homo doctus amputatis omnibus illis uerbosis contemplationibus de illustrium uirorum dictis factisque, quibus nimium quantum Valerius delectatus est, eius libros in epitomam coegit: tradit enim partim cum aliis paucis recentioribus partim solus bonas nec spernendas lectiones, quas ab homine haud inscito coniectura quidem, sed non infelici inuentas esse arbitror. huc pertinet quod 2, 1. 5 (p. 59, 7) scripsit *subsessores* (codd. *subsessorum*) *alienorum matrimoniorum oculi.* 2, 7. ext. 1 (p. 92, 13) Halmius ex uno hoc codice recepit *imputando* (*inputantes* L A), quod ferri sane potest, sed procul dubio bonorum librorum scriptura corrigenda erat *inputante.* ibid. ext. 2 (l. 21) solus exhibet quod unum recte ibi dici poterat *quibus exituri — monebantur* (*quae eis exituris* L, *quaeis exituris* A); 3, 4. 2 (p. 135, 15) solus *industria sua* pro uitiosa bonorum (L A) lectione *industriosum;* 3, 7. 1 d (p. 143, 23) solus recte *sestertii*, non, ut L A, *sestertium;* solus 3, 8. 1 (p. 153, 26) quod recipiendum mihi reliquit Halmius *antecessit* pro *antecellit.* nec sane inscite scripsit 4, 1. init. (p. 162, 8) *impotenti temeritatis incursu* pro mendo *inpotentiae temeritatis inc.* 8, 15. 7 (p. 416, 22) solus ueram lectionem *accenderit* restituit pro *acciderit* (L A). sed haec omnia doctus scriba coniectura inuenisse uidetur: nam saepius eum diuinatione sua usum emendare conatum esse quae corrupta animaduerteret his exemplis euincetur: 3, 7. 8 (p. 147, 23) post *cuius* addidit *defensionis.* ibid. ext. 4 (p. 150, 15) pro reliquorum codicum mendo *fabricae* substituit *fecere.* 6, 2. 8 (p. 281,

24), cum in optimis codicibus ultima syllaba u. *uetustis* excidisset, e mendoso *uetus* fecit *uietis*. 6, 9. 1 (p. 311, 22), ubi in uu. *in hoc, credo, ne fortunae nubilo adulescentiae contemptu perfusus*, cum intellexisset illud *ne* ferri non posse, si non recte, at ingeniose scripsit *malignae fortunae*. 7, 2. ext. 7 (p. 329, 19) inter *Atheniensium* et *Periclen* inseruit *ducem*. memorabilis, nec sane insulsa interpolatio est 7, 3. ext. 9 (p. 344, 7), ubi, cum bonis libris traditum esset *ad communionem ciuitatis* (Tusculani) *quam usque penetrarunt*, post *usque* intrusit *cupierant*. eiusdem uiri supplemento sine ulla dubitatione tribuo quae in hoc codice 7, 6. ext. 1 (p. 356, 26) post *ad ultimam penuriam* adiciuntur *ciborum et potus*.

Sunt tamen nonnullae lectiones, in quibus hic cod. Guelferbytanus *Γ* ceteris libris insigniter discrepantibus cum Laurentiano plane conuenit aut ueram scripturam seruante aut mire prorsus a uera aberrante. Valerius ablatiuum casum Persei regis constanter flexit *Perse rege*, uno loco 5, 1. 1 c. (p. 216, 4) in optimis libris LA exaratur *Persa*, ubi *Perse* recte restituit Torrenius. at 4, 3. 8 (p. 182, 4) soli codd. L et *Γ Perseo rege deuicto* tradunt, qui consensus casu ortus esse omnino nequit, sed ex certa quadam horum librorum affinitate repetendus est. in iisdem codicibus solis recte 3, 2. ext. 1 (p. 125, 9) scribitur *t. iubelius* (*titus uibelus* A) ceteris libris uarie errantibus. item recte ibid. ext. 3 (p. 126, 10) *caelo*, cum reliqui habeant *cado* (A), *caho*, *chao*. 3, 3. ext. 2 (p. 132, 10) recte *quosnam* L*Γ*D, *quodnam* (A[1]) uel *quotnam* (A[2]) reliqui. item recte 3, 8. 7 (p. 157, 12) *titius* (L*Γ*), non *totius* (ABC). cf. etiam 4, 7. 2 (p. 203, 25).


Mire autem in utroque codice cum Mediceo Torrenii erratum est 5, 2. 2 (p. 228, 21), ubi Valerius certissime scripserat *exercitus se ipse conscripsit*, sed cum in archetypo librarius omisisset litteras *scrip* (nam *com. sit* habet praestantior e Berolinensibus C), corrector Bernensis in rasura posuit *conduxit*, illi codices inepte *combussit* sine litura. plura etiam

mirabilis istius consensionis exempla in uarietate scripturae enotata facile inuenies.

Quae cum ita sint, adducimur necessario ad eam sententiam, ut arbitremur aut ex ipso Laurentiano aut ex apographo eius originem traxisse codicem illum Guelferbytanum. ex eo autem multa translata esse in alterum Berolinensem (D), quocum affinitate quadam cohaerere uidetur, nemini mirum uidebitur reputanti eos ueteres scriptores, qui frequentissime per omnem mediam aetatem lectitabantur, ita plerumque posteritati propagatos esse, ut librarii aliis adhibitis exemplaribus corrigerent quae pessumdata, adderent quae praetermissa uiderentur, deinceps alii homines exempla ita emendata eadem usi ratione describerent. quotus autem quisque inter recentiores Valerii libros est, qui non istas correctorum et interpolatorum audaces manus perpessus sit? itaque decimi qui putabatur Valerii libri caput illud de praenomine, quod in parua schedula codici Bernensi praefixa et in extremis eiusdem foliis olim integrum a scriba satis antiquo adiectum fuisse, nunc defectu unius folii auulsi detruncatum extare docui in ed. mea mai. p. 79, in pauca quaedam recentiora exempla e Bernensi translatum est ante quam ille hanc quam dixi iacturam fecisset, uelut in Pighii codices Sambuci et Campensem, in Torrenii Parisinum primum, Leidensem tertium, Vltraiectinum secundum, in alios, uelut in Berolinensem deteriorem (D) eodem prorsus quo in Bernensi defectu mutilatum, neque tamen hic codex ulla prodit artioris affinitatis cum Bernensi uestigia. quam ob rem cum in his recentioribus libris sincera indicia originis non deprehendantur, fieri uix potest ut certae stirpes ac familiae in mixto hoc genere constituantur. conspirant interdum notabilius inter se codd. D et Γ, item meliores Vindobonensis B et Berolinensis C, quorum testimonii, antea non spernendi ad explorandas litteras et uoces radendo in Bernensi deletas, nunc detecto antiquiore et integriore illo libro Laurentiano ualde

imminutam esse utilitatem supra iam dixi. itaque horum uarias lectiones non commemoraui, nisi sicubi docti librarii felici diuinatione archetypi scriptura recte emendata uidebatur.

Stemma autem omnium librorum Valerii in hac editione adhibitorum paulo aliter atque feceram in maiore meo exemplo ita nunc constituendum erit:



Restat ut gratias agam quam maximas omnibus, quorum egregia opera, humanitate, ingenio in Valerio iterum edendo eximie adiutus sum, praeter eos, quorum summa in me merita supra laudaui, Gertzium, Novakium, Br. Keilium, iuueni doctissimo O. Morgensternio, qui rogatus a me indices huic operi subiectos maxima cura et diligentia confecit. horum uirorum doctrinae et industriae scio maximam partem deberi, quod multo nunc integrior quam antea hic scriptor in lucem edi poterat. quae ipse ad eum emendandum multis et magnis muneris scholastici negotiis districtus temporibus subsiciuis attuli, ea aequis iudicibus commendata uelim.

Sigla codicum et librorum in hac editione adhibitorum.

L = Laurentianus saeculi VIIII olim Ashburnhamensis. cf. praef. p. XXI sqq.

A = Bernensis saec. VIIII cf. praef. p. III sqq. et ed. meam mai. p. 78.

α = eiusdem codicis schedulae partem Paridensis epitomae et libri de praenominibus m. 2 scriptam continentes. cf. praef. p. XIV sq.

B = cod. Vindobonensis saec. XIII, ap. Endlich. n. 169. cf. ed. meam mai. p. 80.

C = cod. Berolinensis melior saec. XIIII n. 48. cf. ibid. p. 81.

D = cod. Berolinensis deterior saec. XV n. 46. cf. ibid.

E et *F* = codd. Guelferbytani saec. XIIII, ap. Ebert. n. 889 et 892. cf. ibid. p. 82, 83.

Γ = cod. abbreuiatus Guelferbytanus saec. XII, ap. Ebert. n. 303 et 888. cf. ibid. p. 83 et praef. meam p. XXVII.

Par. = cod. Vaticanus Paridis n. 4929 saec. X.

Π = additamenta in hoc codice per librum nonum passim margini adiecta. cf. p. XVII.

N = Nepotiani cod. Vaticanus n. 1321 saec. XIIII. cf. ed. meam mai. p. 67 sqq.

N. Q. = Nouae quaestiones meae Valerianae in programmate Gymnasii Leucophaei Berolinensis editae 1866.

Eberhard (nulla loci nota addita) = Zeitschr. für Gymnasialwesen XX (1866) p. 155 sqq.

Busch = Quaestiones Valerianae Arminii Buschii editae in programmate Landsbergae a. W. anno 1869.

Foertsch I, II, III = Emendationes Valerianae a C. Foertschio editae in libris scholasticis Naumburgensibus a. 1855, 1864, 1870.

Gertz (sine loci nota) = Symbolae criticae ad Valerium Maximum in Tidskrift for Philologi og Paedagogik. Hauniae 1873 p. 260 sqq. — idem asterisco addito = emendationes Valerianae per litteras mecum communicatae.

Blaum = R. Blaumii adnotationes criticae in libro scholastico Argentorati edito a. 1876.

Wensky (anni nota non adiecta) = Coniectanea in Valerium Maximum separatim edita e programmate Vratislauensi a. 1879. anni autem nota addita = eiusdem emendationes Valerianae in Fleckeiseni annalibus editae a. 1882, 1883, 1884.

CAPITA LIBRORVM VALERI MAXIMI FACTORVM ET DICTORVM MEMORABILIVM.

Lib. I.

1. De religione.
2. *De simulata religione.*
3. *De superstitionibus.*
4. *De auspicio.*
5. De ominibus.
6. De prodigiis.
7. De somniis.
8. De miraculis.

Lib. II.

1—6. De institutis antiquis.
7. De disciplina militari.
8. De iure triumphandi.
9. De censoria nota.
10. De maiestate.

Lib. III.

1. De indole.
2. De fortitudine.
3. De patientia.
4. De his, qui humili loco nati clari euaserunt.
5. Qui a parentibus claris degenerauerunt.
6. Qui ex illustribus uiris in ueste aut cetero cultu licentius sibi quam mos patrius permittebat indulserunt.
7. De fiducia sui.
8. De constantia.

Lib. IIII.

1. De moderatione.
2. Qui ex inimicitiis iuncti sunt amicitia aut necessitudine.
3. De abstinentia et continentia.
4. De paupertate.
5. De uerecundia.
6. De amore coniugali.
7. De amicitia.
8. De liberalitate.

Lib. V.

1. De humanitate et clementia.
2. De gratis.
3. De ingratis.
4—6. De pietate erga parentes et fratres et patriam.
7. De parentum amore et indulgentia in liberos.
8. De seueritate patrum in liberos.
9. De parentum aduersus suspectos liberos moderatione.
10. De parentibus, qui obitum liberorum forti animo tulerunt.

Lib. VI.

1. De pudicitia.
2. Libere dicta aut facta.

3. De seueritate.
4. Grauiter dicta aut facta.
5. De iustitia.
6. De fide publica.
7. De fide uxorum erga uiros.
8. De fide seruorum.
9. De mutatione morum aut fortunae.

Lib. VII.

1. De felicitate.
2. Sapienter dicta aut facta.
3. Vafre dicta aut facta.
4. Strategemata.
5. De repulsis.
6. De necessitate.
7. De testamentis, quae scissa sunt.
8a. Quae rata manserunt, cum causas haberent cur rescindi possent.
8b. Quae aduersus opiniones hominum heredes habuerunt.

Lib. VIII.

1. Infames rei quibus de causis absoluti aut damnati sint.
2. De priuatis iudiciis insignibus.
3. Quae mulieres apud magistratus pro se aut pro aliis causas egerunt.
4. De quaestionibus.
5. De testibus.
6. Qui quae in aliis uindicarant ipsi commiserunt.
7. De studio et industria.
8. De otio.
9. Quanta uis sit eloquentiae.
10. Quantum momentum sit in pronuntiatione et apto motu corporis.
11a. Quam magni effectus artium sint.
11b. Quaedam nulla arte effici posse.
12. Suae quemque artis optimum et auctorem esse et disputatorem.
13. De senectute.
14. De cupiditate gloriae.
15. Quae cuique magnifica contigerunt.

Lib. VIIII.

1. De luxuria et libidine.
2. De crudelitate.
3. De ira aut odio.
4. De auaritia.
5. De superbia et inpotentia.
6. De perfidia.
7. De ui et seditione.
8. De temeritate.
9. De errore.
10. De ultione.
11. Dicta improba aut facta scelerata.
12. De mortibus non uulgaribus.
13a. De cupiditate uitae.
13b. Quam exquisita custodia usi sint quibus suspecti domestici fuerunt.
14. De similitudine formae.
15. De iis, qui infimo loco nati mendacio se clarissimis familiis inserere conati sunt.

Incerti auctoris qui Valerii putabatur lib. X.

1. *De praenominibus.*
2. *De nominibus.*
3. *De cognominibus.*
4. *De agnominibus.*
5. *De appellationibus.*
6. *De uerbis.*

VALERI MAXIMI
FACTORVM ET DICTORVM MEMORABILIVM
LIBER PRIMVS.

Vrbis Romae exterarumque gentium facta simul ac dicta memoratu digna, quae apud alios latius diffusa sunt quam ut breuiter cognosci possint, ab inlustribus electa auctoribus digerere constitui, ut documenta sumere uolentibus longae inquisitionis labor absit. nec mihi cuncta conplectendi cupido incessit: quis enim omnis aeui gesta modico uoluminum numero conprehenderit, aut quis compos mentis domesticae peregrinaeque historiae seriem felici superiorum stilo conditam uel adtentiore cura uel praestantiore facundia traditurum se sperauerit? te igitur huic coepto, penes quem hominum deorumque consensus maris ac terrae regimen esse uoluit, certissima salus patriae, Caesar, inuoco, cuius caelesti prouidentia uirtutes, de quibus dicturus sum, benignissime fouentur, uitia seuerissime uindicantur: nam si prisci oratores ab Ioue optimo maximo bene orsi sunt, si excellentissimi uates a numine aliquo principia traxerunt, mea paruitas eo iustius ad fauorem tuum decucurrerit, quo cetera diuinitas opinione

PRIMVS] *add.* INCIPIT *A*, INCIPIT DE RELEGIONE *L* || 4 digerere *Meursius*, diligere A^1, deligere A^2, delegere *L* || 7 omnus L^1 || *litt.* modico uo *lacera extrema folii parte perierunt in A* || 8 conpraehenderit *L* || mentis ***|** *L* || 9 superiorum *E*, superiori *LA* || 11 praestantiora (*corr. m. 2* rae) *L*, praestanciori *A* || 12 poenes *L et ut vid.* A^1 || 20 quod *edd. uett.*

colligitur, tua praesenti fide paterno auitoque sideri par uidetur, quorum eximio fulgore multum caerimoniis nostris inclitae claritatis accessit: reliquos enim deos accepimus, Caesares dedimus. et quoniam initium a cultu deorum petere in animo est, de condicione eius summatim disseram.

I. DE RELIGIONE.

1. Maiores statas sollemnesque caerimonias pontificum scientia, bene gerendarum rerum auctoritates augurum obseruatione, Apollinis praedictiones uatum libris, portentorum depulsi*one*s Etrusca disciplina explicari uoluerunt. prisco etiam instituto rebus diuinis opera datur, cum aliquid conmendandum est, precatione, cum exposcendum, uoto, cum soluendum, gratulatione, cum inquirendum uel extis uel sortibus, inpetrito, cum sollemni ritu peragendum, sacrificio, quo etiam ostentorum ac fulgurum denuntiationes procurantur.

Tantum autem studium antiquis non solum seruandae sed etiam amplificandae religionis fuit, ut florentissima tum et opulentissima ciuitate decem principum filii senatus consulto singulis Etruriae populis percipiendae sacrorum disciplinae gratia traderentur, Cererique, quam more Graeco uenerari instituerant, sacerdotem a Velia, cum id oppidum nondum ciuitatem accepisset, nomine Calliphanam

3 inclytę *L* ‖ claritatis *E*, alacritatis *LA* ‖ 5 conditione *A* ‖ 6 sumatim *A* ‖ deseram A^1 ‖ 7 DE RELIGIONE *Nep.*, *om. h. l. LA, sed habent in indice capitulorum praemisso LA, add.* SERVATA *Halm, add.* SERVATA AVT NEGLECTA *Par. cf. N. Q. p. 11.* ‖ 8 *et* 16 sollempn. A^1 ‖ 9 auctoritate — praedicatione *L et* (*corr.* praedictione) *A*, *em. Pighius,* auctoritatem — praedictionem *Maduig II 314, at u. Cic. de har. resp. 9, 18* ‖ 10 appollinis *A* ‖ 11 depulsis *LA*, *em. Vorstius,* depulsionem *Gertz** ‖ 14 soluendę *A*, exsoluendae *L*, exsoluendum *C* ‖ 15 gratulationes *LA*, *em. in dett.* ‖ 16 inpertito *LA*, *em. Merula* ‖ ad peragendum L^2 ‖ 17 fulgorum *L* ‖ 21 tam L^1 ‖ 22 principium L^1 ‖ aetruriae *LA* ‖ 23 sacrarum L^1A^1 ‖ 25 uela *marg. A e Par.* ‖ 26 ciuitatē accepisset no-

peterent [uel, ut alii dicunt, Calliphoenam], ne deae uetustis ritibus perita deesset antistes.

Cuius cum in urbe pulcherrimum templum haberent, Gracchano tumultu moniti Sibyllinis libris ut uetustissimam Cererem placarent, Hennam, quoniam sacra eius inde orta credebant, Xuiros ad eam propitiandam miserunt. item Matri deum saepe numero imperatores nostri conpotes uictoriarum suscepta uota Pessinuntem profecti soluerunt.

2. Metellus vero pontifex maximus Postumium consulem eundemque flaminem Martialem ad bellum gerendum Africam petentem, ne a sacris discederet, multa dicta urbem egredi passus non est, religionique summum imperium cessit, quo*d* tuto se Postumius Martio certamini conmissurus non uidebatur caerimoniis Martis desertis.

3. Laudabile duodecim fascium religiosum obsequium, laudabilior quattuor et XX in consimili re oboedientia: a Tiberio enim Graccho ad collegium augurum litteris ex prouincia missis, quibus significabat se, cum libros ad sacra populi pertinentes legeret, animaduertisse uitio tabernaculum captum comitiis consularibus, quae ipse fecisset, eaque re ab auguribus ad senatum relata iussu eius C. Figulus e Gallia, Scipio Nasica e Corsica Romam redierunt et se consulatu abdicauerunt.

mine *L*, ciuitatis acc. nomen *A et dett. omn. Halm.* ‖ calcitanam *LA*, *emendaui e Par.* ‖ 1 uelud *sic semper fere* A^1 ‖ uel — Calliphoenam (caliph. *A*) *inclusi* ‖ ne *s. l. L.* ‖ 2 uetusti ritus *temptauerat Gertz*, *sed* peritus *absolute positum ut I 8, 2* ‖ 4 gracchano tumultu ex libris sibyllinis (*om.* moniti) *in ras. A e Par.*, gracca nutu moniti sybillinis lib. *L* ‖ 5 placerent A^1 ‖ bennam A^2 *e Par.* ‖ 6 credebantur *Stanger* ‖ XVuiros *LA Nep. Halm, ut nos C Par. Cic. Verr. IIII 49, 108* ‖ 7 merseř (*i. e.* runt) A^1 ‖ 11 flãminẽ A^1 ‖ mantialem LA^1 ‖ 13 urbe *L Par.*, urbem *A Halm, at u. VIIII 6 ext. 2; I 8 ext. 14* ‖ 14 quo tuto LA^1 ‖ 15 martio (*sed* o *m. 2*) *L* ‖ 16 caerimonis L^1 ‖ 17 relegiosum (*sic semper*) *L* ‖ 18 quatuor *A Halm* ‖ 19 A*tiberio *A* ‖ gracco LA^1 ‖ 20 litterae s̃. ex pr. missae A^2 ‖ 21 se cum A^2, secum L^1, cum (*om.* se) *in ras. A* ‖ pertinentes (e *post* t *in ras.*) *L* ‖ 23 consularisbus L^1 ‖ 26 abdicauerunt — Cornelius *om. A*, *suppl. m. 2 margo A.*

4. Consimili ratione P. Cloelius *Siculus,* M. Cornelius Cethegus, C. Claudius propter exta parum curiose admota [deorum inmortalium *aris* uariis temporibus bellisque diuersis] flaminio abire iussi sunt coactique etiam.

5. At *Q.* Sulpicio inter sacrificandum e capite apex prolapsus idem sacerdotium abstulit, occentusque soricis auditus Fabio Maximo dictaturam, C. Flaminio magisterium equitum deponendi causam praebuit.

6. Adiciendum his quod P. Licinio pontifici maximo uirgo Vestalis, quia quadam nocte parum diligens ignis aeterni custos fuisset, digna uisa est quae flagro admoneretur.

7. Maximae uero uirginis Aemiliae discipulam extincto igne tutam ab omni reprehensione Vestae numen praestitit. qua adorante, cum carbasum, quem optimum habebat, foculo inposuisset, subito ignis emicuit.

8. Non mirum igitur, si pro eo imperio augendo custodiendoque pertinax deorum indulgentia semper excubuit, quo tam scrupulosa cura paruula quoque momenta religionis examinari uidentur, quia num-

1 p' coelius *margo A,* post coelius *L*, P. coeglius (g *eras.*) *Par.* ‖ siculus *margo A e Par., om. L et recc.* ‖ 3 deorum inmortalium uariis (aris uariis *recc.*) temporibus (terrorib. L^2) bellisq. diuersis *L et recc., om. A, quae cum Stangero* uariis *mutante in* aris *retinuit Halm. inclusi uu. inepta ac ne latine quidem dicta consentiente Gertzio 260. cf. Tac. ann. II 69* ‖ 4 flamonio *L Par., ut codd. Liu. XXVI 23, 8* ‖ 6 at] a L^1 ‖ Q. *om. LA, suppl. Halm e Par.* ‖ 7 idem *Lipsius,* eidem *LA* ‖ 8 auditu $L^1 A^1$ ‖ e fabio *L*, * fabio *A* ‖ 9 flāminio *A*, flamonio *L cum Par.* | 11 qđ *p** licinio (*sed* đ *et* p *in litura*) *A*, quod post licinio *BC ut nos L* ‖ 13 aeterni ignis *L, ut nos A Par.* ‖ 14 flagro] per lictorem flagro *Par., non habet* per lictorem *Liu. XXVIII 11, 6* ‖ 15 maxmae uirginis (i *et* uero *s. l.*) *L* ‖ 17 qua adorata A^2, quam adoranti *Perizonius* ‖ carbasam L^1 ‖ 18 subitus *Par.* ‖ 21 deorum indulgentia *Maduig II 314,* eorum indulgentia deorum *LA Halm*, indulgentia deorum *Eberhard p. 158* ‖ 22 quo *nos,* quod *LA*, in quo *Maduig l. c.*, quoi *Gertz 261* ‖ 23 uidentur (*sed* n *punctat.*) *L*

quam remotos ab exactissimo cultu caerimoniarum oculos habuisse nostra ciuitas existimanda est. in qua cum *M*. Marcellus quintum consulatum gerens templum Honori et Virtuti Clastidio prius, deinde Syracusis potitus nuncupatis debitum uotis consecrare uellet, a collegio pontificum inpeditus est, negante unam cellam duobus diis recte dicari: futurum enim, si quid prodigii in ea accidisset, ne dinosceretur utri rem diuinam fieri oporteret, nec duobus nisi certis diis una sacrificari solere. ea pontificum admonitione effectum est ut Marcellus separatis aedibus Honoris ac Virtutis simulacra statueret, neque aut collegio pontificum auctoritas amplissimi uiri aut Marcello adiectio inpensae inpedimento fuit quo minus religionibus suus tenor suaque obseruatio redderetur.

9. Obruitur tot et tam inlustribus consulatibus L. Furius Bibaculus exemplique locum uix post Marcellum inuenit, sed pii simul ac religiosi animi laude fraudandus non est. qui praetor a patre suo collegii Saliorum magistro iussus sex lictoribus praecedentibus arma ancilia tulit, quamuis uacationem huius officii honoris beneficio haberet: omnia namque post religionem ponenda semper nostra ciuitas duxit, etiam in quibus summae maiestatis conspici decus uoluit. quapropter non dubitauerunt sacris imperia seruire, ita se humanarum rerum futura regimen existimantia, si diuinae potentiae bene atque constanter fuissent famulata.

10. Quod animi iudicium in priuatorum quoque pectoribus uersatum est: urbe enim a Gallis capta, cum flamen Quirinalis uirginesque Vestales sacra onere partito ferrent, easque pontem sublicium trans-

3. M. *om. LA, add. Halm e Par.* ‖ 6 pontificium L^1 ‖ 7 deis *Par.* ‖ 17 tot etiam inlustrib; consularib; *LA, em. Lipsius* ‖ 19 marcelum *L* ‖ 21 sex] ex *A* L^1 ‖ 25 dixit L^1 ‖ 28 si** *L* ‖ 30 indicium *LA* ‖ 31 agellis A^1, *corr. e Par.* gallis (*om.* a) *L* ‖ 32 quirinales A^1 *et ut uid.* L^1 ‖ uaestales L^1

gressas et cliuum, qui ducit ad Ianiculum, ascendere incipientes L. Albanius plaustro coniugem et liberos uehens aspexisset, propior publicae religioni quam priuatae caritati suis ut plaustro descenderent inperauit atque in id uirgines et sacra inposita omisso coepto itinere Caere oppidum peruexit, ubi cum summa ueneratione recepta. grata memoria ad hoc usque tempus hospitalem humanitatem testatur: inde enim institutum est sacra caerimonias uocari, quia Caeretani ea infracto rei publicae statu perinde ac florente sancte coluerunt. quorum agreste illud et sordidius plaustrum tempestiue capax cuiuslibet fulgentissimi triumphalis currus uel aequauerit gloriam uel antecesserit.

11. Eadem rei publicae tempestate C. Fabius Dorsuo memorabile exemplum seruatae religionis dedit: namque Gallis Capitolium obsidentibus, ne statum Fabiae gentis sacrificium interrumperetur, gabino ritu cinctus, manibus umerisque sacra gerens per medias hostium stationes in Quirinalem collem peruenit. ubi omnibus sollemni more peractis in Capitolium prope diuina ueneratione uictricium armorum perinde uictor rediit.

1 ascendere *dett. pauci*, descendere *LA*, escendere *Lipsius, Halm* ‖ 2 albanius A^2 *e Par.*, aluanius LA^1, Albanus *Nep.*, albinius *optimi codd. Liu. V 40, 9 et cod. Nazar. Flori I 7, 12, ubi cod. Bamb.* atinius *habet*, *Ἀλβῖνος Plut. Camill. 21* ‖ 3 conspexisset *scribend. uid. cum Liu. l. c. et Par.* (flamine conspecto) ‖ proprior L^1 ‖ 4 claritati L^1 ‖ sui *AL* ‖ 5 in] ad (*sed* i *s. l.*) *A* ‖ 6 caere *in ras. A e Par.*, ceretem *L et dett.*, cererem *B*, Caere in *Pighius*, Caerete in *Torrenius, nescio an recte. cf. ed. meam mai. p. 147* ‖ oppidum *om. Par.* ‖ 7 recepta. grata *Halm, qui tamen* recepta sunt. grata *mauult*, recepta grata — testantur *dett. et edd. uett.* ‖ 8 inhumanitatem *L*, **humanitatem *A* ‖ 10 ceretani *AL* ‖ proinde A^1, p**inde (*corr.* p.) *L* ‖ 11 florentes ante *LA*, *em. I. Vossius* ‖ quarum LA^1 ‖ 12 tempestiuę L^1 ‖ 16 dorsuo L^1 *et margo A e Par.*, dorso suo L^2A^1, dorssuo A^2 ‖ 18 interrumperet *Par.* ‖ 19 gabino cinctus *margo A Par.* ‖ humerisque *L* ‖ 22 prope diuina ueneratione (*i. e. Gallis eum prope ut deum admirantibus*) *Maduig II 314*, p̄op (f. post *margo*) diuinam uenerationem A^1, p̄p (*i. e.* propter) diuinam uenerationem LA^2 *dett. Halm* ‖ 23 perinde uictor

12. Magna conseruandae religionis etiam P. Cornelio Baebio Tamphilo consulibus apud maiores nostros acta cura est. si quidem in agro L. Petili scribae sub Ianiculo cultoribus terram altius uersantibus, duabus arcis lapideis repertis, quarum in altera scriptura indicabat corpus Numae Pompili fuisse, in altera libri reconditi erant Latini septem de iure pontificum totidemque Graeci de disciplina sapientiae, Latinos magna diligentia adseruandos curauerunt, Graecos, quia aliqua ex parte ad soluendam religionem pertinere existimabantur, Q. Petilius praetor urbanus ex auctoritate senatus per uictimarios facto igni in conspectu populi cremauit: noluerunt enim prisci uiri quidquam in hac adseruari ciuitate, quo animi hominum a deorum cultu auocarentur.

13. Tarquinius autem rex M. Atilium duumuirum, quod librum secreta ri*tu*um ciuilium sacrorum continentem, custodiae suae conmissum corruptus Petronio Sabino describendum dedisset, culleo insutum in mare abici iussit, idque supplicii genus multo post parricidis lege inrogatum est, iustissime quidem, quia pari uindicta parentum ac deorum uiolatio expianda est.

14. Sed quae ad custodiam religionis adtinent, nescio an omnes M. Atilius Regulus praecesserit, qui

A (*i. e. non minus ipse eorum uictor quam illa uictricia erant. Maduig. l. c., quod improbat Halm in Fleckeis. ann. 1874 p. 406*), perinde ac (ut *D*) uictor *L dett. Halm* ‖ redit *L A*[1] ‖ 1 pamphilo coñs *L A*, *em. Guyetus* ‖ 3 Petilli *h. l. et infra Halm, at u. I 5, 9; II 7, 15; III 7, 1; C. I. L. I n. 731* ‖ 6 fuisse *L A*, inesse *recte, ut uid., Wensky 1884 p. 777* ‖ 11 q* petilius *A*, pecilius (*om.* Q.) *L* ‖ 12 urbanos *A*[1] ‖ 13 conspecto *A* ‖ 14 quicquam *L*[2]*A*[2] ‖ 17 m. tullium *L A*, matilium *Nep., cf. Dion. Hal. IIII 62* ‖ 18 secretarium ciuilium *A*, secretorium ciu. *L*, *em. Novak et Gertz*. cf. I 1, 17* secreta ciuilium *Halm.* ‖ sacrorum *suspectum Novakio* ‖ 19 corruptũ *L A* ‖ 24 est *dett.*, esset *L A Halm, u. N. Q. p. 26* ‖ 25 quod — attinet *coni. Torrenius, et sane aut sic scribend. aut cum edd. uett.* in his *inserend. uel cogitatione supplend.* ‖ 26 attilius, *sed p. 8, 11 recte* atilii *L A*

ex uictore speciosissimo insidiis Hasdrubalis et Xantippi Lacedaemonii ducis ad miserabilem captiui fortunam deductus ac missus ad senatum populumque Romanum legatus, ut [ex] se et uno et sene conplures Poenorum iuuenes pensarentur, in contrarium dato consilio Karthaginem petiit, non quidem ignarus ad quam crudeles quamque merito sibi infestos [deos] reuerteretur, uerum quia his iurauerat, si captiui eorum redditi non forent, ad eos sese rediturum. potuerunt profecto dii inmortales efferatam mitigare saeuitiam. ceterum, quo clarior esset Atilii gloria, Karthaginienses moribus suis uti passi sunt, tertio Punico bello religiosissimi spiritus tam crudeliter uexati urbis eorum interitu iusta exacturi piacula.

15. Quanto nostrae ciuitatis senatus uenerabilior in deos! qui post Cannensem cladem decreuit ne matronae ultra tricesimum diem luctus suos extenderent, uti ab his sacra Cereris peragi possent, quia maiore paene Romanarum uirium parte in execrabili ac diro solo iacente nullius penates maeroris expertes erant. itaque matres ac filiae coniugesque et sorores nuper interfectorum abstersis lacrimis depositisque doloris insignibus candidam induere uestem et aris tura dare coactae sunt. qua quidem constantia optinendae religionis magnus caelestibus iniectus est rubor ulterius aduersus eam saeuiendi gentem,

1 asdrubalis *LA*¹ ‖ xanctippi *LA* ‖ 3 ad s. p. q. r. *LA* ‖ 4 ex *LA*, *delend. esse uidit Lipsius*, ex S. C. et uno *Gertz 261* ‖ 5 poenarum *A*¹ ‖ 6 chartaginem *LA*¹, carthaginem *A*², *sed inde a cap. 2 constanter* Kartago *scribitur* ‖ petit *LA*, repetiit *edd. nonnullae uett.*, *an* rediit? *Halm, at u. II 7, 10 et N. Q. 16* ‖ quidem ignarus *nos*, *cf. VIII 14, 1*, quod ignarus *L*, ″qđ ′ignarus (*mutandi ordinis notae* ″ ′ *eras.*) *A* ‖ ad quam] atq. *A*¹, atq *L* ‖ 7 quãq: *in ras. A*, quoque *L*¹, quosq. *L*² ‖ deos *inclusi cum Guyeto*, dominos *Perizonius*, eo *Gertz 261*, hostes *E ut ap. Cic. de off. III 27, 100* ‖ 8 uerum] u. *A*¹, *om. L* ‖ iis *Halm* ‖ 11 caeterum *L* ‖ 12 chartaginienses *LA*¹, carthag. *A*² ‖ 16 Canensem *L*¹ ‖ 17 tricensimum *Par.*¹ ‖ 18 ut *Par.* ‖ 19 pene *L*¹ ‖ romanorum *A*¹ ‖ 20 paenates meroris *L* ‖ 24 quae quidem *A*¹ ‖ 25 caelitib; *margo A*

quae ne iniuriarum quidem acerbitate ab eorum cultu absterreri potuerit.

[DE NEGLECTA RELIGIONE.]

16. Creditum est Varronem consulem apud Cannas cum Karthaginiensibus tam infeliciter dimicasse ob iram Iunonis, quod, cum ludos circenses aedilis faceret, in Iouis optimi maximi tensa eximia facie puerum histrionem ad exuuias tenendas posuisset. quod factum, post aliquot annos memoria repetitum, sacrificiis expiatum est.

17. Hercules quoque detractae religionis suae et grauem et manifestam poenam exegisse traditur: nam cum Potitii sacrorum eius ritum, quem pro dono genti eorum ab ipso adsignatum uelut hereditarium optinuerant, auctore Appio censore ad humile seruorum *publicorum* ministerium transtulissent, omnes, qui erant numero super XXX, puberes intra annum extincti sunt nomenque Potitium in XII familias diuisum † prope interiit, Appius uero luminibus captus est.

18. Acer etiam sui numinis uindex Apollo, qui Karthagine a Romanis oppressa ueste aurea nudatus id egit ut sacrilegae manus inter fragmenta eius abscisae inuenirentur.

1 miseriarum *Wensky 1884 p. 778* ‖ aceruitate *A*[1] ‖ 3 DE NEGLECTA RELIGIONE *inclusi*, DE CONTEMPTA RELIGIONE *Par.* ‖ 5 chartag. *L*, kartag. *A* ‖ 7 faceret *LA*, ederet *margo A e Par.* ‖ tensa *L, margo A e Par.*, templo *A* ‖ 8 exuuias *Par.*, excubias *LA. cf. Fest. p. 365 M., Lact. inst. diu. II 16, p. 109 Fritzsche* ‖ 16 publicorum *om. LA Halm, suppleui e Par. et Nep.; cf. Liu. VIIII 29, 9; Lact. II 7 p. 81 Fr.; Fest. u. Potitium p. 237 M.* ‖ 17 XXX ⟨eius gentis⟩ puberes *Gertz.** ‖ 18 potiti *L*[1] ‖ 19 prope *LA Halm,* propere *cod. Barber. Torrenii, notaui mendum. an* diuisum eo tempore, ? *cf. Liu. l. c.:* cum duodecim familiae ea tempestate Potitiorum essent ‖ appius (*litt.* a *in ras.*) *A* ‖ 22 *litt.* carthagine a ro *in ras. A* ‖ 24 inuenirentur] *post h. u. in infima folii parte exemplum de Brenno e Paride petitum supplet margo A, quod quoniam ad externa pertinet, in fine capitis posui cum Halmio*

19. Nec minus efficax ultor contemptae religionis filius quoque eius Aesculapius, qui consecratum templo suo lucum a Turullio praefecto Antonii ad naues ei faciendas magna ex parte succisum * *, inter ipsum nefarium ministerium deuictis partibus Antonii, imperio Caesaris morti destinatum Turullium manifestis numinis sui uiribus in eum locum, quem uiolauerat, traxit effecitque ut ibi potissimum a militibus Caesarianis occisus eodem exitio et euersis iam arboribus poenas lueret et adhuc superantibus inmunitatem consimilis iniuriae pareret suamque uenerationem, quam apud colentes maximam semper habuerat, † dis multiplicauit.

20. Q. autem Fuluius Flaccus inpune non tulit, quod in censura tegulas marmoreas ex Iunonis Laciniae templo in aedem Fortunae equestris, quam Romae faciebat, transtulit: negatur enim post hoc factum mente constitisse. quin etiam per summam aegritudinem animi expirauit, cum ex duobus filiis in Illyrico militantibus alterum decessisse, alterum grauiter audisset adfectum. cuius casu motus senatus tegulas Locros reportandas curauit decretique circumspectissima sanctitate inpium opus censoris

1 ultor *in ras. A*, ultro (*sed in mrg. add.* tor) *L* ‖ 2 qui ⟨ob⟩ consecr. (*om. postea lacunae notis*) *Gertz** ‖ 3 turulus *est ap. Nep.*, caruilius (*corr.* caruilio) *margo A e Par. cf. Lact. II 7; C. I. L. II n. 3508* ‖ m. antonii *Par.* ‖ 4 *lacunam suppl.* dolens *dett.*, intuens *Foertsch III 2,* ulturus *Halm,* succensens *Blaum p. 31,* inique ferens *uel* indignatus *nos* ‖ 6 distinatum $L^1 A^1$ ‖ 7 lucum L^2 *Pighius, Halm, coll. Nep., at u. Lact. l. c.* eodem loco ‖ 9 caesariannis L^1 ‖ 11 inpunitatem A^1, impunitatem LA^2, *em. Mitalerius* ‖ pararet *Eberhard p. 158, at u. I 1 ext. 8; VII 3 ext. 9 al.* ‖ 13 dismultiplicauit *LA*, deus multipl. *dett. aliquot*, *unde* deus *delend. cens. Perizonius*, in dies *Wensky p. 1,* iis *uel* his *Gertz 262, fort.* sic *uel* deus sic *Halm*, dis *ex* du *ortum cens. et legend.* duplicauit *Novak* ‖ 14 q. autem *in ras. A*, qnt' (*sed* nt' *in ras.*) autem *L* ‖ flac. (*sic*) *LA* ‖ 16 equestris** *L* ‖ 18 mente] *add.* mentis factus est dubiae *margo A e Par.* ‖ 20 illirico *L*, yllirico *A* ‖ 22 locros *LA*, locris *et* locis *dett.*, locis *Par.*, loco suo *Gudius* ‖ reponendas *Par.*

retexuit: 21. tam me hercule quam Plemini legati Scipionis in thesauro Proserpinae spoliando sceleratam auaritiam iusta animaduersione uindicauit: cum enim eum uinctum Romam pertrahi iussisset, † qui ante causae dictionem in carcere taeterrimo genere morbi consumptus est, pecuniam dea eiusdem senatus imperio et quidem summam duplicando recuperauit.

Ext. 1. Quae, quod ad Plemini facinus pertinuit, bene a patribus conscriptis uindicata, quod ad uiolentas regis Pyrri sordes attinuerat, se ipsa potenter atque efficaciter defendit: coactis enim Locrensibus ex thesauro eius magnam illi pecuniam dare, cum onustus nefaria praeda nauigaret, ui subitae tempestatis tota cum classe uicinis deae litoribus inlisus est, in quibus pecunia incolumis reperta sanctissimi thesauri custodiae restituta est.

2. At non similiter Masinissa rex, cuius cum praefectus classis Melitam appulisset et aeque ex fano Iunonis dentes eburneos eximiae magnitudinis sublatos ad eum pro dono adtulisset, ut conperit unde essent aduecti, quinqueremi reportandos Melitam inque templo Iunonis conlocandos curauit, insculptos gentis suae litteris significantibus regem ignorantem eos accepisse, libenter deae reddidisse. factum *magis* Masinissae animo quam Punico sanguini conueniens!

1 p. Lemini *L*, ·p· | lęmini (*sed* p *in ras.*) *A*, *add.* minerua *margo A* ‖ 2 Scipionis — sceleratam *om. A*, *sed. s. l. post* legati *add. m. 2* scipionis ‖ thensaur. *Par.*[1] ‖ 4 enim *L*, * * * * *A* ‖ qui *om. dett. Halm*, ubi *recte, ut uid.*, *Gertz 262 coll. Nep.* ‖ 5 carcaere *L*[1] ‖ 6 est, pecun. *Halm* ‖ 7 quidem] q̄d *L*, quod *A* ‖ duplicanda* (m *eras.*) *L* ‖ 9 q̃ (*i. e.* quae), *sed m. 2 inductum A* ‖ publii lęmini (lemini *L*) *A* ‖ 13 magna mille *A*[1] ‖ 14 * onustus (h *uid. eras.*) *LA* ‖ 16 incolomis *A*[1] ‖ 18 At non similiter] amsinus masinissa rex *margo A e Par.* ‖ 20 eboreos *Par.* ‖ 25 reddidisset *A*[1] ‖ 26 magis *suppl. Gertz** ‖ quam *LA*[2], qd̄ *A*[1], plus *uel* magis quam *dett.*, M. animo, non Pun. sang. conu. *Foertsch III 3*, animo quidem, Pun. sang. non conu. *Maduig I 37* (*debebat saltem* animo quidem, non P. s. *scribere*), animo quam Pun. sang. conuenientius *coni. Halm.*

3. Quamquam quid attinet mores natione perpendi? in media barbaria ortus sacrilegium alienum rescidit: Syracusis genitus Dionysius tot sacrilegia sua, quot iam recognoscemus, iocosis dictis prosequi uoluptatis loco duxit: fano enim Proserpinae spoliato Locris, cum per altum secundo uento classe ueheretur, ridens amicis 'uidetisne' ait 'quam bona nauigatio ab ipsis dis inmortalibus sacrilegis tribuatur?' detracto etiam Ioui Olympio magni ponderis aureo amiculo, quo eum tyrannus Gelo e manubiis Karthaginiensium ornauerat, iniectoque ei laneo pallio dixit aestate graue esse aureum amiculum, hieme frigidum, laneum autem ad utrumque tempus anni aptius. idem Epidauri Aesculapio barbam auream demi iussit, quod adfirmaret non conuenire patrem Apollinem inberbem, ipsum barbatum conspici. idem mensas argenteas atque aureas e fanis sustulit, quodque in his more Graeciae scriptum erat bonorum deorum eas esse, uti se bonitate eorum praedicauit. idem Victorias aureas et pateras et coronas, quae simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, tollebat et eas se accipere, non auferre dicebat, perquam stultum esse argumentando, a quibus bona precamur, ab his porrigentibus nolle sumere. qui, tametsi debita supplicia non exsoluit, dedecore tamen fili mortuus poenas pependit, quas uiuus effugerat: lento enim gradu ad uindictam sui diuina procedit ira tarditatemque supplicii grauitate pensat.

1 Quanquam *A* ‖ 3 dionisius A^1 ‖ 4 recognoscemus *coni. Halm*, recognoscimus *LA* ‖ 8 dis *L*, diis *A Halm* ‖ 10 gelo LA^1 *Nep.*, gero A^2, hiero *margo A e Par. et dett. fere omn., at u. Cic. de deor. nat. III 34, 83* ‖ 11 palleo L^1 ‖ 12 grauem *LA* ‖ hyeme A^2 ‖ 14 epidauriae L^1A ‖ aescolapio *L Par.* ‖ 16 appollinem *A*, *delend. cens. Eberhard, Herm. VIII 93* ‖ 18 scribtum A^1 ‖ bonarum L^1A^1 ‖ 19 eas esse *LA, om. Halm, quae spuria esse suspicatus eram, quod nec Par. nec Cic. l. c. haec habet, cf. tamen Busch p. 8,* fas esse *coni. Foertsch I 3* ‖ bonitati? L^1 ‖ 25 exoluit L^2A ‖ dedecore * *A* ‖ 26 pependit *nos*, rependit *ALHalm, at u. I 6, 6 et 7, 4; V 3, 2 fin.; VI 1, 5 et 3, 9; VII 2 ext. 17 et 5, 6; VIII 1 damn. 2; VIIII 15, 1 etc.* ‖ 27 ira: * *in ras. A*

4. In quam ne incideret Timasitheus Liparitanorum princeps † consilio sibi aliter atque uniuersae patriae utili prouidit exemplo: excepta namque in freto a ciuibus suis piraticam exercentibus magni ponderis aurea cratera, quam Romani Pythio Apollini decimarum nomine dicauerant, incitato ad eam partiendam populo, ut comperit * * * *

EXCERPTA E IVLIO PARIDE ET NEPOTIANO.

5. Milesia Ceres Mileto ab Alexandro capta milites, qui templum spoliaturi inruperant, flamma obiecta priuauit oculis. *Par.*

6. Persae mille nauium numero Delum conpulsi templo Apollinis religiosas potius manus quam rapaces adhibuerunt.

7. Athenienses Protagoram philosophum pepulerunt, quia scribere ausus fuerat primum ignorare se an di essent, deinde,

5. Alexander Magnus Miletum cepit. cum milites etiam Cereris templum introissent, excaecati sunt, ne inspicerent secreta tantum feminis cognita. *Nep.*

6. Persae mille nauibus appulere Delum, et cum diuitiae in praedas possent allicere uictores, omnibus spoliis temperatum est in dei honorem.

1 thimasitheus *LA* ‖ 2 princ. consilii, sibi pariter *Foertsch III 3 coll. Liu. V 28, nescio an recte* ‖ aliter *LA*, pariter *codd. Pighii? Halm* ‖ 3 exemplo *inclusit Halm* ‖ 5 aureã *L* ‖ chratera $L^1 A^1$, creteram α, creterram *Par.* ‖ quem rom. pithio *LA* ‖ 7 comperit | & cã (*i. e.* et cetera). *reliquam huius uersus partem et septem insequentium linearum spatium scriba uacua reliquit, deinde nouo uersu* Deiotaro *L*, *post* comperit *add.* eam delphis portandam (*corr.* perferendam) curauit *manus admodum recens in A, add.* eam delphos perferendam curauit *dett. mei omn. Genuina Val. uerba post* comperit *defectu unius, ut uid., quaternionis interierunt. deperdita capita suppleui e Paridis* (*P*) *et Nepotiani* (*N*) *epitomis.*

10 Milesia] *hoc exemplum et quae seqq. usq. ad* § 7 *u.* protagoram *in* α *quoq. extant* ‖ 12 Prensae $P\alpha^1$ Prensa * α^2 ‖ conpulsi complexi *P*, *unde* conpulsi *delend. cens. Novak.* ‖ 14 prothagoram *P* ‖ philosophum] *h. u. et quae sqq. usq. cap. 3, 2* prohibitus est *interierunt in* α ‖ 15 se ean P^1

19 nauibus appulere *nos*, naues appulere *Mai*, nauibus inpleuere *N Halm.*

Par. si sint, quales. iidem Socratem damnauerunt, quod nouam religionem introducere uidebatur. iidem Phidiam tulerunt, quam diu is marmore potius quam ebore Mineruam fieri debere dicebat, quod diutius nitor esset mansurus, sed ut adiecit, et uilius *stare*, tacere iusserunt.

8. Diomedon unus e decem ducibus, quibus Argennusae eadem pugna et uictoriam et damnationem pepererunt, cum ad immeritum supplicium duceretur, nihil aliud locutus est quam ut uota pro incolumitate exercitus ab ipso nuncupata soluerentur.

9. Brennus Gallorum dux Delphis Apollinis templum ingressus dei uoluntate in se manus uertit.

Nep. 7. Protagoras philosophus ab Atheniensibus pulsus est librique eius publice exusti, quod scripserat ignorari an di essent, ac si essent, quales essent non posse sciri. — Socrates in eadem urbe damnatus est, quod contra religiones nonnunquam disputasset. — Phidias ibidem eboris scalptor ait sumptu minore marmore † incipere diis simulacra fieri quod ipseratu ex ebore Athenienses iusserunt.

8. Apud eosdem Diomedon unus de decem ducibus, cum post uictoriam ad supplicium pergeret, rogauit ut nuncupata uota pro exercitu soluerentur.

9. Brennus rex Gallorum uictoriis Delphos usque peruenerat, cumque iam humanae uires resistere ei omnino non possent, cultoresque loci ad Apollinem confugissent, respondit

1 sint] *an* essent? *Halm* || 3 quam diu is *D*, quamuis *P*, quam diu *dett. Halm* || 4 diutius ⟨illius⟩ nitor *Gertz* *, nitorē esse mansurum *cod.*, *em. in dett.* || 5 stare *suppl. Gertz* *, *om. cod. Halm* || tacere] facere ebore *Eberhard in Herm. VIII 94* || 8 immeritum *nos*, iam meritum *P* || 11 Brennus] *hoc exemplum om. h. l. P. u. ad p. 9, 24.*

13 Pythagoras *N* || 14 quod] quia *Mai* || ignorandi *N*, *em. Halm*, ignorare se an dii *Mai* || 15 non *om. Mai* || possent *N* || 17 disputaret *N Halm*, *em. Eberhard in Herm. VIII 93* || Fidias *N* || 18 ⟨e⟩marmore *Gertz* * || incipere *N*, quam ebore *Halm e coni. Foertsch. II 4*, fingi ⟨de⟩bere *Gertz* * || fieri, quod aspernati *Christ*, *Halm*, fieri, quod ipsi irati *Mai*, fierique hoc ipso irati *Gertz* * || 19 ateniense *N* || 20 diomedes imus *N* || 22 pro] ꝓ *N* || 23 rex] *immo* dux *Halm* || defos *N*

II. DE SIMVLATA RELIGIONE.

1. Numa Pompilius, ut populum Romanum sacris obligaret, uolebat uideri sibi cum dea Egeria congressus esse nocturnos eiusque monitu se, quae acceptissima deis immortalibus sacra forent, instituere. *Par.*

2. Scipio Africanus non ante ad negotia privata uel publica ibat quam in cella Iouis Capitolini moratus fuisset, et ideo Ioue genitus credebatur.

3. L. Sulla, quotiens proelium committere destinabat, paruum Apollinis signum Delphis sublatum in conspectu militum conplexus orabat uti promissa maturaret.

4. Q. Sertorius per asperos Lusitaniae colles ceruam albam trahebat, ab ea se quaenam aut agenda aut uitanda essent praedicans admoneri.

deus se cum *eis* et candidas puellas Gallis pugnaturas. tum niuibus cum omni exercitu Brennus oppressus est. *Nep.*

II. QVI RELIGIONEM SIMVLAVERVNT.

1. Numa Pompilius, cum efferatos assiduis bellis Romanos aduerteret, docuit eos cultum deorum: atque idem, ut facilius mansuescerent, Egeriam nympham in consuetudine se habere praeceptricem sibi confinxit, quo maior apud feroces esset auctoritas.

2. Scipio Africanus neque publica neque priuata prius umquam attigit quam in cella Iouis Capitolini diutissime moraretur ante quam uideretur a quoquam.

3. Sulla proeliaturus simulacrum Apollinis Delphis ablatum suppliciter orabat in conspectu militum ut promissa praestaret, uidebaturque inire bellum *eo* fretus.

3 Aegeria *Halm* || 4 monitus ęq acc. *P* || 9 sylla *sic semper P*

16 deos *NHalm, em. Eberhard p. 160 et Gertz 298* || secum et *NHalm, em. Gertz **, securi essent: *Novak* || cum Gallis (*om.* cum *post* se) *Eberhard l. c., Novak* || 19 popilius *N* || 19 animaduerteret *Mai* || 20 consuetudinem *N* || 21 confixit *N* || 28 mire bellum fretus *N, em. Novak et Gertz **, mire ad bellum fr. *Halm*, mire illo fr. *Mai.*

Par. Ext. 1. Minos Cretensium rex nono *quoque* anno in quendam praealtum et uetusta religione consecratum specum secedere solebat et in eo moratus tamquam ab Ioue, quo se ortum ferebat, traditas leges perrogabat.

2. Pisistratus in reciperanda tyrannide, quam amiserat, simulatione reducentis se in arcem Mineruae est usus, cum per ostentationem ignotae mulieris, quae Phye uocabatur, formatae ad habitum deae Athenienses deciperet.

3. Lycurgus consilio Apollinis grauissimae ciuitati Lacedaemoniorum leges conpositas ferre se persuasit.

4. Zaleucus sub nomine Mineruae apud Locrenses prudentissimus habitus est.

CAP. III.

1. Bacchanalium sacrorum mos nouus institutus, cum ad perniciosam uaesaniam iret, sublatus est.

Nep. 4. Syram mulierem Marius in castris habebat sacricolam, ex cuius se auctoritate asserebat omnia aggredi.

5. Sertorius in exercitu Hispano albam ceruam habuit, quam persuasit barbaris monitricem sibi esse.

III. DE SVPERSTITIONIBVS.

1. Bacchanalium mysteria fuere Romae. sed cum temporibus nocturnis uiri ac feminae pariter essent furerentque, multo colentium sanguine † fe et peregrina sacra abolita sunt.

3. Chaldaeos igitur Cornelius Hispalus urbe expulit et intra decem dies Italia abire iussit, ne peregrinam scientiam uenditarent. Iudaeos quoque, qui Romanis tradere sacra sua conati erant, idem Hispalus urbe exterminauit arasque priuatas e publicis locis abiecit.

1 nouo *P*, *em. Aldus* || quoque *suppl. Gertz* * || 7 itnotę *P*[1] || 9 grauissimę *P*, *ut Cic. de rep. I 3, 5. cf. Val. II 6, 1, an* grauissimas? *Halm*, grauissimo? *Gertz* * || 11 za*leucus (c *eras.*) *P*

21 Bachanalius *N* || 23 fe et *N*, *om. Halm*, foeda et (*uel* foedata) *nos et Gertz* *, foeda ea et *Novak*, fera et *Eberhard in Herm. VIII 94* || 24 Chaldaeos — 28 abiecit *transposui post p. 17, 24* populatus est *in ed. mea mai.*, *quod probat Gertz* * || *24 et 27* hippalus *N* || 27 priuatus *N*

2. Lutatius Cerco, qui primum Punicum bellum confecit, a senatu prohibitus est sortes Fortunae Praenestinae adire: auspiciis enim patriis, non alienigenis rem publicam administrari iudicabant oportere. *Par.*

3. Cn. Cornelius Hispalus praetor peregrinus M. Popilio Laenate L. Calpurnio coss. edicto Chaldaeos citra decimum diem abire ex urbe atque Italia iussit, leuibus et ineptis ingeniis fallaci siderum interpretatione quaestuosam mendaciis suis caliginem inicientes. idem Iudaeos, qui Sabazi Iouis cultu Romanos inficere mores conati erant, repetere domos suas coegit.

4. L. Aemilius Paulus consul, cum senatus Isidis et Serapis fana diruenda censuisset, eaque nemo opificum adtingere auderet, posita praetexta securem arripuit templique eius foribus inflixit.

2. Lutatium Cerconem, confectorem primi Punici belli, fama extitit uelle ad Praenestinam Fortunam † sortes mittere siue colligere. hoc cognito senatus inhibuit extraria responsa † consultorum disquiri. iussum legatis est aedilibusque in hoc missis, ut, si consuluisset, ad supplicium Romam reduceretur. denique adeo profuit factum, ut exiu certa ei Romana auspicia fuerint: nam ab altaribus patriis profectus Aegates opulentissimas insulas in conspectu Carthaginis populatus est. *Nep.*

1 Cerco *nos*, cereo *P* || 2 sortes — 10 erant *extant in α* || 3 aligenigis *α* || 5 pompilio *P α* || 6 chaldeos *P α* || citra *C. Lachmann*, circa *P α*, intra *Pighius Halm* || 7 adque P^1 || 8 interpraetatione *P* || 9 sabazi *α*, sabzi P^1, zabazi P^2

16 Lutantium circonem *N* || 17 Praenestinae Fortunae *Mai Foertsch I 4* || mittere, sortes qui colligerent *Halm*, m. s. qui consulerent *Foertsch l. c.*, mittere sortesque colligere *Novak*, mittens sortes ibi colligere *Gertz* * || 19 consultorum *N*, consuli Rom. *Gertz p. 298, malim* a consule Rom. || in haec *N Halm, em. Gertz* || 20 ut] et *N* || 21 facto (*i. e. cum effectum ita esset*) *Gertz* || ex incerta *N*, pro incertis *Mai*, ex incertis *Halm, em. Gertz l. c., Eberhard in Herm. VIII 94 et coll. p. 18, 24 Stangl* || ei et rom. *Gertz* || 22 patris *N* || 23 egadas *N*

Par. IIII. DE AVSPICIO.

1. L. Tarquinius rex centuriis equitum, quas Romulus auspicato conscripserat, alias adicere cupiens, cum ab Atto Nauio augure prohiberetur, offensus interrogauit an id fieri posset, quod animo cogitaret. eo, augurio capto, posse fieri dicente iussit nouacula cotem discindi. qua Attus adlata administrato incredibili facto effectum suae professionis oculis regiis subiecit.

2. Ti. Gracchus, cum ad res nouas moliendas pararetur, auspicia domi prima luce petiit, quae illi perquam tristia responderunt: et ianua egressus ita pedem offendit, ut digitus ei decuteretur. tres deinde corui in eum aduersum occinentes partem tegulae decussam ante ipsum propulerunt.

Nep. IIII. DE AVSPICIO.

Vrbem Romam auspiciis conditam certum est. itaque Remus prior sex uultures auspicatus: postea Romulus duodecim, potior Remo fuit, quod Remus prioribus auspiciis niteretur, Romulus pluribus.

1. L. Tarquinius rex cum centuriis a Romulo constitutis alias adicere disponeret, Attus Nauius augur dixit prius deos consuli oportere. rex iussit scitari an quod in animo haberet fieri posset. post consultationem posse respondit. ‘nouacula’ inquit ‘cotem *te* scindere uolo’. nil cunctatus augur scidit. exin magna fides et auctoritas Romae augu-

1 DE AVSPICIO *om. h. l., sed habet post 8.* subiecit *P* || 3 conscribserat (*et sic semper*) *P* || 4 posset *nos*, possit *P* || 5 dicente (*sic*) *P*, docente *Halm* || 7 perfectionis *P. em. Mai* || 9 *an* properaret *uel cum Nep.* pergeret? || 12 excuteretur *Gertz**, *at u. Iul. Obseq. 86*

14 *titulum om. N, sed habet* 15 urbem rom. auspiciorum auspiciis conditam, *in quibus titulum latere coni. Halm*, auspiciorum initiis (?) conditam ⟨esse⟩ *Gertz** || itaque] atque *Gertz** || 16 auspicatus est *recte, ut uid. Gertz** || 17 potior remulo fuit *N*, *unde coni.* duodecim. potior Remo Romulus fuit, *Gertz** || 18 romolus *N* || 20 attius *N* || 21 citari *N*, *em. Gertz**, sciscitari *Mai, Halm* || an *Halm*, con *N*, num *Mai* || 23 te *nos, om. N* || cunctatus *nos*, conciatus *N*

quibus omnibus contemptis a Scipione Nasica pontifice maximo *Par.* decussus Capitolio fragmento subsellii ictus procubuit.

3. P. Claudius bello Punico, cum proelium nauale committere uellet auspiciaque more maiorum petisset et pullarius non exire cauea pullos nuntiasset, abici eos in mare iussit dicens, 'quia esse nolunt, bibant'.

4. L. Iunius P. Claudii collega neglectis auspiciis classem tempestate amisit damnationisque ignominiam uoluntaria morte praeuenit.

5. Cum Metellus pontifex maximus Tusculanum petens iret, corui duo in os eius aduersum ueluti iter inpedientes aduolauerunt uixque extuderunt ut domum rediret. insequenti nocte aedis Vestae arsit. quo incendio Metellus inter ipsos ignis raptum Palladium incolume seruauit.

6. M. Ciceroni mors inminens auspicio praedicta est: cum enim in uilla Caietana esset, coruus in conspectu eius horo-

rum mansit. Nauio cum cote et nouacula constituta est *Nep.* statua.

2. Ti. Gracchus tribunatum adepturus pullarium domi consuluit ab eoque ire in campum prohibitus est. sed cum pertinaciter pergeret, sic illisit mox extra ianuam pedem, ut eius excuteretur articulus. deinde tres corui prodeunti ei cum uocibus aduersis inuolauerunt et compugnantes tegulam ante pedes eius deiecerunt. cumque in Capitolio consuleret, similia auspicia habuit. male igitur tribunatu gesto occisus est a Scipione Nasica. primo ictus fragmento subsellii, postea claua expirauit. corpus eius cum his, qui pariter occisi erant, Lucretius aedilis plebi inhumatum *in* Tiberim abici iussit.

3. P. Claudius praeceps animi primo bello Punico pullarium consuluit. qui cum dixisset non uesci pullos, quod malum omen est, 'bibant' inquit et in mare proici iussit. mox

1 ominibus *Rinkes 48* || 2 depulsus *uel* detrusus *Gertz**, *alterum hoc uerum uid.* || 2 uictus *P* || 6 esse *in ras. P* || 7 collega *P* || 10 pontifex maximus] p. m. *P Halm* || *an* Tusc. rus petens, *ut II 2, 1? cf. Nep.* || 13 *an* ex *uel* in quo? || 16 caletana *P*, *em. Scaliger*.

17 nauo *N* || 19 titus *N* || 22 excuteretur *nos*, excideretur *N* || 25 gesta *N* || 26 primum *Eberhard, Herm. VIII 95* || 28 in *om. N* || 30 qui condixisset *N* || 31 mare phici *N*

Par. logii ferrum loco motum excussit et protinus ad ipsum tetendit ac laciniam togae eo usque morsu tenuit, donec seruus milites ad eum occidendum uenisse nuntiaret.

7. M. Brutus cum reliquias exercitus sui aduersus Caesarem et Antonium eduxisset, duae aquilae ex diuersis castris aduolauerunt et edita inter se pugna ea, quae a parte Bruti *ad*fuerat, male mulcata fugit.

Ext. 1. Cum rex Alexander urbem in Aegypto constituere uellet, architectus Dinocrates cum cretam non haberet polentaque futurae urbis liniamenta deduxisset, ingens auium multitudo proximo lacu emersa polentam depasta est, quod sacerdotes Aegyptiorum interpretati sunt, conuenarum frequentiae alimentis suffecturam urbem.

Nep. classem apud Aegates insulas cum multo rei pub. damno et suo exitio amisit.

5. Metello pontifici maximo proficiscenti in agrum Tusculanum corui duo euidenter obstiterunt, sed neglecto augurio ire contendit. inter se aues unguibus laniare coeperunt et rostris dare ictus. mirans Metellus Romam rediit. sequenti nocte ex incendio Palladium rapuit.

6. M. Tullius Cicero [noster] cum in agro Caietano proscriptus lateret insectante Antonio, coruus uirgulam ferream, qua distinguebantur horae, sic conscidit rostro, ut eam excuteret, togamque Tullii apprehendit et traxit. sub momento ad eum percussores irruerunt.

7. M. Brutus collega Cassii de exitu belli ciuilis est ammonitus. nam duae aquilae aduolantes super eum campum, in quo pugnauit, ex diuersis castris conuenere *et* inter se

2 laociniam (*sed* o *induct.*) *P* || 3 numparet P^1 || 5 aduolauerint P^1 || 7 adfuerat *Gertz**, fuerat *P*, *ipse* uenerat *conieceram* || fugit mulcata *Mai* || 9 dimocrates *P*, *em. Pighius* || 10 deduxisset *P*, duxisset *Pighius, nescio an recte* || 11 proximo *Pighius*, primo *P* || 12 interpraetati *sic semper fere* P^1, ita interpr. *Gertz** || conuen*arum *P* || alimentis P^1

14 egadas *N*, *quod correxi* || 19 roma *N* || 21 noster] nr *N*, *om. Halm* || caietano *N* || 23 sic conscidit *Halm*, sicce scidit *N*, sic rescidit *Mai*, sic cecidit *Novak coll. Liu. XLI 13, 1* || 26 est ciuilis *N*, *em. Gertz** || 28 conuenere et *nos*, conuenire *N*, conuenientes *Mai Halm*, conuenae *Novak*, cum uenirent *Gertz** || inter se *Halm*, in se *N*, *om. Mai*

conflixerunt. uictrix profecta ad Caesarem est Augustum, *Nep.* fugata illa, quae ex Bruti aduolauerat parte.

2. Deiotaro uero regi omnia fere auspicato gerenti salutaris aquilae conspectus fuit, qua uisa abstinuit se ab eius tecti usu, quod nocte insequenti ruina solo aequatum est.

V. DE OMINIBVS.

1. Ominum etiam obseruatio aliquo contactu religioni innexa est, quoniam non fortuito motu, sed diuina prouidentia constare creduntur. quae effecit ut urbe a Gallis disiecta, deliberantibus patribus conscriptis utrum Veios migrarent an sua moenia restituerent, forte eo tempore praesidio cohortibus redeuntibus centurio in comitio exclamaret 'signifer, statue signum, hic optime manebimus': ea enim uoce audita senatus accipere se omen respondit e uestigioque Veios transeundi consilium omisit. quam paucis uerbis de domicilio futuri summi imperii confirmata est condicio! credo indignum diis existimantibus prosperrimis auspiciis Romanum nomen ortum Veientanae urbis appellatione mutari inclitaeque uictoriae decus modo abiectae urbis ruinis infundi.

2. Huius tam praeclari operis auctor Camillus, cum esset precatus ut, si cui deorum nimia felicitas populi Romani uideretur, eius inuidia suo aliquo in-

2 fugat *N*, fugata *Gerts 298 et Novak*, fugit *Mai Halm* || 2 brucia diluxerat *N*, *em. Du Rieu*, bruti aduenerat *Mai* || porte *N*

3 Deiotaro (*sic*) *LA*, *sed antea titulum* DE OMINIBVS *habet L*, *quem h. l. erasum post 6.* aequatum est *inserit m. 2 A* || auspicatu *LA*, *ut cod. Vat. Cic. de rep. II, 29* || gerenti* *L*, gerentis *A* || 5 ab *om. Par.* || 7 DE OMINE *Par.* || 8 omnium *L*[1] || contractu *A*[2] || relegionis *L*, religionis *A*, *em. Guyetus* || 10 creduntur *nos*, creditur *LA Halm* || 11 agellis *A*[1] || distecta *L* || 12 utrum *dett.*, uti *LA* || 13 e praesidio *A*[2] *Halm*, *nescio an recte*, *at u. N. Q. p. 13 et Blaum p. 19* || 19 *ante* indignum *idem uocab. eras. L*

commodo satiaretur, subito lapsu decidit. quod omen ad damnationem, qua postea oppressus est, pertinuisse uisum est. merito autem de laude inter se uictoria et pia precatio amplissimi uiri certauerint: aeque enim uirtutis est et bona patriae auxisse et mala in se transferri uoluisse.

3. Quid illud, quod L. Paulo consuli euenit, quam memorabile! cum ei sorte obuenisset ut bellum cum rege Perse gereret et domum e curia regressus filiolam suam nomine Tertiam, quae tum erat admodum paruula, osculatus tristem animaduerteret, interrogauit quid ita eo uultu esset. quae respondit Persam perisse. decesserat autem catellus, quem puella in deliciis habuerat, nomine Persa. arripuit igitur omen Paulus exque fortuito dicto quasi * * * certam spem clarissimi triumphi animo praesumpsit.

4. At Caecilia Metelli, dum sororis filiae, adultae aetatis uirgini, more prisco nocte concubia nuptiale petit omen, ipsa fecit: nam cum in sacello quodam eius rei gratia aliquamdiu persedisset nec [aliqua] ulla uox proposito congruens esset audita, fessa longa standi mora puella rogauit materteram ut sibi paulisper locum residendi adcommodaret. cui illa 'ego uero' inquit 'libenter tibi mea sede cedo'. quod dictum ab indulgentia profectum ad certi omi-

1 lapso (*typot. errore*) *Halm* ‖ decidit *A Nep.*, dedit L^1, procidit *Par.*, *an* cecidit? *cf. VIIII 2, 1 et N. Q. p. 26* ‖ 3 usum A^1 ‖ 4 certauerunt *L* ‖ 5 *an* aequae? *nos et Gertz* * ‖ 6 transferre *L A Halm*, *em. Gertz* * ‖ 8 obuenisset *L Par.*, *quod praefert Halm coll. VI 3, 3 et 9, 6*; euenisset *A Nep.*, *ut Sall. Iug. 35, 4 et 43, 1* ‖ 9 perse *L B C Par.*, persa *A*. *cf. II 2, 1; II 7, 14; IIII* 3, *8 et 4, 9; V 1, 1* ‖ 14 habuerat (*litt.* buerat *in ras.*) *A* ‖ 15 paulos L^1 ‖ quasi] *add.* diuinitus missa uoce *ingeniose Wensky 1884 p. 778*, *notaui lacunam* ‖ 18 note L^1 ‖ nuptialia *L A*, *emendaui e Par.*, *non recte defend. Foertsch II 4* ‖ 20 ei' (*i. e.* eius) $L^2 A^2$, ei $L^1 A^1$ ‖ aliqua diu $L^1 A^2$, diu (*del.* aliqua) *admodum probabiliter Bruno Keil*, aliquandiu L^2, aliquamdiu A^1 ‖ aliqua *del. Torrenius et Vahlen in Mus. Rhen. XI 594*, *inclusit Halm* ‖ 24 mea sede *L* A^2 *Par.*, meam sedem A^1 *Halm ut I 5, 8, at u. IIII 1, 7 et ext. 7; V 7 ext. 2; VII 3, 3* ‖ sede secedo *Par.* ‖ 25 hominis A^1

nis processit euentum, quoniam Metellus non ita multo post mortua Caecilia uirginem, de qua loquor, in matrimonium duxit.

5. C. autem Mario obseruatio ominis procul dubio saluti fuit, quo tempore hostis a senatu iudicatus in domum Fanniae Minturnis custodiae causa deductus est. animaduertit enim asellum, cum ei pabulum obiceretur, neglecto eo ad aquam procurrentem. quo spectaculo deorum prouidentia quod sequeretur oblatum ratus, alioquin etiam interpretandarum religionum peritissimus, a multitudine, quae ad opem illi ferendam confluxerat, inpetrauit ut ad mare perduceretur ac protinus nauiculam conscendit eaque in Africam peruectus arma Sullae uictricia effugit.

6. Pompeius uero Magnus in acie Pharsalica uictus a Caesare, fuga quaerens salutem cursum in insulam Cyprum, ut aliquid in ea uirium contraheret, classe direxit adpellensque ad oppidum Paphum conspexit in litore speciosum aedificium gubernatoremque interrogauit quod ei nomen esset. qui respondit *Κατωβασίλεια* uocari. quae uox spem eius [quae] quantulamcumque [restabat] conminuit, neque id dissimulanter tulit: auertit enim oculos ab illis tectis ac dolorem, quem ex diro omine ceperat, gemitu patefecit.

7. M. etiam Bruti dignus admisso parricidio euentus omine designatus est, si quidem post illud nefarium opus natalem suum celebrans, cum Graecum uersum expromere uellet, ad illud potissimum Homericum referendum animo tetendit:

1 ita *eras in L, induct.* A^{2} ‖ 4 omnis L^{1} ‖ 10 interpraetand. *sic semper fere L* ‖ 14 syllae *sic semper L A* ‖ 16 querens *L* ‖ cursum — classe *Wensky p. 1 coll. VII 3 ext. 2 et 4, 5*, cursu — classem *L A Halm* ‖ 17 eā *A* ‖ 19 littore A^{1} ‖ 21 KATωbasilea *L A, quod correxi,* KATωBACIΛHA *Par.* ‖ 22 quantulamcumque *nos cum Par.*, quae quantulumcūq. restabat *L A*, quae restabat *ad explicandum* quantulamcumq. *a librario s. l. adiectum uid.* ‖ minuit *Par.* ‖ 29 optissimum A^{1}

ἀλλά με Μοῖρ' ὀλοὴ καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός, qui deus Philippensi acie a Caesare et Antonio signo datus in eum tela conuertit.

8. Consentaneo uocis iactu C. Cassii aurem fortuna peruellit, quem orantibus Rhodiis ne ab eo cunctis deorum simulacris spoliarentur, Solem a se relinqui respondere uoluit, ut rapacissimi uictoris insolentiam dicti tumore protraheret abiectumque Macedonica pugna non effigiem Solis, quam tantummodo supplicibus cesserat, sed ipsum solem re uera relinquere cogeret.

9. Adnotatu dignum illud quoque omen, sub quo Petilius consul in Liguria bellum gerens occiderit: nam cum montem, cui Leto cognomen erat, oppugnaret interque adhortationem militum dixisset 'hodie ego Letum utique capiam', inconsideratius proeliando fortuitum iactum uocis leto suo confirmauit.

Ext. 1. Adici nostris duo eiusdem generis alienigena exempla non absurde possunt. Sami Prienensibus auxilium aduersus Caras inplorantibus adrogantia instincti pro classe et exercitu sibullam eis derisus gratia miserunt. quam illi uelut diuinitus datum praesidium interpretati libenter receptam uera fatorum praedictione uictoriae ducem habuerunt.

2. Ne Apolloniatae quidem paenitentiam egerunt, quod, cum bello Illyrico pressi Epidamnios ut sibi

1 ΑΜΟΑ ΜЄΜΟΓΡΟΑΟΗΚΑΙΑ ΗΤΟΥϹЄΚΤΑΝЄΝΟΥΙΟΤ *LA* ‖ 2 qui deus] *add.* eo enim die quo periit in castris caesaris militib: signum apollinis ē datū *margo A e Par.* ‖ aciae *L*[1] ‖ 5 peruellitque morantib., *L*[1]*A*[1] ‖ * * rhodiis *L* ‖ 8 uicti *LA*[1] ‖ 13 peti*lius *Par.*, Petillius *Halm, at cf. ad I 1, 12* ‖ 14 laeto *A*[1] ‖ cognomen] *scribend. uid.* nomen, *litt.* co *fort. ex proximis* to *ortae*, montem nomine letum *hab. Par. cf. I 8 ext. 8* ‖ 15 adhortationem (*sed* h *s. l.*) *L* ‖ 16 laetum *LA*, letam *Par.* ‖ 17 loeto *A* ‖ 18 aici *L*[1] ‖ 19 samii *A*[2]*Par.* ‖ parienensibus *A*[1] ‖ 20 carras *LA* ‖ 21 sibullam *B*[1]*C*[1], symbulam *LA*, sv*bul (*reliquae litt. cum parte marginis praecisae*) *margo L*, sibyllam *margo A e Par.* ‖ 22 uelud *A*[1] ‖ 26 apolliniatę *A*

opem ferrent orassent atque illi flumen uicinum moenibus suis nomine Aeantem in adiutorium eorum sese mittere dixissent, 'accipimus quod datur' responderunt eique primum in acie locum perinde ac duci adsignarunt: ex insperato enim superatis hostibus successum suum omini acceptum referentes et tunc Aeanti ut deo immolauerunt et deinceps omnibus proeliis duce uti instituerunt.

VI. DE PRODIGIIS.

Prodigiorum quoque, quae aut secunda aut aduersa acciderunt, debita proposito nostro relatio est.

1. Seruio Tullio etiam tum puerulo dormienti circa caput flammam emicuisse domestico*rum* oculi adnotauerunt. quod prodigium Anci regis Marci uxor Tanaquil admirata, serua natum in modum filii educauit et ad regium fastigium euexit.

2. Aeque felicis euentus illa flamma, quae ex L. Marci ducis duorum exercituum, quos interitus Publi et Gnaei Scipionum in Hispania debilitauerat, capite contionantis eluxit: namque eius aspectu pauidi adhuc milites pristinam recuperare fortitudinem admoniti VIII et XXX milibus hostium caesis magnoque numero in potestatem redacto bina castra Punicis opibus referta ceperunt.

3. Item, cum bello acri et diutino Veientes a Romanis intra moenia conpulsi capi non possent, eaque mora non minus obsidentibus quam obsessis intole-

2 eantem *L et dett.*, eant. (*sic*) *A*, a*eanta * * (*sic*) *Par.* || 3 accepimus L^1 || 4 perinde adduci L^1 || 6 succensum A^1 || omni L^1, omine L^2, omenin *A* || 7 eanti *AL* || 8 ducẽ A^2 || uti *om.* (*sed aliquot litt. s.* duce *eras. et* in sti tu erunt *in ras. maiore m. 2*) *A* || 11 elatio A^1 || 13 emicu***isse *L* || domestico L^1A^1, domestici *BC* || 14 ancii L^1A || 16 regium (*sed* g s. l.) *L* || 19 et gnei *A*, et gnei et *L* || ispania *L*, hispaniam *A* || 20 concionanti * seiunxit *L*, concionante seiunxit (ut *uid.*) A^1, contionantis * elu*xit A^2, *add.* efluxit *margo A* || effulsit *Novak* || 22 VIII et XXX milib., (*sed lineolae s. l. eras.*) *A*, milia XXXVII *Nep.* || 26 possint *LA*

rabilis uideretur, exoptatae uictoriae iter miro prodigio di inmortales patefecerunt: subito enim Albanus lacus neque caelestibus auctus imbribus neque inundatione ullius amnis adiutus solitum stagni modum excessit. cuius rei explorandae gratia legati ad Delphicum oraculum missi rettulerunt praecipi sortibus ut aquam eius lacus emissam per agros diffunderent: sic enim Veios *uenturos* in potestatem populi Romani. quod prius quam legati renuntiarent, aruspex Veientium a milite nostro, quia domestici interpretes deerant, raptus et in castra perlatus futurum dixerat. ergo senatus duplici praedictione monitus eodem paene tempore et religioni paruit et hostium urbe potitus est.

4. Nec parum prosperi successus quod sequitur. L. Sulla consul sociali bello, cum in agro Nolano ante praetorium immolaret, subito ab ima parte arae prolapsam anguem prospexit. qua uisa Postumi aruspicis hortatu continuo exercitum in expeditionem eduxit ac † fortissima Samnitium castra cepit. quae uictoria futurae eius amplissimae potentiae gradus et fundamentum extitit.

5. Praecipuae admirationis etiam illa prodigia, quae C. Volumnio Ser. Sulpicio consulibus in urbe nostra inter initia motusque bellorum acciderunt: bos namque mugitu suo in sermonem humanum conuerso nouitate monstri audientium animos exterruit. carnis quoque in modum nimbi dissipatae partes ce-

6 delficum *L*[1] ‖ rettullerunt *L*[1], rettuleř (*sic h. l.*) *A* ‖ 8 uenturos *om. LA*, futuros *margo A*, *post* Romani *inseruit* uenturos *cum edd. uett. Halm*, *probabilius post* Veios *Foertsch III 3* ‖ Romani] *add. s. l.* fore *A*[2] ‖ 9 renunciarent *L* ‖ 11 captus *Par.*, *sed* raptus *Liu. V 15, 7* ‖ 16 sylla (*sic semper*) *LA* ‖ proconsul *Pighius* ‖ 19 ortatu *L*[1]*A*[1] ‖ 20 florentissima *Cic. de diuin. I 33, 72, nescio an recte.* firmissima *Stanger*, refertissima *Gertz** ‖ samnicium *A*[1] ‖ caepit *L*[1] ‖ coepit *A*[1] ‖ 21 uictoriae *A*[1], uictoria* *L* ‖ 24 C.] g *LA*, *at* P. *in fastis a. 293*, *quibuscum consentiunt Liu. III 10, 5, Dion. Hal. X 1, Diod. Sic. XI 84,* L. *Nep.* ‖ 26 suo *in ras. A* ‖ 28 dissipatę* *A*

ciderunt, quarum maiorem numerum praepetes diripuerunt aues, reliquum humi per aliquot dies neque odore taetro neque deformi aspectu mutatum iacuit.

Eiusdem generis monstra alio tumultu credita sunt: puerum infantem semenstrem in foro boario triumphum *clamasse*, alium cum elephantino capite natum, in Piceno lapidibus pluisse, in Gallia lupum uigili e uagina gladium abstulisse, in Sardinia scuta duo sanguinem sudasse, Antii metentibus cruentas spicas in corbem decidisse, Caerites aquas sanguine mixtas fluxisse. bello etiam Punico secundo constitit Cn. Domiti bouem dixisse 'caue tibi, Roma'.

6. C. autem Flaminius inauspicato consul creatus cum apud lacum Trasimennum cum Hannibale conflicturus conuelli signa iussisset, lapso equo super caput eius humi prostratus est nihilque eo prodigio inhibitus, signiferis negantibus signa moueri sua sede posse, malum, ni ea continuo effodissent, minatus est. uerum huius temeritatis utinam sua tantum, non etiam populi Romani maxima clade poenas pependisset! in ea namque acie $\overline{XV}$ Romanorum caesa, $\overline{VI}$ capta, $\overline{X}$ fugata sunt. consulis obtruncati corpus ad funerandum ab Hannibale quaesitum, qui,

3 taetro *in ras. A* ‖ 4 credita (*sic*) A^1, prębita A^2 ‖ 5 puero infante A^2 ‖ semenstrum *L* A^1, semenstri *corr. e* semenstrē A^2 ‖ 6 clamasse *om. LA, nec habet, ut uisum est Halmio s. l.* A^2, triumphum clamauit *Nep.*, triumphum clamasse *Liu. XXI 62, 2* ‖ alio A^2 ‖ 7 nato (*cum rasura s. o.*) *A* ‖ 8 uigilii (*extrema* i *in ras.*) *A* ‖ sardinia *Nep. cf. Liu. XXII 1, 8; Oros. IIII 15;* sicilia *LA* ‖ 9 Antii *Halm e Liu. l. c. § 10*, etiam *LA*, apud Antium *Pighius cum Oros. l. c. et Nep.* ‖ 10 coruem *A* ‖ cecidisse, *nescio an recte Liu. l. c., at* decidisse *Oros.* ‖ Caeretes *Liu.* ‖ 12 romane *margo A e Par., at u. Liu. XXXV 21, 4* ‖ 14 com L^1 ‖ Trasimennum *nos, quamquam non minus saepe litt.* th *et* y *et una* n *exaratur in LA Par. cf. Ritschl Mus. Rhen. XXII p. 603*, trasymenum *L* A^1, thrasymenum A^2 *Par.* ‖ 15 confecturus *L* A^1, *add.* bellum *margo L* ‖ 21 aciae *L* ‖ 22 VII capta *L* ‖ $\overline{X}$ *L Nep. Liu. XXII 7, 2*, $\overline{XX}$ *A* ‖ 23 quaesitum] *suspicor (cf. Fleckeis. 1886 p. 52) h. l. excidisse aliquid, uelut* frustra quaesitum *uel* quaesitum est, sed non

quantum in ipso fuerat, Romanum sepelierat imperium.

7. Flamini autem praecipitem audaciam C. Hostilius Mancinus uaesana perseuerantia subsequitur. cui consuli in Hispaniam ituro haec prodigia acciderunt: cum Lauinii sacrificium facere uellet, pulli cauea emissi in proximam siluam fugerunt summaque diligentia quaesiti reperiri nequiuerunt. cum ab Herculis portu, quo pedibus peruenerat, nauem conscenderet, talis uox sine ullo auctore ad aures eius peruenit, 'Mancine, mane'. qua territus, cum itinere conuerso Genuam petisset et ibi scapham esset ingressus, anguis eximiae magnitudinis uisus e conspectu abiit. ergo prodigiorum *numerum* numero calamitatium aequauit, infelici pugna, turpi foedere, deditione funesta.

8. Minus miram in homine parum considerato temeritatem Ti. Gracchi grauissimi ciuis tristis exitus et prodigio denuntiatus nec euitatus consilio facit: consul enim cum in Lucanis sacrificaret, angues duae ex occulto prolapsae repente hostiae, quam immolauerat, adeso iocinore in easdem se latebras retulerunt. ob id deinde factum instaurato sacrificio idem prodigii euenit. tertia quoque caesa uictima diligentiusque adseruatis extis neque adlapsus serpentium arceri neque fuga inpediri potuit. quod

innentum *cf. Liu. l. c.:* inquisitum non inuenit, *Nep.:* non repererunt, *Plut. Fab. Max. 3:* *οὐχ εὗρεν* ‖ 3 flammini L^1 ‖ audatiā *A* ‖ 7 silbam A^1 ‖ 8 repperiri $L^1 A^1$ ‖ 10 taliL^1 ‖ 11 territis L^1 ‖ 12 genuam *in ras. A e Par.*, ianuam *L et dett.* ‖ ingressurus *Stanger, ut nos Par.* ‖ 13 in ea anguis *Par.* ‖ uis' (*i. e.* uisus) *A*, uisa *margo A e Par. cf. I 8, 2; at feminino genere I 6, 4 et 8; I 8 ext. 19;* uisa subito e consp. *Gertz** ‖ e conspectu abiit ergo numerum prodigiorum *in ras. m. 2 A* ‖ 14 ergo] itaq: *margo A e Par.* ‖ prodigiorum (*om.* numerum), L^1 prodig. num. *dett. omn.*, *inuerso ordine Par.* ‖ 15 calamitatium *L A Par.*, calamitatum *dett.* ‖ 17 hominem $L^1 A^1$ ‖ 18 tibi L^1, tiberii L^2, tib* *A* ‖ 20 lucania *Par.* ‖ sacrificasset *L A*, *emendaui e Par.* ‖ 22 iocinore *L A*, *cf. I 6, 9. Charis p. 48, 20 et 546, 8 Keil, at* iocinere *Par. Halm ut III 7 ext. 6* ‖ rettulerunt *Halm, ut nos L A* ‖ 26 fugam L^1

quamuis aruspices ad salutem imperatoris pertinere dixissent, Gracchus tamen non cauit ne perfidi hospitis sui Flaui insidiis in eum locum deductus, in quo Poenorum dux Mago cum armata manu delituerat, inermis occideretur.

9. Et consulatus collegium et erroris societas et par genus mortis a Ti. Graccho ad *M.* Marcelli memoriam me trahit. is captarum Syracusarum et Hannibalis ante Nolana moenia a se primum fugere coacti gloria inflammatus, cum summo studio niteretur ut Poenorum exercitum aut in Italia prosterneret aut Italia pelleret, sollemnique sacrificio uoluntates deorum exploraret, quae prima hostia ante foculum cecidit, eius iecur sine capite inuentum est, proxima caput iocinoris duplex habuit. quibus inspectis aruspex tristi uultu non placere sibi exta, quia secundum truncata laeta apparuissent, respondit. ita monitus M. Marcellus ne quid temere conaretur, insequenti nocte speculandi gratia cum paucis egredi ausus, a multitudine hostium in Bruttis circumuentus aeque magnum dolorem ac detrimentum patriae interitu suo attulit.

10. Nam Octauius consul dirum omen quemadmodum timuit, ita uitare non potuit: e simulacro enim Apollinis per se abrupto capite et ita infixo humi, ut auelli nequiret, armis cum collega suo dissidens Cinna praesumpsit animo ea re significari exi-

2 dixissent — hospitis *om., sed in mrg. m. 1 suppl. L* ‖ perfido *A*[1] ‖ 4 poenarum *A*[1] ‖ 6 consolatus *L*[1] ‖ 7 M. *Par.*, *om. LA* ‖ 8 *litt.* me trahit is enim ca *in ras. A*, enim *non habent L dett.* ‖ captarum] dirutarum *margo A* ‖ hanniballis *L*[1] ‖ 15 iocineris *Halm. cf. p. 28,22* ‖ 16 non plac. s. exta *in ras. A* ‖ quia secundum truncata (*corr. m. 2* trunca tã *recte, ut uid.*) *L et cod. Gemblac. Pighii*, quia prima truncata (trunca *B Halm*) secunda nimis (nimis *om. B E*) *in ras. m. 2 A Halm*, *an* truncata nimis? *nam* nimis *aegre desideratur habetq. Liu. XXVII 26,14*: quod secundum trunca et turpia exta nimis laeta app. ‖ 17 leta apparuisse *L* ‖ 20 bruttiis *L*[2] ‖ 23 Nam *L*, Iam (I *in ras.*) *A* ‖ octauus *L*[1] ‖ dirum (*corr. uid. e* durum) *L* ‖ 26 humo *Par.*

tium suum inque metus augurium tristi fine uitae incidit, ac tum demum immobile dei caput terra refigi potuit.

11. Non sinit nos M. Crassus, inter grauissimas Romani imperii iacturas numerandus, hoc loco de se silentium agere, plurimis et euidentissimis ante tantam ruinam monstrorum pulsatus ictibus. ducturus erat a Carris aduersus Parthos exercitum. pullum ei traditum est paludamentum, cum in proelium exeuntibus album aut purpureum dari soleat. maesti et taciti milites ad principia conuenerunt, qui uetere instituto cum clamore alacri adcurrere debebant. aquilarum altera uix conuelli a primo pilo potuit, altera aegerrime extracta in contrariam ac ferebatur partem se ipsa conuertit. magna haec prodigia, sed [et] illae clades aliquanto maiores, tot pulcherrimarum legionum interitus, tam multa signa hosti*li*bus intercepta manibus, tantum Romanae militiae decus barbarorum obtritum equitatu, optimae indolis filii cruore paterni respersi oculi, corpus imperatoris inter promiscuas cadauerum strues auium ferarumque laniatibus obiectum. uellem quidem placidius, † sed quod relatu uerum est. sic deorum spreti monitus excandescunt, sic humana consilia castigantur, ubi se caelestibus praeferunt.

12. Cn. etiam Pompeium Iuppiter omnipotens abunde monuerat ne cum C. Caesare ultimam belli fortunam experiri contenderet, egresso a Dyrrachio aduersa agmini eius fulmina iaciens, examinibus

1 inque metus augurium L^2 *Wensky p. 1. cf. Maduig*, in quem metus augurium L^1A, idque m. aug. *Maduig II 315*, inque maestum aug. *coni. Halm*, in quod metuens aug. *Novak List. 1883 p. 396*, inque mortis *uel* interitus aug. *alii. cf. etiam Foertsch I 4 et III 5* || 2 **terra (ex *eras. uid.*) *L* || 8 charris A^2 *e Par.* || 13 primi A^2 *Par.*² || 14 egerrimae (a *induct.*) *A* || extractā A^1 || 15 et *LA*, *om. EΓ Halm*, et illae cl. ⟨aliis⟩ aliquanto *Gertz** || 17 hostibus L^1A^1 || 19 aequitatum L^1A^1 || 22 *an* placidius (*sc. dii egissent*), sed quod relatu uerum est ⟨dico⟩. sic? *Gertz** || 23 relatum *Torrenius*, re**latu (ue *eras.*) *L*, relatu *A* || 29 fulmina (*litt.* ful *in ras.*) *A*

apium signa obscurando, subita tristitia implicatis militum animis, nocturnis totius exercitus terroribus, ab ipsis altaribus hostiarum fuga. sed inuictae leges necessitudinis pectus alioquin procul amentia remotum prodigia ista iusta aestimatione perpendere passae non sunt. itaque, dum illa eleuat, auctoritatem amplissimam et opes priuato fastigio excelsiores omniaque ornamenta, quae ab ineunte adulescentia ad inuidiam usque contraxerat, spatio unius diei confregit. quo constat in delubris deum sua sponte signa conuersa, militarem clamorem strepitumque armorum adeo magnum Antiochiae et Ptolemaide auditum, ut in muros concurreretur, sonum tympanorum Pergami abditis delubri editum, palmam uiridem Trallibus in aede Victoriae sub Caesaris statua inter coagmenta lapidum iustae magnitudinis enatam. quibus apparet caelestium numen et Caesaris gloriae fauisse et Pompei errorem inhibere uoluisse.

13. Tuas aras tuaque sanctissima templa, diue Iuli, ueneratus oro ut propitio ac fauenti numine tantorum casus uirorum sub tui exempli praesidio ac tutela delitescere patiaris: te enim accepimus eo die, quo purpurea ueste uelatus aurea in sella consedisti, ne maximo studio senatus exquisitum et delatum honorem spreuisse uidereris, priusquam exoptatum ciuium oculis conspectum tui offerres, cultui religionis, in quam mox eras transiturus, uacasse

1 ap*um *Par.* ‖ 3 fuga] *add.* facta *Par.* ‖ 4 necessitatis *Pighius e cod. suo?* ‖ procul] *add.* ab *margo L* ‖ 6 ille *LA*, *em. Perizonius* ‖ 7 fastigio (*sed* fa *s. l. m. 2*) *A* ‖ 10 quod *LA*, *fort.* quo die *Halm* ‖ 12 antiociae L^1 ‖ ptolemaide (de *m. 2. s. l.*) *L*, ptolemaidae (*litt.* lemai *m. 2 et* dae *in ras.*) *A*, ptolomaidae *Par.* ‖ 13 abditis delubris *LA*, *em. Lipsius. cf. Caes. b. ciu. III 105:* (*in occultis ac reconditis templi, — quae Graeci adyta adpellant.*), adytis delubri *Gudius* ‖ 15 tralis *margo A e Par.* ‖ aedem *A* ‖ 16 lipidum A^1 ‖ 17 appareret A^1 ‖ caelestum *A* ‖ 18 inibere $L^1 A^1$ cohibere L^2 ‖ 20 diue** *L*, diue (*sed* e *in ras.*) *A* ‖ 27 offeres L^1 ‖ 28 uacasse* *A*, uacase L^1

mactatoque opimo boue cor in extis non repperisse, ac responsum tibi ab Spurinna aruspice pertinere id signum ad uitam et consilium tuum, quod utraque haec corde continerentur. erupit deinde eorum parricidium, qui, dum te hominum numero subtrahere uolunt, deorum concilio adiecerunt.

Ext. 1. Claudatur hoc exemplo talium ostentorum domestica relatio, ne, si ulterius Romana adprehendero, e caelesti templo ad priuatas domos non † consentaneos usus transtulisse uidear. adtingam igitur externa, quae Latinis litteris inserta, ut auctoritatis minus habent, ita aliquid gratae uarietatis adferre possunt.

In exercitu Xerxis, quem † aduersus prouinciam Graeciam contraxerat, equae partu leporem editum constat. quo genere monstri tanti apparatus significatus est euentus: nam qui mare classibus, terram pedestri *** et fugax animal pauido regressu regnum suum repetere est coactus.

Eidem montem Athon uix tandem transgresso,

7 ostentatorum *A* ‖ 8 relatio ne (*litt.* o ne *in ras. m. 2*) *A* ‖ 9 non consentaneos uisus *Lipsius*, non consentaneo usu (*cogitatione supplens* ostenta) *Maduig II 315*, non consentaneo usu uisus *Gertz p. 262*, n. c. usu oculos *Halm in Fleckeisen. ann. 1874 p. 407*, non consentaneo usus transitu uenísse uidear? *nos in Fleckeis. ann. 1886 p. 58*, non consentaneo usu transiluisse u. *Novak Listy XI 2* ‖ 10 trànstulis*se (e *eras.*) *L* ‖ attingam *Halm* ‖ 11 externa* (m *eras.*) *L* ‖ 12 aliquit A^1 ‖ 14 aduersus Ionum uindicem Graeciam *Wensky p. 2; malim* ad subiciendam Graeciam ‖ 15 contaxerat *A* ‖ equae *in ras. L A* ‖ partu leporẽ *in ras. m. 2 A* ‖ 17 classibus] *add.* uenerat *s. l.* A^2 ‖ terrã (*sed* ˜ *eras.*) *A* ‖ 18 pedestri (*corr.* pedestre A^2) et fugax *L* A^1 *notaui lacunam, cuius supplementum incertum est. temptarunt:* pedestri exercitu operuerat, ut fugax *cod. Reginensis n. 766*, pedestri⟨bus copiis terruer⟩at fugax *Blaum in Fleckeis. ann. 1873 p. 613*. qui m. classibus terruerat, pedestre et fugax *Foertsch. II 55; at u. Blaum l. c.* pedestri ⟨exercitu contexerat⟩ ut *Novak Listy X 396, possis etiam suspicari:* pedestri ⟨et equestri exercitu (*Cic. de fin. II 34, 112*) operuerat, ut imbecillum⟩ et fugax ‖ 20 eidem *corr. C et Perizonius*, *eodem L A Halm* ‖ monte atho *L* ‖ uix tandem *Pighius*, iuxta indem (indum L^2) L^1 *A*

priusquam Athenas deleret, Lacedaemonis inuadendae consilium agitanti admirabile inter cenam prodigium incidit: infusum namque paterae eius uinum in sanguinem, nec semel sed iterum et tertio conuersum est. qua de re consulti magi monuerunt ut se ab incepto proposito abstineret: et si quod uestigium in uaecordi pectore sensus fuisset, * * * ante de Leonida et † a caesare Spartanis abunde monitum.

2. Midae uero, cuius imperio Phrygia fuit subiecta, puero dormienti formicae in os grana tritici congesserunt. parentibus deinde eius corsus prodigium tenderet explorantibus augures responderunt omnium illum mortalium futurum ditissimum. nec uana praedictio extitit: nam Midas cunctorum paene regum opes abundantia pecuniae antecessit infantiaeque incunabula uili deorum munere donata onustis auro atque argento gazis pensauit.

3. Formicis Midae iure meritoque apes Platonis praetulerim: illae enim caducae ac fragilis, hae solidae et aeternae felicitatis indices extiterunt, dormientis in cunis paruuli labellis mel inserendo. qua re audita prodigiorum interpretes singularem eloquii suauitatem ore eius emanaturam dixerunt. ac mihi quidem illae apes non montem Hymettium tymi flore

1 lacedaemoni*s *L*, lacaedemoniis (*sed altera* i *punctat.*) *A* ‖ 2 caenã *A* ‖ 5 mag*i (n *eras. uid.*) *A* ‖ 7 fuissent $L^1 A^1$, *post hanc u. supplent:* cauere potuisset *edd. uett.*, fecisset *Foertsch I 5*, abstinuisset *Halm*, *malim* retinuissent (*sc. magi*) ‖ ante a Leonida et ccc (a ccc *Halm*) eius Spartanis abunde monitus *Torrenius*, *Halm* (*sed debebant saltem scribere* de Leonida), fuisset, ante de Leonidae crederes pertinacia abunde monitum *Wensky 1883*, *p. 637*, fuisset, se intellexisset ante de L. et de caesuris suos Sp. ab. monitum *Heller Philolog. 1868 p. 344*, *cf. etiam Foertsch I 5 et III 6*, ante a Leon. ut caueret Spartanos *Novak* ‖ 8 monitum *LA*, monitus *dett. Halm* ‖ 11 corsus A^1, *cf. Lachm. ad Lucr. IIII 116*, quorsum A^2, quorsus *L Halm* ‖ 13 diutissimum *Par.* ‖ 14 praedicatio $L A^1$ ‖ poene *L* ‖ 16 utili *LA Halm*, *em. Maduig II 315* ‖ honustis A^2 ‖ 19 ille $L^1 A$ ‖ fragiles $L^1 A^1$ ‖ 21 paruoli *Par.* ‖ 23 manaturam *Par.* ‖ 24 hymetium tymi *LA*, Hymettum thymi *dett. Halm*, *at u.* Heliconios colles *infra; V 4 ext. 5* Aetnaei montis; *VI 9 ext. 5* Mycalensis montis

redolentem, sed Musarum Heliconios colles omni genere doctrinae uirentis dearum instinctu depastae maximo ingenio dulcissima summae eloquentiae instillasse uidentur alimenta.

VII. DE SOMNIIS.

1. Sed quoniam diuitem Midae disertumque Platonis somnum adtigi, referam quam certis imaginibus multorum quies adumbrata sit. quem locum unde potius ordiar quam a diui Augusti sacratissima memoria? eius medico Artorio somnum capienti nocte, quam dies insecutus est, quo in campis Philipiis Romani inter se exercitus concurrerunt, Mineruae species oborta praecepit ut illum graui morbo implicitum moneret ne propter aduersam ualitudinem proximo proelio non interesset. quod cum Caesar audisset, lectica se in aciem deferri iussit. ubi dum supra uires corporis pro adipiscenda uictoria excubat, castra eius a Bruto capta sunt. quid ergo aliud putamus quam diuino numine effectum ne destinatum iam immortalitati caput indignam caelesti spiritu fortunae uiolentiam sentiret?

2. Augustum uero praeter naturalem animi in omnibus rebus subtiliter perspiciendis uigorem etiam recens et domesticum exemplum ut Artori somnio obtemperaret admonuit: audiuerat enim diui Iuli patris sui uxorem Calpurniam nocte, quam is ultimam in terris egit, in quiete uidisse multis eum confectum uulneribus in suo sinu iacentem, somnique

4 alimenta (ta *in ras.*) *A* ‖ 6 diuitem *Gelbke p. 14 et Gertz p. 263*, diuitias *L A Halm*, diuitis Midae disertique Pl. *Gudius* ‖ disertumque $L^1 A^1$ ‖ 7 somnium *dett. pauci* ‖ 9 dī aūgi *L A* ‖ sacratissimā memoriā $L^1 A^1$ ‖ 11 filipp*is (h *eras.*) *L*, philipphis *A*, *emendaui h. l. et V 1, 11* ‖ 18 a bruto capta sunt $A L^2$, abrupta sunt L^1 ‖ 19 nec $L^1 A^1$ ‖ 20 spū *A*, spūi *L* ‖ 24 artoris $L^1 A$ ‖ 25 ammonuit $L^1 A^1$ ‖ 26 noctē $L^1 A$, nocte ea *Stanger coll. III 2, 15; at u. § 1 et I 8, 1* die qui ‖ 27 *litt.* te uidisse *in ras. A*

atrocitate uehementer exterritam rogare non destitisse ut proximo die curia se abstineret. at illum, ne muliebri somnio motus id fecisse existimaretur, senatum, in quo ei parricidarum manus adlatae sunt, habere contendisse. † non est inter patrem et filium ullius rei conparationem fieri praesertim diuinitatis fastigio iunctos, sed iam alter operibus suis aditum sibi ad caelum struxerat, alteri longus adhuc terrestrium uirtutum orbis restabat. quapropter ab hoc tantummodo *im*pendentem mutationem status cognosci, ab illo etiam differri dii immortales uoluerunt, ut aliud caelo decus daretur, aliud promitteretur.

3. Illud etiam somnium et magnae admirationis et clari exitus, quod eadem nocte duo consules P. Decius Mus et T. Manlius Torquatus Latino bello graui ac periculoso non procul a Vesuui montis radicibus positis castris uiderunt: utrique enim quaedam per quietem species praedixit ex altera acie imperatorem, ex altera exercitum diis Manibus matrique Terrae deberi: utrius autem dux copias hostium superque eas sese ipsum deuouisset, uictricem abituram. id luce proxima consulibus sacrificio uel expiaturis, si posset auerti, uel, si certum deorum etiam monitu uisum foret, exsecuturis hostiarum exta somnio congruerunt, conuenitque inter eos,

2 ad A^1 ‖ 3 muliebris L^1 ‖ 5 habere *dett. aliquot*, haberi *LA* ‖ non est *LA*, non ⟨inter⟩est *nos in Fleckeisen. ann. 1886 p. 57, coll. Cic. de fin. IIII 12,29, addunt* operae *Pighius*, fas *uel* opus *Maduig II 315* ‖ 8 instruxerat *LA Halm*, *em. Kellerbauer coll. Tac. hist. III 49. cf. etiam V 4, 1. idem mendum sustuli VI 9, 15*, iam strux. *Gertz** ‖ 9 ab] ad L^1A^1 ‖ 10 pendente L^1A^1, pendentem L^2, impendente A^2 ‖ 11 dii *LA*, di *Halm* ‖ 15 Mus. *om. dett. Par.* ‖ T *in ras. A*, titus *L* ‖ manilius *LA*, *ut nos Par.* ‖ bello ac periculo suo graui (*sed* suo *in ras.*) *A*, bello ac periculoso graui L^1 *et ut uid., ante ras. A*, b. ac p. et gr. L^2 ‖ 16 abęsubi L^1, a uesubii L^2 *et in ras. A* ‖ 17 quaedam *C*, *sic uel* eadem *Stanger*, quidam *LA* ‖ 18 quietem species *Stanger*, equietis (*prior* e *eras.*) speciē *m. 1 margo L*, equietis (*corr.* quietis *et* eti *in ras.*) A^2, equitis speciē (*non* equitem) *ante ras. A, cf. Liu. VIII 6, 9* ‖ 24 executuris *L*

cuius cornu prius laborare coepisset, ut is capite suo fata patriae lueret. quae neutro reformidante Decium depoposcerunt.

4. Sequitur aeque ad publicam religionem pertinens somnium. cum plebeis quidam ludis pater familias per circum Flaminium, prius quam pompa induceretur, seruum suum uerberibus mulcatum sub furca ad supplicium egisset, *T.* Latinio homini ex plebe Iuppiter in quiete praecepit ut consulibus diceret 'sibi praesultorem ludis circensibus proximis non placuisse: quae res nisi adtenta ludorum instauratione expiata esset, secuturum non mediocre urbis periculum. ille ueritus ne cum aliquo incommodo suo religione summum implicaret imperium, silentium egit, e uestigioque filius eius subita ui morbi correptus interiit. ipse etiam per quietem ab eodem deo interrogatus an satis magnam poenam neglecti imperii sui pependisset, in proposito perseuerans debilitate corporis solutus est ac tum demum ex consilio amicorum lecticula ad tribunal consulum et inde ad senatum perlatus ordine totius casus sui exposito magna cum omnium admiratione recuperata membrorum firmitate pedibus domum rediit.

5. Ac ne illud quidem inuoluendum silentio. inimicorum conspiratione urbe pulsus M. Cicero, cum in uilla quadam campi Atinatis deuersaretur, animo in somnum profuso per loca deserta et inuias regiones uaganti sibi C. Marium consulatus ornatum insignibus putauit obuium factum, interrogantem eum quid ita tam tristi uultu incerto itinere ferretur. au-

3 depoposceret (*sed m. 1 corr.*) *L* ‖ 5 plebeius (*corr.* plebeiis) *L* ‖ 7 multatum *L* ‖ 8 T *om. LA, suppleui e Par.* ‖ latino *LA, emendaui e Par. et Liui optim. codd. II 36, 2,* Ti. Atinius *est ap. Lactant. II 7, 20* ‖ 16 corruptus L^1 A^1 ‖ 17 poenam] *post h. u. ras. 5 uel 6 litter. L* ‖ neglecti *mrg. L m. 2. et in ras. A,* intellecti L^1 ‖ 21 *an* delatus *cum Par., Cic. de diu. I 26, 55, Liu. l. c. § 7 Lactant. l. c.?* ‖ 23 redigit A^1 ‖ 26 deuersaretis A^1, deuersaret, is A^2, deuersaretur is *dett., ut nos L* ‖ 29 obuium] *add.* sibi *Par.* ‖ 30 intinere L^1

dito deinde casu, quo conflictabatur, conprehendisse dexteram suam ac se proximo lictori in monumentum ipsius ducendum tradidisse, quod diceret ibi esse ei laetioris status spem repositam. nec aliter euenit: nam in aede Iouis Mariana senatus consultum de reditu est eius factum.

6. C. autem Graccho inminentis casus atrocitas palam atque aperte per quietem denuntiata est: somno enim pressus Tiberii [Gracchi] fratris effigiem uidit dicentis sibi nulla ratione eum uitare posse ne eo fato [non] periret, quo ipse occidisset. id ex Graccho prius quam tribunatum, in quo fraternum exitum habuit, iniret multi audierunt. Caelius etiam certus Romanae historiae auctor sermonem de ea re ad suas aures illo adhuc uiuo peruenisse scribit.

7. Vincit huiusce somni dirum aspectum quod insequitur. apud Actium M. Antonii fractis opibus Cassius Parmensis, qui partes eius secutus fuerat, Athenas confugit. ubi concubia nocte cum sollicitudinibus et curis mente sopita in lectulo iaceret, existimauit ad se uenire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, squalidum barba et capillo inmisso, interrogatumque quisnam esset respondisse *κακὸν δαίμονα*. perterritus deinde taetro uisu et nomine horrendo seruos inclamauit sciscitatusque est ecquem talis habitus aut intrantem cubiculum aut exeuntem uidissent. quibus adfirmantibus neminem illuc

1 casus L^1 ‖ 4 laetiorem *LA*, *em. Halm e Par.* ‖ sta*tus (*sed a m. 2 et supra* u *una litt. eras.*) *L* ‖ 5 aedem L^1A^2, eadem (*sic*) A^1 ‖ 6 est eius *LA*, eius ē *dett.* ‖ 9 Gracchi *om. Par.*, *delend. esse uidit Kellerbauer* ‖ 10 dicentem *Par.* ‖ 11 non periret *L e dett.*, periret *Par. et in ras. mai. A*, interiret *Gertz** ‖ ipse] *add.* propulsus e (a *Par.*) capitolio *margo A e Par.*, *quae excidisse uid. in Val.* ‖ 13 inirent L^1A^1 ‖ 16 somnii A^2 ‖ 21 hominem A^2 *et marg. L*, homine* (*sed* e *adrasa*) *L*, hominis A^1 ‖ 23 respondisse (*ultim.* e *cum ras.*) *LA* ‖ ΚΑΚΩΝ ΔΕΜΟΝΑ *L et corr. in marg.* ΔΑΙ *A* ‖ 24 taetro *margo L et dett.*, tracto *L*, iterato (*in ras. et litt.* to *extra uersum*) *A* ‖ nomine LA^1, homine A^2, *an* omine? *male Halm* ‖ 25 inclamauit (*litt.* amauit *in ras.*) *A* ‖ sciscitatosq. L^1A^1 ‖ ecquem *Γ*, **quem *L*, et quem A^1, an quem A^2, si quem *dett.* ‖ 27 uidessent *A*

accessisse, iterum se quieti et somno dedit, atque eadem animo eius obuersata species est. itaque fugato somno lumen intro ferri iussit puerosque a se discedere uetuit. inter hanc noctem et supplicium capitis, quo eum Caesar adfecit, paruulum admodum temporis intercessit.

8. Propioribus tamen, ut ita dicam, lineis Haterii Rufi equitis Romani somnium certo euentu admotum est. qui, cum gladiatorium munus Syracusis ederetur, inter quietem retiari se manu confodi uidit idque postero die in spectaculo consessoribus narrauit. incidit deinde ut proximo ab equite loco retiarius cum murmillone introduceretur. cuius cum faciem uidisset, isdem dixit ab illo retiario trucidari putasse protinusque inde discedere uoluit. illi sermone suo metu eius discusso causam exitii misero attulerunt: retiarius enim in eum locum conpulso murmillone et abiecto, dum iacentem ferire conatur, traiectum gladio Haterium interemit.

Ext. 1. Hannibalis quoque ut detestandum Romano sanguini, ita certae praedictionis somnium, cuius non uigiliae tantum sed etiam ipsa quies hostilis imperio nostro fuit: hausit enim proposito et uotis suis conuenientem imaginem existimauitque missum sibi ab Ioue mortali specie excelsiorem iu-

1 accessisse (*sed* se *m. 2 add.*) *A* ‖ se quieti A^2, sequenti L^1A^1, seque*ti L^2 ‖ 4 supplici*um (t *eras.*) *LA* ‖ 5 paululum *dett.* *pauci*, parum *Par.*, *at u. Foertsch II 5* ‖ tempus *edd.* *quaedam uett.* ‖ 7 proprioribus AL^2, propnoribus (*ut uid.*) L^1 ‖ lineas A^1 ‖ haterii *dett.*, aterii* (*extrem.* i *in ras.*) *L*, haturii *in ras. e Par., item infra A, at u. CIL. VI P. 3, n. 19148—51* ‖ 8 aduentu *LA*, euentui *Maduig II 316, at u. ed. meam mai. p. 293 et N. Q. p. 34* ‖ admotum *Lipsius, cf. Maduig. l. c. et Foertsch III 6*, admonitum *LA Halm* ‖ 9 gladiatorum *Par.* ‖ 10 confodi uidit L^2A^2, confodiuit L^1A^1 ‖ 11 in spectaculum *A*, in⟨ter⟩ spectaculum *Gerts**, *ut nos L* ‖ 12 ab equite *suspectum Gertzio** ‖ 14 isdem (*i. e.* consessoribus) *nos*, idem *LA Halm* ‖ illo] *add.* se A^2 ‖ 18 myrmillone *Par.* ‖ 19 aterium *L* ‖ 20 hanniballis L^1 ‖ 21 praedicationis L^1A^1 ‖ 22 set A^1 ‖ 23 pro proposito L^1 ‖ 24 extimauitq. L^1A, estim. L^2

uenem inuadendae Italiae ducem. cuius monitu primo uestigia nullam in partem *deflexis* secutus oculis, mox humani ingenii prona uoluntate uetita scrutandi pone respiciens animaduertit inmensae magnitudinis serpentem concitato impetu omne, quidquid obuium fuerat, proterentem postque eam magno cum caeli fragore erumpentes nimbos lucemque caliginosis inuolutam tenebris. adtonitus deinde quidnam *id* esset monstri et quid portenderet interrogauit. hic dux 'Italiae uides' inquit 'uastitatem: proinde sile et cetera tacitis permitte fatis'.

2. Quam bene Macedoniae rex Alexander per quietem uisa imagine praemonitus erat ut uitae suae custos esset diligentior, si eum cauendi etiam periculi consilio fortuna instruere uoluisset: namque Cassandri pestiferam sibi dexteram somnio prius cognouit quam exitu sensit: existimauit enim ab illo se interfici, cum eum numquam uidisset. interposito deinde tempore postquam in conspectum uenit, nocturni metus patefacta imagine, ut Antipatri filium esse cognouit, adiecto uersu Graeco, qui fidem somniorum eleuat, praeparati iam aduersus caput suum ueneficii, quo occidisse Cassandri manu creditur, suspicionem animo repulit.

3. Longe indulgentius dii in poeta Simonide, cuius salutarem inter quietem admonitionem consilii firmitate roborarunt: is enim, cum ad litus nauem appulisset inhumatumque corpus iacens sepulturae mandasset, admonitus ab eo ne proximo die nauigaret, in terra remansit. qui inde soluerant, fluctibus et procellis in conspectu eius obruti sunt: ipse laeta-

1 inuadundae *Par.* ‖ 2 deflexis *om. LA, suppl. Vorstius e Liu. XXI 22, 6, cf. etiam Val. V 10, 1* ‖ secutis L^1A^1 ‖ 4 pene *L*, pene A^1 ‖ 5 quicquid *LA Par.* ‖ 7 nymbos *LA* ‖ 9 id *suppl. Halm e Par., om LA* ‖ 12 machedoniae L^1 ‖ rex] dux *Par.* ‖ 16 dextram *Par.* ‖ 22 eluat *margo A* ‖ 23 beneficii L^1A^1 ‖ 24 repulit C^2, retulit *LA*, retudit *ex mea coniect. Halm*, pepulit *Maduig II 316* ‖ 25 indulgentiores *margo A* ‖ 30 quinde L^1

tus est, quod uitam suam somnio quam naui credere maluisset. memor autem beneficii elegantissimo carmine * * aeternitati consecrauit, melius illi et diuturnius in animis hominum sepulcrum constituens quam in desertis et ignotis harenis struxerat.

4. Efficax et illa quietis imago, quae Croesi regis animum maximo prius metu, deinde etiam dolore confecit: nam e duobus filiis et ingeni agilitate et corporis dotibus praestantiorem imperiique successioni destinatum Atym existimauit ferro sibi ereptum. itaque quidquid ad euitandam denuntiatae cladis acerbitatem pertinebat, nulla ex parte patria cura cessauit aduertere. solitus erat iuuenis ad bella gerenda mitti, domi retentus est: habebat armamentarium omnis generis telorum copia refertum, id quoque amoueri iussum: gladio cinctis comitibus utebatur, uetiti sunt propius accedere. necessitas tamen aditum luctui dedit: cum enim ingentis magnitudinis aper Olympi montis culta crebra cum agrestium strage uastaret inusitatoque malo regium inploratum esset auxilium, filius a patre extorsit ut ad eum opprimendum mitteretur, eo quidem facilius, quod non dentis sed ferri saeuitia in metu reponebatur. uerum dum acri studio interficiendi suem omnes sunt intenti, pertinax casus inminentis uiolentia lanceam petendae ferae gratia missam in eum detorsit et quidem eam potissimum dextram nefariae caedis

2 memoriam *Gudius* ‖ carmine] *add.* eum *edd.* *quaedam uett.*, *potius* id *cogitatione supplend. cens. Halm*, *add.* auctorem *recte, ut uid.*, *Gertz**, *malim tamen* eius (*uel* salutis) auctorem ‖ 4 se pulchrum *L*[1], saepulchrum (h *induct.*) *A* ‖ 5 arenis *L*[2] ‖ 8 ingenti *LA*, *em. I. Fr. Gronouius* ‖ 10 atym *LA*, acyn* *Par.*[1], atyn* *Par.*[2] *Halm*, *at u. Neue*, *Formenl. I p. 323* ‖ 11 quicquid *LA* ‖ euitandum *LA*, excitandam — auertere *ipse conieceram*, *sed melius nunc* euitandam — aduertere *Gertz p. 263* ‖ 12 aceruitatem *A*[1] ‖ 13 auertere *LA Halm* ‖ 16 iussũ *Foertsch III 7*, iussit *LA Halm* ‖ 20 *fort.* inuisitatoque *Halm*, *at u. N. Q. p. 25* ‖ 25 uiolentia *Maduig. I 58 et II 316*, uiolentiae *LA Par. Halm* ‖ 26 gratia* *L* ‖ emissam *A*[2] *e Par.*

crimine uoluit aspergi, cui tutela filii a patre mandata erat, quamque Croesus inprudentis homicidii sanguine uiolatam hospitalis ueritus deos supplicem sacrificio expiauerat.

5. Ne Cyrus quidem superior inuictae fatorum necessitatis paruulum argumentum est. cuius ortus ad imperium totius Asiae spectantis maternus auus Astyages duo praenuntios somnii frustra discutere temptauit, Mandanen filiam suam, quod in quiete uiderat urinam eius omnes Asiaticas gentes inundasse, non Medorum excellentissimo, ne in eius familiam regni decus transferretur, sed Persarum modicae fortunae uiro conlocando natumque Cyrum exponi iubendo, quia similiter quietis temporibus existimauerat genitali parte Mandanes *e*natam uitem eo usque creuisse, donec cunctas dominationis suae partes inumbraret: frustratus est enim se ipse nepotis felicitatem caelestium iudicio destinatam humanis consiliis inpedire conando.

6. Intra priuatum autem habitum Dionysio Syracusano adhuc se continente Himerae quaedam non obscuri generis femina inter quietem opinione sua caelum conscendit atque ibi[dem] deorum omnium lustratis sedibus animaduertit praeualentem uirum flaui coloris, lentiginosi oris, ferreis catenis uinctum, Iouis solio pedibusque subiectum, interrogatoque iuuene, quo considerandi caeli duce fuerat usa, quisnam esset, audiit illum Siciliae atque Italiae dirum

2 inpudentis LA^1 || 3 supplicẽ * * * (*sed* ˜ *eras.*) *L* || 4 expiaret A^2 || 8 duos LA^2, *cf. VIII 13, 2* || duo praenuntia *margo A*, duo praenuntia somnia *Wensky 1884 p. 779*, *nescio an recte* || discurrere A^1 || 9 in quietem L^1A^1, inter quietem A^2 || 10 urinam *D*, urina *LA*, urina — inundatas *coni. Torrenius* || 12 mo*dicę *L* || 15 enatam *edd. uett.*, natam *LA*, *cf. Iustin. I 4, 2* || 20 Intra *Par.*, Inter *LA* || dionisio LA^1 || 21 himerae *L*, himere A^1, himera A^2 *e Par.*, Himeraea *Pighius Halm*, *at u. I 8, ext. 2; III 8, ext. 4; IIII 5, ext. 2; VI 2, ext. 2 et 9 ext. 1* || 23 ascendisse sibi — uisa est *Par.* || ibidẽ *LA Halm*, *quod correxi e Par.* || 24 prou*lentẽ (a *add. s. l.*) L^1 || 25 flaui* (i *eras. uid.*) *L* || lentigiosioris L^1

esse fatum solutumque uinculis multis urbibus exitio futurum. quod somnium postero die sermone uulgauit. postquam deinde Dionysium inimica Syracusarum libertati capitibusque insontium infesta fortuna caelesti custodia libertatum uelut fulmen aliquod otio ac tranquillitati iniecit, Himeraeorum moenia inter effusam ad officium et spectaculum eius turbam intrantem ut aspexit, hunc esse, quem in quiete uiderat, uociferata est. id cognitum tyranno causam tollendae mulieris dedit.

7. Tutioris somni mater eiusdem Dionysi. quae, cum eum conceptum utero haberet, parere uisa est Satyriscum consultoque prodigiorum interprete clarissimum ac potentissimum Grai sanguinis futurum certo cum euentu cognouit.

8. At Karthaginiensium dux Hamilcar, cum obsideret Syracusas, inter somnum exaudisse uocem credidit nuntiantem futurum ut proximo die in ea urbe cenaret. laetus igitur perinde ac diuinitus promissa uictoria exercitum pugnae conparabat. in quo inter Siculos et Poenos orta dissensione, castris eius Syracusani subita inruptione oppressis ipsum intra moenia sua uinctum pertraxerunt. ita magis spe quam somnio deceptus cenauit Syracusis captiuus, non, ut animo praesumpserat, uictor.

9. Alcibiades quoque miserabilem exitum suum haud fallaci nocturna imagine speculatus est: quo enim pallio amicae suae dormiens opertum se uiderat, interfectus et insepultus iacens contectus est.

10. Proximum somnium etsi paulo est longius,

3 dionisium A^1 ‖ 5 fulm̃** (*sed* ˜ *m. 2*) *A* ‖ 6 menia *L* ‖ 7 effusa *A* ‖ 8 aspe|xit (*litt.* e *m. 2 et* xit *in ras.*) *A* ‖ 9 causam *Foertsch II* 5, curã *LA* ‖ 11 eius idem $L^1 A^1$ ‖ dionysii *L* ‖ 12 cum eo *A*, cum eum adhuc *Par.* ‖ 13 interp̄t*e (*sed* t*e *in ras.*) *A* ‖ 14 sanguineis LA^1 ‖ 16 At***kartagine (*corr.* ni *et* kar *in ras.*) *L* ‖ amilcar A^1 ‖ 17 siracusas *A* ‖ per somnum *Par.* ‖ 19 cęnaret *LA* ‖ 20 in quo *LA*, quom *Maduig II 316; at u. Halm in Fleckeisen. ann. 1874 p. 403* ‖ 23 ptra*xerunt (x *m. 2*) *L* ‖ 24 cęnauit *LA* ‖ 26 Alcibiadis A^1 ‖ 28 uiderat] *add.* eodem A^2 *e Par.*, eo *edd. uett.*

propter nimiam tamen euidentiam ne omittatur impetrat. duo familiares Arcades iter una facientes Megaram uenerunt, quorum alter se ad hospitem contulit, alter in tabernam meritoriam deuertit. is, qui in hospitio erat, uidit in somnis comitem suum orantem ut sibi coponis insidiis circumuento subueniret: posse enim celeri eius adcursu se inminenti periculo subtrahi. quo uiso excitatus prosiluit tabernamque, in qua is deuersabatur, petere conatus est. pestifero deinde fato eius humanissimum propositum tamquam superuacuum damnauit et lectum ac somnum repetiit. tunc idem ei saucius oblatus obsecrauit ut, quoniam uitae suae auxilium ferre neglexisset, neci saltem ultionem non negaret: corpus enim suum a caupone trucidatum tum maxime plaustro ferri ad portam stercore coopertum. tam constantibus familiaris precibus conpulsus protinus ad portam cucurrit et plaustrum, quod in quiete demonstratum erat, conprehendit cauponemque ad capitale supplicium perduxit.

VIII. DE MIRACVLIS.

Multa etiam interdiu et uigilantibus acciderunt perinde ac tenebrarum somnique nube inuoluta. quae, quia unde manauerint aut qua ratione constiterint dinoscere arduum est, merito miracula uocentur. quorum e magno aceruo in primis illud occurrit.

2 uno LA^1 ‖ 3 megaram LA^2 *Cic. de diu. I 27, 57*, megarum A^1, megara *Par. cf. IIII 1 ext. 3* ‖ 6 coponis L^1 A^1 *Par. Cic. l. c.*; cauponis L^2A^2 ‖ 8 suptrahi A^2 ‖ uiso *LA dett. omn.* (*Cic. l. c.* idque uisum pro nihilo habendum esse ducens) *cf. N. Q. p. 15*, uisu *e Par. Halm*, *coll. I 7, 7 et Liu. perioch. II* ‖ 9 diuersabatur *LA* ‖ 12 somn*um *L* ‖ repetit LA^1 ‖ oblatus] oborsus (*pro* obortus) *Par.* ‖ 14 non *LA*, *an* ne? *cf. Cic.* ‖ 15 copone *Halm Par.* ‖ 15 tum] cum *Par.* ‖ 16 extra portam stercore adopertum *Par.* ‖ 19 coponemq. *Halm* ‖ 20 duxit *Par.* ‖ 21 DE MIRACVLIS] u. de uisis *margo A e Par.* ‖ 23 *ac *L* ‖ somniiq. *L et altera* i *punctata A* ‖ 24 qua* ratione *A*

1. Cum apud lacum Regillum A. Postumius dictator et Tusculanorum dux Mamilius Octauius magnis uiribus inter se concurrerent ac neutra acies aliquamdiu pedem referret, Castor ac Pollux Romanarum partium propugnatores uisi hostiles copias penitus fuderunt.

Item bello Macedonico P. Vatinius Reatinae praefecturae uir noctu urbem petens existimauit duos iuuenes excellentis formae albis equis residentes obuios sibi factos nuntiare die, qui praeterierat, Persen regem a Paulo captum. quod cum senatui indicasset, tamquam maiestatis eius et amplitudinis uano sermone contemptor in carcerem coniectus, postquam Pauli litteris illo die Persen captum apparuit, et custodia liberatus et insuper agro ac uacatione donatus est. Castorem uero et Pollucem etiam illo tempore pro imperio populi Romani excubuisse cognitum est, quo ad lacum Iuturnae suum equorumque sudorem abluentis uisi sunt, iunctaque fonti aedis eorum nullius hominum manu reserata patuit.

2. Sed ut ceterorum quoque deorum propensum huic urbi numen exequamur, triennio continuo uexata pestilentia ciuitas nostra, cum finem tanti et tam diutini mali neque diuina misericordia neque humano auxilio inponi uideret, cura sacerdotum inspectis Sibyllinis libris animaduertit non aliter pristinam recuperari salubritatem posse quam si ab Epidauro Aesculapius esset accersitus. itaque eo legatis missis unicam fatalis remedii opem auctoritate sua, quae iam in terris erat amplissima, impetraturam se

1 aulus *LA* ‖ 3 concurrerunt *L*[1] ‖ aliquādiu *L*[2]*A*[1], aliquadiu *L*[1] aliquandiu (*sic fere semper*) *A*[2] ‖ 4 romanorum *A* ‖ 7 P *L*, post *A*[1] ‖ uatinius *LA Par.* *cum optimis codd. Cic. de deor. nat. III 5, 13*; *at* uatienus *ibid. II 2, 6 et III 5, 11 et Lactant. II 7*, uacienus *Nep.* ‖ 10 praeterierit *Par.* ‖ 11 persen *Par. Nep.*, persam *LA* ‖ com *L*[1] ‖ 14 persen (*sed* n *m. 2 s. l.*) *L*, persem *A* ‖ 19 sudorum *A*[1] ‖ abluentes *L*[2] *Halm, at u. Neue, Formenl. I p. 250. cf.* similis *IIII 3 init.*, humilis *V 4 ext. 3*, terribilis *V 6 ext. 4* ‖ 20 aedes *L*[2]*A*[2] ‖ re**serata *L* ‖ 25 umano *L*[1] ‖ 26 sybillinis *A*[1] ‖ 28 aescolapius *LA*[1]

credidit. neque eam opinio decepit: pari namque studio petitum ac promissum est praesidium, e uestigioque Epidauri Romanorum legatos in templum Aesculapii, quod ab eorum urbe v̄ passuum distat, perductos ut quidquid inde salubre patriae laturos se existimassent pro suo iure sumerent benignissime inuitauerunt. quorum tam promtam indulgentiam numen ipsius dei subsecutum uerba mortalium caelesti obsequio conprobauit: si quidem is anguis, quem Epidauri raro, sed numquam sine magno ipsorum bono uisum in modum Aesculapii uenerati fuerant, per urbis celeberrimas partes mitibus oculis et leni tractu labi coepit triduoque inter religiosam omnium admirationem conspectus haud dubiam prae se adpetitae clarioris sedis alacritatem ferens ad triremem Romanam perrexit pauentibusque inusitato spectaculo nautis eo conscendit, ubi Q. Ogulni legati tabernaculum erat, inque multiplicem orbem per summam quietem est conuolutus. tum legati perinde atque exoptatae rei conpotes expleta gratiarum actione cultuque anguis a peritis excepto laeti inde soluerunt, ac prosperam emensi nauigationem postquam Antium appulerunt, anguis, qui ubique in nauigio remanserat, prolapsus in uestibulo aedis Aesculapii murto frequentibus ramis diffusae superimminentem excelsae altitudinis palmam circumdedit perque tres dies, positis quibus uesci solebat, non sine magno metu legatorum ne inde in triremem reuerti nollet, Antiensis templi hospitio usus, urbi

3 epidauro A || 4 escolapii A^1, esculapii A^2 || 5 quicquid A^2 || 6 iure *delend. cens. Wensky 1884 p. 779* || 8 diei A^1 || 10 nunquã A^2 || 11 *et* 25 aescolapii A^1 || 11 fuerant *margo A Gertz p. 263*, fuerunt *LA Halm* || 12 mutibus L^1 || 14 ad paetitae *L* || 17 urbiq; nogulini (*sed corr. m. 2* nogulni) *L*, ubi* (*litt.* bi *in ras.*) q. tiogulini *A* || 18 inquae L^1A^1 || 20 exobtatae A^1 || 21 *an* percepto? *Halm* || 22 amensi L^1A^1 || 24 remansera*t (a *post* r *in ras.*) *L* || prolapsus *L et dett. mei omn.*, lapsus *A* || uęstibulo *A* || 25 myrto L^2, mirto A^2 || frequentius A^1, ***frequentius L^1, frequenbus (*sic*) L^2 || 29 anniensis (*corr.* antiens.) *L* || hospiciò A^1

se nostrae aduehendum restituit atque in ripam Tiberis egressis legatis in insulam, ubi templum dicatum est, tranauit aduentuque suo tempestatem, cui remedio quaesitus erat, dispulit.

3. Nec minus uoluntarius in urbem nostram Iunonis transitus. captis a Furio Camillo Veis milites iussu imperatoris simulacrum Iunonis Monetae, quod ibi praecipua religione cultum erat, in urbem translaturi sede sua mouere conabantur. quorum ab uno per iocum interrogata dea an Romam migrare uellet, uelle se respondit. hac uoce audita lusus in admirationem uersus est, iamque non simulacrum, sed ipsam caelo Iunonem petitam portare se credentes laeti in ea parte montis Auentini, in qua nunc templum eius cernimus, collocauerunt.

4. Fortunae etiam Muliebris simulacrum, quod est Latina uia ad quartum miliarium, eo tempore cum aede sua consecratum, quo Coriolanum ab excidio urbis maternae preces reppulerunt, non semel sed bis locutum constitit † prius his uerbis: 'rite me, matronae, dedistis riteque dedicastis'.

5. Valerio autem Publicola consule, qui post exactos reges bellum cum Veientibus *et* Etruscis gessit, illis Tarquinio pristinum imperium restituere, Romanis nuper partam libertatem retinere cupientibus, Etruscis et Tarquinio in cornu dextro proelio

7 inperatoris *Halm* ‖ monitę L^1A^1 ‖ 11 Ac uoce audita (*extrem.* a *in ras.*) L^1 ‖ 13 iunonã A^1 ‖ 16 muliebre *LA* ‖ 18 curiolanum *LA* ‖ 19 repulerunt (*sed corr.* pp *m. 1, ut uid.*) *LA* ‖ 20 prius *LA*, *delend. cens. Torrenius*, priuis *Lipsius*, priscis *Halm et Gelbke p. 24*, ipsis *Novak*, *coll. VIIII 13, 3*, perspicuis uerbis *coni. Wilamowitz*, prius *defendit postea scribens* dedistis, iterum: rite me dedicastis *Wensky p. 2, et lacuna notata post* dedicastis *adiciens* deinde*** *Maduig II 316* ‖ rite] *add.* u. rite me matronae dedistis riteq: dicastis *margo A e Par.* ‖ 21 dedistis] uidistis *LA*, uouistis *Aldus, Gertz** ‖ dedicatis *LA*. *cf. Dion. Halic. VIII 56, Plut. Coriol. 37 et de fort. Romanor. 5; Lactant. II 8; Augustin. d. ciu. dei IIII 19.* ‖ 22 publicolae L^1A, poplicola *Par.* ‖ 23 ueihentib; *A* ‖ et *om.* LA^1 ‖ 24 tarquinio* (*litt.* s *eras.*) *A*

superioribus tantus terror subito incessit, ut non solum uictores ipsi profugerent, sed etiam pauoris sui consortes secum Veientes traherent. cuius rei pro argumento miraculum adicitur, ingens repente uox e proxima silua Arsia, quae ore Siluani in hunc paene modum missa traditur: 'uno plus e Tuscis cadent, Romanus exercitus uictor abibit'. miram dicti fidem digesta numero cadauera exhibuere.

6. Quid? Martis auxilium, quo uictoriam Romanorum adiuuit, nonne memoria celebrandum est? cum Bruttii atque Lucani odio incitatissimo maximisque uiribus Thurinae urbis peterent excidium ac praecipuo studio incolumitatem C. Fabricius Luscinus consul protegeret, resque ancipiti euentu conlatis unum in locum utriusque partis copiis gereretur, non audentibus Romanis proelium ingredi eximiae magnitudinis iuuenis primum eos hortari ad capessendam fortitudinem coepit. deinde, ubi tardiores animaduertit, arreptis scalis per mediam hostium aciem ad contraria castra euasit et admotis uallum conscendit. inde uoce ingenti clamitans factum uictoriae gradum et nostros ad aliena castra capienda et Lucanos Bruttiosque ad sua defendenda illuc traxit, ubi conferti dubio certamine terebantur. sed idem inpulsu armorum suorum prostratos hostes iugulandos capiendosque Romanis tradidit: XX enim milia caesa, quinque cum Statio Statilio duce utriusque gentis et tribus atque XX militaribus signis capta sunt. postero die cum consul inter honorandos, quo-

5 pene *LA* ‖ 6 e Tuscis *Halm e Par.*, *qui m. 1* etuscis *et m. 2* etruscis *habet.* (*cf. Liu. II 7, 2* uno plus Tuscorum), eruscis (*corr.* etrusci) *L*, erusci *A* ‖ cadet (*sic non corr.*) *Par.* ‖ 7 et uictor *Par.* ‖ 8 exhibuere (h. *s. l.*) *L* ‖ 12 excidium *A*[2] *Par.*, exitum *L*[1]*A*[1], exitium *L*[2] *dett.*, *at u. I 8, 4; II 10, 4; III 2 ext. 8; VII 3 ext. 4* ‖ 13 incolomitatem *L*[2] *et sic fere semper A*[1] ‖ luscinus *Par.*, luscinius *LA* ‖ 14 ancipitis *A* ‖ euentus *L*[2]*A*[2] ‖ 16 aud*entibus (i *eras. uid.*) *A* ‖ 19 medium *L* ‖ 23 sua (a *in ras.*) *in L et A* ‖ 24 terebantur *dett.*, terrebantur *LA* ‖ 26 $\overline{XX}$ enim milia *L et lineola* — *eras. A*

rum strenua opera fuerat usus, uallarem coronam ei se seruare dixisset, a quo castra erant oppressa, nec inueniretur qui id praemium peteret, cognitum pariter atque creditum est Martem patrem tunc populo suo adfuisse. inter cetera huiusce rei manifesta indicia galea quoque duabus distincta pinnis, qua caeleste caput tectum fuerat, argumentum praebuit. itaque Fabricii edicto supplicatio Marti est habita et a laureatis militibus magna cum animorum laetitia oblati auxilii testimonium ei est redditum.

7. Referam nunc quod suo saeculo cognitum manauit ad posteros, penetrales deos Aeneam Troia aduectos Lauini conlocasse: inde ab Ascanio filio eius Albam, quam ipse condiderat, translatos pristinum sacrarium repetisse, et quia id humana manu factum existimari poterat, relatos Albam uoluntatem suam altero transitu significasse. nec me praeterit de motu et uoce deorum inmortalium humanis oculis auribusque percepto quam in ancipiti opinione aestimatio uersetur, sed quia non noua dicuntur, sed tradita repetuntur, fidem auctores uindicent: nostrum est inclitis litterarum monumentis consecrata perinde ac uera non refugisse.

8. Facta mentione urbis, e qua primordia ciuitas nostra traxit, diuus Iulius fausta proles eius se nobis offert. quem C. Cassius numquam sine praefatione publici parricidii nominandus, cum *in* acie Philippensi ardentissimo animo perstaret, uidit humano habitu augustiorem, purpureo paludamento amictum, minaci uultu et concitato equo in se im-

12 penates *Nep. et m. 2 margo A Halm, at u. Cic. de deor. nat. II 27, 68; Tac. ab exc. d. Aug. II 10; N. Q. p. 25* || deoraeneam *A*[1] || 14 pristinā *L*[1] || 15 manu∗ *L*, manus *A*[1] || 21 nostrum est *recepi e coniectura Halmii.* nostrumst *Madvig II 316.* nostrum sit *LA Halm* || 22 inclytis *LA*[2] || 22 consecrata∗ *L et corr.* consecratā∗ *A* || 23 uera *Novak Listy X 397 et Wensky 1884 p. 779*, uanā *A* || 24 factam mentionem *LA* || 26 offert (*litt.* t *in litura*) *A*, offers *L* || c. *in litura A*, cſ *L* || 27 in *Par.*, *om. LA* || 30 amictuminaci *L*[1]*A*[1]

petum facientem. quo aspectu perterritus tergum hosti dedit uoce illa prius emissa: 'quid enim amplius agam, si occidisse parum est?' non occideras tu quidem, Cassi, Caesarem, neque enim ulla extingui diuinitas potest, sed mortali adhuc corpore utentem uiolando meruisti ut tam infestum haberes deum.

9. Iam quod L. Lentulus litus praenauigans, in quo Cn. Pompei Magni perfidia Ptolomaei regis interempti corpus concisae scaphae lignis conburebatur, ignarus casus eius, cum ipsi Fortunae erubescendum rogum uidisset, conmilitonibus dixit 'qui scimus an hac flamma Cn. Pompeius crematur?' diuinitus missae uocis miraculum est.

10. Atque hoc quidem hominis et casu, illud tantum non ore ipsius Apollinis editum, quo Appii interitum ueridica Pythicae uaticinationis fides praecucurrit. is bello ciuili, quo se Cn. Pompeius a Caesaris concordia pestifero sibi nec rei publicae utili consilio abruperat, euentum grauissimi motus explorare cupiens, uiribus imperii — namque Achaiae praeerat — antistitem Delphicae cortinae in intimam sacri specus partem descendere coegit, unde ut certae consulentibus sortes petuntur, ita nimius diuini spiritus haustus reddentibus pestifer existit. igitur inpulsu capti numinis instincta uirgo horrendo sono uocis Appio inter obscuras uerborum ambages fata

2 enim *om. Par.* ‖ 3 agam A^2 *Par.*, aga* *A*, agas *L* ‖ 4 quidem* *L*, quid enī *A* ‖ 8 perfidia* *A*, perfidiā L^1 ‖ ptolomei *LA cf. IIII 3, 9; V 1, 1 f.; VI 1, 1; et 4, 3 semel; VIII 9 ext. 3; VIIII 1 ext. 5; 2 ext. 5; 4 ext. 1, at* ptolęmeus *VI 4, 3 et 6, 1* ptolemaeus *plerumq. scrib. Par. Halm. cf. Brambach, Lat. Orth. p. 105* ‖ 11 qui] ecquid *Wensky p. 2 coll. VIII 11, 2* ‖ 14 hominis et casu *Vorstius,* homini sed casu *LA*, hominis ecfatum *Wensky p. 2* ‖ 16 interitu A^1, interitus A^2 ‖ uer*dica (i *s. l. add.*) *L* ‖ phiticae L^1, phatidicae L^2, phyticę *ante ras.* A^1, phythicę A^2 ‖ uaticinationis A^2 *et mrg. L*, uaticationis LA^1 ‖ ꝑcucurrit *LA* ‖ 24 reddentibus *L et dett. mei omn.*, petentibus *in ras. A*, redditus *margo A* ‖ existit *in ras. A*, exit *margo A*, extitit *L et dett.* ‖ 25 capiti A^1, concepti *cod. Cauchianus Pighii* ‖ numinus L^1 ‖ 26 facta A^1, fa*ta *L*

cecinit: 'nihil' enim inquit 'ad te hoc, Romane, bellum: Euboeae coela obtinebis'. at is ratus consiliis se Apollinis moneri ne illi discrimini interesset, in eam regionem secessit, quae inter Rhamnunta, nobilem Attici soli partem, Carystumque Chalcidico freto uicinam interiacens Coelae Euboeae nomen obtinet, ubi ante Pharsalicum certamen morbo consumptus praedictum a deo locum sepultura possedit.

11. Sunt et illa miraculorum loco, quod deusto sacrario Saliorum nihil in eo praeter lituum Romuli integrum repertum est: quod Serui Tulli statua, *cum aedis Fortunae conflagrasset, inuiolata mansit: quod Quintae Claudiae statua* in uestibulo templi Matris deum posita bis ea aede incendio consumpta, prius P. Nasica Scipione [et] L. Bestia, iter*um* M. Seruilio L. Lamia consulibus, in sua basi flammis intacta stetit.

12. Aliquid admirationis ciuitati nostrae Acilii etiam Auiolae rogus adtulit, qui et a medicis et a domesticis mortuus creditus, cum aliquamdiu domi iacuisset, elatus, postquam corpus eius ignis corripuit, uiuere se proclamauit auxiliumque paedagogi

1 enim *L et dett., om. in ras. mai. A cf. M. Haupt in Herm. V p. 42* ‖ 2 coelam *LA,* caela *Par.*^{1} ‖ optinebis *LA*^{2} *Halm* ‖ adisratus *L*^{1} ‖ 4 rhamnuntha *L*^{2}*A* ‖ 5 atici *A* ‖ carystum quae *A*^{1} ‖ acalcidico *L*, *calcidico *A*^{1}, calchidico *A*^{2} ‖ 6 coelę euboę *A*, caelae euboe *L* ‖ 7 optinet *A*^{2} *Halm* ‖ 8 saepultura *L*^{1} ‖ 9 Sunt *Vahlen in Mus. Rhen. XI 586. cf. III 7, 10; IIII 6 ext. 1; V 6 ext. 1; VIIII 12 ext. 1*, possunt *LA, add.* I. P. de mirandis *margo A e Par., qui noui cap. titulum h. l. habet* ‖ 11 cum aedis — 13 statua *om. LA dett., suppl. margo A e Par. Plura intercidisse collato Nep. putat Halm, quod mihi non persuasit* ‖ 12 aedes *Par.* ‖ 13 Quintae] Q *margo A* ‖ uęstibulo *A* ‖ 14 aedae *L*^{1} ‖ consumpta prius nasica primo (*sic B quoque*) scipione et lucio (*sed* ucio *eras.*) *L*, consumpta P. nasica scipione et. L. *in ras. mai. A* ‖ 15 et *inclus. Halm* ‖ iterum *coni. Halm, quod recepi. cf. IIII 8 ext. 1; VIIII 11, 6;* item *LA* ‖ ser***lucio *A*, seruililutio *L* ‖ 16 uasi *A*, hasi *L*^{1} ‖ 20 aliquandiu *sic semper fere A* ‖ domi *Eberhard p. 161 et Gertz 263*, humi *LA Halm* ‖ 22 pedagogi *A*

sui — nam in solus ibi remanserat — inuocauit, sed iam flammis circumdatus fato subtrahi non potuit.

L. quoque Lamiae praetorio uiro aeque uocem fuisse super rogum constitit.

Ext. 1. Quae minus admirabilia fere Eris Pamphyli casus facit, quem Plato scribit inter eos, qui in acie ceciderant, X diebus iacuisse, biduoque post quam inde sublatus esset, inpositum rogo reuixisse ac mira quaedam tempore mortis uisa narrasse.

2. Et quoniam ad externa transgressi sumus, quidam Athenis uir eruditissimus, cum ictum lapidis capite excepisset, cetera omnia tenacissima memoria retinens litterarum tantum modo, quibus praecipue inseruierat, oblitus est. dirum malignumque uulnus in animo percussi quasi de industria scrutatis sensibus in eum potissimum, quo maxime laetabatur, [et] acerbitate nocendi erupit, singularem doctrinam hominis pleno inuidiae funere efferendo. cui si talibus studiis perfrui fas non erat, utilius aliquando fuit ad illa aditum non impetrasse quam iam percepta eorum dulcedine caruisse.

3. Miserabilior tamen sequentis casus narratio: Nausimenis enim Atheniensis uxor, cum fili ac filiae suae stupro interuenisset, inopinati monstri perculsa conspectu et in praesens tempus ad indignandum et in posterum ad loquendum obmutuit. illi nefarium concubitum uoluntaria morte pensarunt.

2 flamma *Par.* ‖ 3 l. quoq. lamie L^1 ‖ p*re|e*tiorio *L*, **praetorio (pr. *eras. uid.*) *A* ‖ praetorii uiri A^2 ‖ 5 fere Eris *Gertz**, pheretris *LA*, pheretis *BC*, phereta pamphylum *uocat Par.*, pheretem *Nep.*, *Ἠρὸς τοῦ Ἀρμενίου, τὸ γένος Παμφύλου est ap. Plat. de rep. X p. 614 B.* ‖ pamfili *L*, pamphili *A* ‖ 7 acie* *A*, aciem *L* ‖ caeciderant L^1 ‖ 8 unde A^1 ‖ sublatus est *Par.* ‖ 11 uir atheniensis *Par.* ‖ hictum L^1 12 caetera *L* ‖ 15 percussit A^2 ‖ 16 potissimum] *add.* locum A^2 ‖ et *L*, *eras. in A*, ex *dett. pauci*, et *non recte defend. Foertsch II 6*, *ego inclusi* ‖ 17 aceruitate L^1A ‖ 18 talius L^1 ‖ 19 utilis L^1A^1 ‖ ab illa LA^1 ‖ 20 perceptã A^1 ‖ 22 Mirabilior *edd. uett.* ‖ 23 filii L^2A^2 *Par.* ‖ 24 percussa *Par.* ‖ 26 ommutuit *Par.* ‖ 27 pesarunt L^1A

4. Hoc modo fortuna saeuiens uocem ademit, illo propitia dona*ui*t. Echecles Samius athleta mutus, cum ei uictoriae, quam adeptus erat, titulus et praemium eriperetur, indignatione accensus uocalis euasit.

5. Gorgiae quoque Epirotae fortis et clari uiri origo *admirabilis fuit*, quod in funere matris suae utero elapsus inopinato uagitu suo lectum ferentes consistere coegit nouumque spectaculum patriae praebuit, tantum non ex ipso genetricis rogo lucem et cunas adsecutus: eodem enim momento temporis altera iam fato functa *pe*perit, alter ante elatus quam natus est.

6. Diuinae fortunae uulnus Pheraeo Iasoni * * * exitii eius cupidus intulit: nam cum inter insidias gladio eum percussisset, uomicam, quae a nullo medicorum sanari potuerat, ita rupit, ut hominem pestifero malo liberaret.

7. Aeque dis inmortalibus acceptus Simonides, cuius salus ab inminenti † officio defensa ruinae quoque subtracta est: cenanti enim apud Scopam Crannone, quod est in Thessalia oppidum, nuntiatum est duos iuuenes ad ianuam uenisse magnopere rogantes ut ad eos continuo prodiret. ad quos egressus neminem repperit ibi. ceterum eo momento tem-

2 donauit *nos*, donat *LA* ‖ echecles *Par. Nep. et in ras. A*, atchecles *B*, aegles *L*, ecles *uel* egles *dett. cf. Gell. V 9* ‖ samius athleta *in ras. A* ‖ 7 admirabilis fuit *om. LA*, *suppleui e Par.* ‖ quod] qui *Par.* ‖ 8 elabsus (*sic semper*) *Par.*[1] ‖ uagito *LA*[1] ‖ suo *om. Par.* ‖ fe*rentes *L*, ferentis *A*[2] *e Par. Halm* ‖ 10 non tantum *LA*, *em. Colerus* ‖ 12 peperit *D*, perit *LA* ‖ 14 Pheraeo *Par. et Cic. de nat. deor. III 28, 70*, phedraeo *L*, phedreo *A* ‖ 14 *Lacuna cum Halmio e Par.* (quidam inimicus) *uel inuerso ordine* (inim. quidam) *uel una u.* quidam *explenda uidetur. nihil deesse putat Foertsch I 7* ‖ 17 poterat *Par.* ‖ 20 officio *LA*, exicio officio *B*, exitio *dett.*, naufragio *cod.* (?) *Coleri*, *quod unum aptissimum dixeram*, *sed nimium abhorrens a codd. scriptura nolui recipere*, *recepit Halm. cf. I 7 ext. 3* ‖ 21 caenanti *LA Par.* ‖ scopan *Par.* ‖ 22 crannonae *Par.*, et crannona *LA*, in crannona *dett.*

poris triclinium, in quo Scopas epulabatur, conlapsum et ipsum et omnes conuiuas oppressit. quid hac felicitate locupletius, quam nec mare nec terra saeuiens extinguere ualuit!

8. Non inuitus huic subnecto Daphniten, ne quis ignoret quantum interfuerit cecinisse deorum laudes et numen obtrectasse. hic, cum eius studii esset, cuius professores sophistae uocantur, ineptae et mordacis opinationis, Apollinem Delphis inridendi causa consuluit an equum inuenire posset, cum omnino nullum habuisset. cuius ex oraculo reddita uox est, inuenturum equum, sed ut eo proturbatus periret. inde cum iocabundus quasi delusa sacrarum sortium fide reuerte*re*tur, incidit in regem Attalum saepe numero a se contumeliosis dictis absentem lacessitum, eiusque iussu saxo, cui nomen erat Equi, praecipitatus ad deos usque cauillandos dementis animi iusta supplicia pependit.

9. Eodem oraculo Macedonum rex Philippus admonitus ut a quadrigae uiolentia salutem suam custodiret, toto regno disiungi currus iussit eumque locum, qui in Boeotia Quadriga uocatur, semper uitauit. nec tamen denuntiatum periculi genus effugit: nam Pausanias in capulo gladii, quo eum occidit, quadrigam habuit caelatam.

10. Quae tam pertinax necessitas in patre filio Alexandro consimilis apparuit: si quidem Callanus

1 scopas (*ultim.* s *m. 2, ut uid.*) *A* ‖ epulabantur L^1A^1 ‖ 5 daphaniten *LA*, *quod emendaui e Par.* Daphitas *est ap. Cic. de fat. 3, 5 et Strab. XIIII 39 p. 647*, Daphidas *ap. Suidam et Hesych. s. u.* ‖ 8 inepti *L*, inepte *A*, impiae *Gertz 264, recte, ut uid.* ‖ 9 delphys *A* ‖ 10 *et* 12 aequum *LA*, *et sic fere semper* ‖ 11 cui** (*corr. e* cuius) L^2 *haud male* ‖ 12 inuenturum] *add.* eum *Par.* ‖ 13 cum *iocabundus *A* ‖ 14 fide* *A* ‖ reuertetur L^1A^1 ‖ 18 animi *BC*, animae *A*, anime *L* ‖ iussa LA^1 ‖ 19 admonitus (*sed* ad *in litura*) *A*, monitus *Par.* ‖ 22 boetia *A* ‖ 25 celatam *A, ut nos L Par.* ‖ 26 necessitas fati in filio *coni. Gertz**, *et sane* patre *ualde suspectum* ‖ et (*uel* in) filio *dett. pauci* ‖ 27 siquidē (ē *in ras.*) *A*, si quidam *L*

Indus sua sponte se ardenti rogo superiecturus, interpellatus ab eo ecquid aut mandaret aut dicere uellet, 'breui te' inquit 'uidebo': nec id sine causa, quia uoluntarium eius e uita excessum rapida mors Alexandri subsecuta est.

11. Regios interitus magnitudine miraculi remigis casus aequat, quem in hexere Tyriorum sentinam haurientem cum e naui fluctus abiecisset, altero latere repercussum contrarius fluctus in nauem retulit. itaque miseri simul ac felicis conplorationi permixta fuit gratulatio.

12. Quid? illa nonne ludibria naturae in corporibus humanis fuisse credenda sunt, tolerabilia quidem, quia saeuitia caruerunt, ceterum et ipsa miraculis adnumeranda? nam et Prusiae regis Bithyniae filius eodem nomine quo pater pro superiore ordine dentium unum os aequaliter extentum habuit nec ad speciem deforme neque ad usum ulla ex parte incommodum. 13. Mitridatis uero regis filia Drypetine, Laodice regina nata, duplici ordine dentium deformis admodum comes fugae patris a Pompeio deuicti fuit. 14. Ne illius quidem paruae admirationis *Strabonis* oculi, quem constat tam certa acie luminum usum esse, ut a Lilybaeo portum Karthaginiensium egredientes classes intueretur. 15. Oculis eius admirabilius Aristomenis Messeni cor, quod Athenien-

1 se *L Par.*, *om. A* ‖ superlecturus *L*, superiacturus (*sic*) A^1, *ut nos Par.* ‖ 2 etquid *L*, *quid (et *eras. uid.*) *A* ‖ mandare (re *in ras. corr.*, *ut uid.*, *e* ret) *A*, *infinit. praefert Foertsch III 7* ‖ 4 uulluntarium A^1 ‖ rabida A^1 ‖ 6 miraculi* (s *eras. uid.*) *LA* ‖ 7 quem indhexere *LA*, *em. Pighius* ‖ 8 ab altero *Gertz p. 264* ‖ 9 rettulit *Halm* ‖ 10 felices L^1A^1 ‖ *an* conploratione? ‖ 12 delubria *LA*, *corr. in mrg. L et dett.* ‖ 15 prausiae *LA*, *ut nos Par.* ‖ bythiae LA^1 ‖ 17 extensum *Par.* ‖ 19 drypetinę** *L*, drypetinę *A*, Drypetina *est ap. Amm. Marc. XVI 7, 10*, tricipitina *Nep.* ‖ 20 laodiceae *LA* ‖ 21 deformis *Pighius et Gertz p. 264, coll. Nepot.* (turpis fuit), deformi *LA Halm* ‖ 22 Strabonis *suppl.*, *Gertz p. 264 e Nep. coll. Plin. n. h. VII 21, 85*, *om. AL Halm* ‖ 24 alylybeo L^1A ‖ portu L^2A^2 ‖ 26 meseni *LA*

ses ob eximiam calliditatem exectum pilis refertum inuenerunt, cum eum aliquotiens captum et astutia elapsum cepissent. 16. Et poeta Antipater Sidonius omnibus annis uno tantum modo die, quo genitus erat, febri inplicabatur, cumque ad ultimam aetatem peruenisset, natali suo certo illo circuitu morbi consumptus est.

17. Hoc loco apte referuntur Polystratus et Hippoclides philosophi, eodem die nati, eiusdem praeceptoris Epicuri sectam secuti, patrimonii etiam possidendi habendaeque scholae communione coniuncti eodemque momento temporis ultima senectute extincti. tantam *et tam* aequalem fortunae pariter atque amicitiae societatem quis non ipsius caelestis Concordiae sinu genitam, nutritam et finitam putet?

18. Quapropter haec potissimum aut in liberis potentissimorum regum aut in rege clarissimo aut in uate ingenii florentis aut in uiris eruditissimis aut in homine sortis ignotae * *, ne ipsa quidem, omnis bonae malaeque materiae fecunda artifex, rationem rerum natura reddiderit: non magis quam quid ita siluestres capreas Cretae genitas tantopere dilexerit, quas sagittis confixas ad salutare auxilium herbae dictamni tantum non suis manibus deducit efficitque ut comesta ea continuo et tela et uim

1 executum L^1, exsecutum L^2 ‖ 2 aliquoties A^1, *ut nos* *L* ‖ catum L^1A ‖ astutiae lapsum L^1A^1 ‖ 3 coepissent A^1 ‖ antipater poeta A^2 ‖ sidonis LA^1 ‖ 8 polystratus (ly *in ras.*) *A* ‖ hyppoclides *A* ‖ 11 habendaeque *Halm e Par.*, alendaeq. *LA* ‖ communionẽ *Par.* ‖ 12 exstincti *Halm* ‖ 13 tantam et tam *Torrenius*, tantã L^1 *et* (tan *induct.*) *A*, tantã tã L^2, quam tam *Wensky p. 3, coll. II 2, 9 et III 7, 9.* ‖ 16 potentissimorum regum *E et cod. Pighii. cf. § 12 et 13;* potissimi regis *LA*, potentissimi regis *Halm* ‖ 18 florentissimi *Stanger* ‖ 19 ignotae] *post h. u. uerbum aliq. excidisse uidit suppleuitq.* euenerint *Madwig II 317, cogitatione id supplent Heller in Philolog. 1868 p. 344 et Halm in Fleckeis. ann. 1874 p. 403*, esse uoluerit *suppl. Gertz** ‖ 21 reddiderat A^1 ‖ 22 quid ita *dett. nonnulli*, quita L^1, qui ita L^2A, quid (*sine* ita) *mauult Halm, at u. I 5, 3; I 7, 5; III 1 ext. 1* ‖ 23 sagitas L^1 ‖ 23 confixat L^1A^1 ‖ 24 dictani L^1A^1 ‖ 25 comesta *Gertz* e Nep.*, concepta *LA Halm* ‖ tęletu*m L^1

ueneni uulneribus respuant: aut in Cephalania insula, cum omnia ubique pecora haustu aquae cotidie recreentur, capras maiore ex parte anni ore aperto ex alto uentos recipientes sitim suam sedare instituerit: aut quapropter Crotonae in templo Iunonis Laciniae aram ad omnes uentos inmobili cinere donauerit: potissimumue quare alteram in Macedonia, alteram in Caleno agro aquam proprietatem uini, qua homines inebrientur, possidere uoluerit. non admiratione ista, sed memoria prosequi debemus, cum sciamus recte ab ea plurimum licentiae uindicari, penes quam infinitus cuncta gignendi labor consistit.

19. Quae quia supra usitatam rationem excedentia attigimus, serpentis quoque a T. Liuio curiose pariter ac facunde relatae fiat mentio: is enim ait in Africa apud Bagradam flumen * tantae magnitudinis fuisse, ut Atilii Reguli exercitum usu amnis prohiberet, multisque militibus ingenti ore correptis, conpluribus caudae uoluminibus elisis, cum telorum iactu perforari nequiret, ad ultimum ballistarum tormentis undique petitam silicum crebris et ponderosis uerberibus procubuisse omnibusque et cohortibus et legionibus ipsa Karthagine uisam terribiliorem, atque etiam cuore suo gurgitibus inbutis corporisque iacentis pestifero adflatu uicina regione

1 aut] ut *A* ‖ cęphalania *A*, cephalania *LB*. *cf. Liu. XXXVII 13, 11 et 50, 5; Plin. n. h. IIII 12, 19*, Cephalenia *Halm* ‖ 2 *an* cur, cum? ‖ haustu aquae (*sed* h *et* st *m. 2*) *L et corr. ex* aut sua quae *A* ‖ cotidiae *A*[1] ‖ 3 capras *Torrenius*, ea pars *LA*, *habet* caprae in cephalia *Nep.* ‖ 6 inmobile *LA*[1] ‖ 7 macedoniã *LA* ‖ 8 aquã *A*[2], qua *L*[1]*A*[1], quẽ *L*[2] ‖ proprietate *L*[1]*A* ‖ 9 inhebrientur *A* ‖ 14 excidentia *LA*[1] ‖ 15 a tito libio *LA* ‖ curiose** pariter *A*, curiositer pariter *L* ‖ 16 fecunde *L*[1]*A* ‖ relata *LA*[1] ‖ 17 bagrada *LA*, *em. in edd. uett.* ‖ magnitudinis] magñ serp: *margo A*, *add.* anguem *dett. nonnulli*, serpentem *cogitatione ex u. 15 repetendam putat Halm. ego lacunam incertae tamen sedis notaui* ‖ 18 acilii *LA* ‖ usu* (m *eras. uid.*) *LA* ‖ 24 ipsã *A*[1] ‖ Kartaginem *K*[1]*A*[1] ‖ uisa *LA*[2] ‖ terribiliore (*ultim.* e *in ras.*) *A*

polluta Romana inde summouisse castra. adicit beluae corium centum et uiginti pedum in urbem missum.

LIBER SECVNDVS.

Diues et praepotens naturae regnum scrutatus iniciam stilum qua nostrae urbis qua exterarum gentium priscis ac memorabilibus institutis: opus est enim cognosci huiusce uitae, quam sub optimo principe felicem agimus, quaenam fuerint elementa, ut eorum quoque respectus aliquid praesentibus moribus prosit.

I. DE INSTITVTIS ANTIQVIS.

1. Apud antiquos non solum publice, sed etiam priuatim nihil gerebatur nisi auspicio prius sumpto. quo ex more nuptiis etiam nunc auspices interponuntur, qui, quamuis auspicia petere desierint, ipso tamen nomine ueteris consuetudinis uestigia usurpantur.

2. Feminae cum uiris cubantibus sedentes cenitabant. quae consuetudo ex hominum conuictu ad diuina penetrauit: nam Iouis epulo ipse in lectulum, Iuno et Minerua in sellas ad cenam inuitabantur. quod genus seueritatis aetas nostra diligentius in

1 adicit *Foertsch I 8*, dicit *LA* ‖ 2 uigenti *A* ‖ pedum] *add.* longum *margo A* ‖ urbe *A*[1] ‖ 3 VALERI MAXIMI FACTORV̄ ET DICTORVM MEMORABILIV̄ LIBER PRIMVS EXPL. INCIPIT LIB. SEC̄D. FELICIT̄. (*extremam u. om. L*). *sequuntur tituli proximorum quinque cap. LA* ‖ 5 qua — qua *L*[1]*A*, tā — quā *L*[2] ‖ exterarum *Stanger*, *cf. prooem. init. et VII 6 init.*, ceterarum *LA* ‖ 7 principe felice *A*, felice principe (*add. mutandi ordinis notis*) *L* ‖ 9 aliquit *A*[1] ‖ 14 ex *om. Par.* ‖ et nunc *L*[1] ‖ 15 desierit *LA* ‖ 16 uestigia] *an excidit* seruantes? ‖ usurpant *dett. pauci* ‖ 18 cȩnitabant *et* 21 cȩnam *LA*, *ut nos Par.* ‖ 19 ad culturam diuinam *Par.* ‖ 20 lectum *Par.* ‖ 21 inuitantur *Pighius*, *ut nos etiam Par.*

Capitolio quam in suis domibus conseruat, uidelicet quia magis ad rem pertinet dearum quam mulierum disciplinam contineri.

3. Quae uno contentae matrimonio fuerant corona pudicitiae honorabantur: existimabant enim eum praecipue matronae sincera fide incorruptum esse animum, qui depositae uirginitatis cubile [in publicum] egredi nesciret, multorum matrimoniorum experientiam quasi legitimae cuiusdam intemperantiae signum esse credentes.

4. Repudium inter uxorem et uirum a condita urbe usque ad centesimum et quinquagesimum annum nullum intercessit. primus autem Sp. Caruilius uxorem sterilitatis causa dimisit. qui, quamquam tolerabili ratione motus uidebatur, reprehensione tamen non caruit, quia ne cupiditatem quidem liberorum coniugali fidei praeponi debuisse arbitrabantur.

5. Sed quo matronale decus uerecundiae munimento tutius esset, in ius uocanti matronam corpus eius adtingere non permiserunt, ut inuiolata manus alienae tactu stola relinqueretur.

Vini usus olim Romanis feminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur, quia proximus a Libero patre intemperantiae gradus ad in-

3 disciplinam *dett. pauci et Lipsius*, disciplina *AL* || 4 corona (*bis script., sed prius eras.*) *A* || 5 honorabuntur *A*[1] || 7 in publicum *seclusi*, cubile et cubiculum *coni. Wensky in Fleckeis. ann. 1884 p. 780* || 12 ad centesimum et quinquagesimum annum *LA Par.*, per annos N̄ c. l. ab urb. condita *Nep.*, ad uicesimum et quingentesimum annum *edd. multae uett.* ad quingentesimum et uigesimum a. *Gertz**. *suspicor aut ipsum Valerium errasse, aut scribend.* ad quingentesimum annum (*cf. Gell. n. Att. IIII 3, 1*, quingentis fere annis) *et mendum ortum esse distracta quingenarii numeri nota* d *in antiquissimo quodam codice in* cl. *cf. etiam Gell. l. c. § 2 et XVII 21, 44* || 13 carbilius *LA*, caruillus *Nep.*, *ut nos Par.* || 16 ne *nos*, nec *LA*. *cf. ed. meam mai. p. 178* || 18 se quo *L*[1] || uerecondiae *L*[1] || 19 totius *A*[1] || esse tinius uocan**tĕ (ẽ *corr. ex* i) *L*[1], *fort.* uocanti apparitori *e Nep. Halm* || 21 tactus‿tolae (*sic*) *LA* || reliqueretur *L*[1] || 23 scilicet] per id *Par.*

concessam uenerem esse consueuit. ceterum ut non tristis earum et horrida pudicitia, sed [et] honesto comitatis genere temperata esset, — indulgentibus namque maritis et auro abundanti et multa purpura usae sunt — quo formam suam concinniorem efficerent, summa cum diligentia capillos cinere rutilarunt: nulli enim tunc subsessorum alienorum matrimoniorum oculi metuebantur, sed pariter et uidere sancte et aspici mutuo pudore custodiebatur.

6. Quotiens uero inter uirum et uxorem aliquid iurgi intercesserat, in sacellum deae Viriplacae, quod est in Palatio, ueniebant et ibi inuicem locuti quae uoluerant contentione animorum deposita concordes reuertebantur. dea nomen hoc a placandis uiris fertur adsecuta, ueneranda quidem et nescio an praecipuis et exquisitis sacrificiis colenda utpote cotidianae ac domesticae pacis custos, in pari iugo caritatis ipsa sui appellatione uirorum maiestati debitum a feminis reddens honorem.

7. Huius modi inter coniuges uerecundia: quid, inter ceteras necessitudines nonne apparet consentanea? nam ut minimo indicio maximam uim eius significem, aliquandiu nec pater cum filio pubere nec socer cum genero lauabatur. manifestum igitur est tantum religionis sanguini et adfinitati quantum ipsis dis inmortalibus tributum, quia inter ista tam sancta uincula non magis quam in aliquo sacrato loco nudare se [ne]fas esse credebatur.

8. Conuiuium etiam sollemne maiores institue-

2 et *inclusi*, *om. D Γ et edd. uett.* || 3 namque *om. et u. 5* sunt. Quo *edd. uett.* || 5 quō *AL*, et quo *margo L* || 7 subsessores *Γ et recc. pauci, haud male* || 9 custodiebantur *dett. multi* || 10 Quoties LA^1, *ut nos Par.* || 16 et exquis. *margo L*, **exq. *L*, sed exq. *A* || 17 in pari *A*, in quo pari L^1 *et dett. pleriq.*, in qua p. L^2, inque p. *B. Keil et Novak* || 18 ac feminis *LA*, *em. I. Vossius* || 20 uerecondia L^1 || 23 aliquamdiu *Par. Halm* || 24 genero (o *in ras.*) *L*, genere *A* || 27 magis] *add.* minus *margo L* || 28 fas *Aldus*, *cf. Gelbke p. 28, Madvig II 317*, nefas *LA Halm, quod defend. Gertz, Stud. crit. in Senec. p. 62, 63*

runt idque caristia appellauerunt, cui praeter cognatos et adfines nemo interponebatur, ut, si qua inter necessarias personas querella esset orta, apud sacra mensae et inter hilaritatem animorum et fautoribus concordiae adhibitis tolleretur.

9. Senectuti iuuenta ita cumulatum et circumspectum honorem reddebat, tamquam maiores natu adulescentium communes patres essent. quocirca iuuenes senatus die utique aliquem ex patribus conscriptis aut propinquum aut paternum amicum ad curiam deducebant adfixique ualuis expectabant, donec reducendi etiam officio fungerentur. qua quidem uoluntaria statione et corpora et animos ad publica officia inpigre sustinenda roborabant breuique processurarum in lucem uirtutum suarum uerecunda laboris meditatione ipsi doctores erant.

Inuitati ad cenam diligenter quaerebant quinam ei conuiuio essent interfuturi, ne seniorum aduentum discubitu praecurrerent, sublataque mensa priores consurgere et abire patiebantur. ex quibus apparet cenae quoque tempore quam parco et quam modesto sermone his praesentibus soliti sint uti.

10. Maiores natu in conuiuiis ad tibias egregia superiorum opera carmine conprehensa † pangebant, quo ad ea imitanda iuuentutem alacriorem redderent. quid hoc splendidius, quid etiam utilius certamine? pubertas canis suum decus reddebat, defuncta [uiri]

3 quere*la *L* ‖ 4 et *ante* faut. *delend. uid.* ‖ 6 iuuentas *LA*, *emendaui e Par.* ‖ cumul*ato* (*corr.* tū) *L* ‖ circuminspectum *A* ‖ 7 taquā *L* ‖ 11 balbis A^1 ‖ 13 ad] a A^1 ‖ 14 processu.rarum A^1, processu morarum A^2, *ut nos* L^1 *et Lipsius*, processu harum L^2 ‖ 15 lucem (m *induct.*) *A* ‖ uirtutium LA^1 ‖ 16 doctiores *LA*, *em. Aldus* ‖ 17 cęnam L^2 ‖ qui*nam *A*, quidnam *L* ‖ 18 senioris L^2A, seniores L^1; *em. Halm e Par.* ‖ aduentu et (*sed* et *m. 2 s. l.*) *L* ‖ 20 consurgere *LA*, *add.* I. P. priores eos surgere *margo A e Par. Halm* ‖ 23 egregia* (s *eras. uid.*) *L*, ęgręgia* *A* ‖ 24 superorum L^1A ‖ pandebant *coni. Torrenius*, cantabant *Par.*, canebant *Nep.*, peragebant *Gertz* coll. Liu. VII 37, 1; I 18, 10; 32, 7* ‖ 25 ea imitanda iuuentutem *in ras. A*, ea* (m *eras.*) imit. uirtutem *L* ‖ 26 qui hoc A^1 ‖ 27 reddebant (n *punctat.*) *A* ‖ defunta A^1, defunctura (*om.*

cursu aetas ingredientes actuosam uitam feruoris nutrimentis prosequebatur. quas Athenas, quam scholam, quae alienigena studia huic domesticae disciplinae praetulerim? inde oriebantur Camilli, Scipiones, Fabricii, Marcelli, Fabii, ac ne singula imperii nostri lumina simul percurrendo sim longior, inde, inquam, caeli clarissima pars, diui fulserunt Caesares.

II. 1. Adeo autem magna caritate patriae tenebantur, ut arcana consilia patrum conscriptorum multis saeculis nemo senator enuntiauerit. Q. Fabius Maximus tantum modo, et is ipse per inprudentiam, de tertio Punico bello indicendo quod secr*eto* in curia erat actum P. Crasso rus petens domum reuertenti in itinere narrauit, memor eum triennio ante quaestorem factum, ignarus nondum a censoribus in ordinem senatorium allectum, quo uno modo etiam iis, qui iam honores gesserant, aditus in curiam dabatur. sed quamuis honestus error Fabii esset, uehementer tamen a consulibus obiurgatus est: numquam enim taciturnitatem, optimum ac tutissimum administrandarum rerum uinculum, labefactari uolebant.

Ergo, cum Asiae rex Eumenes amantissimus nostrae urbis bellum a Perse aduersus populum Romanum conparari senatui nuntiasset, non ante sciri

uiri) *ingeniose Gertz p. 264* ‖ uiri A^1, uirium A^2, uiridi *coni. Lipsius*, uirili *Torrenius*, uitae *Vahlen, Mus. Rhen. XI p. 591. inclusi uocem ex interpretatione aetatis cursu defunctae, ut uid., ortam, nec improbauit Halm*

1 feruoris *Eberhard p. 156. cf. Gelbke p. 27, ipse* ardoris *conieceram*, fauoris *L A Halm* ‖ 5 fabricii (*litt.* ic *s. l. m. 2*) *L* ‖ singuli $L^1 A^1$ ‖ 10 con***scribtum L^1 ‖ 11 nullus senator *Par.* ‖ 13 tercio *L* ‖ secro $L^1 A$, *add.* secĩ q̃ *margo A* ‖ 14 reuerti L^1 ‖ 15 triennium L^1 ‖ 16 ignarus L^2 *et dett. mei omnes*, ignarusq. A^2 *Halm e Par.*, ignarũ $L^1 A^1$ ‖ nondum] *add.* eum *Par.* ‖ accensoribus A^1 ‖ 17 adlectum $Par.^1$ *Halm* ‖ 18 is $L^1 A^1$, his $L^2 A^2$ ‖ gesserat $L^1 A$ ‖ 19 curia *L A* ‖ 20 tamen A^2, tamen**** *ras. 9—10 litt. L*, tam**** *A* ‖ 25 a perse *suppl. in mrg. m. 1 L* ‖ 26 nontiasset L^1 ‖ scire potuit p r. *Par.*

potuit quid aut ille locutus esset aut patres respondissent quam captum Persen cognitum est. fidum erat et altum rei publicae pectus curia silentique salubritate munitum et uallatum undique, cuius limen intrantes abiecta priuata caritate publicam induebant. itaque non dicam unum, sed neminem audisse crederes quod tam multorum auribus fuerat commissum.

2. Magistratus uero prisci quantopere suam populique Romani maiestatem retinentes se gesserint hinc cognosci potest, quod inter cetera obtinendae grauitatis indicia illud quoque magna cum perseuerantia custodiebant, ne Graecis umquam nisi latine responsa darent. quin etiam ipsos linguae uolubilitate, qua plurimum ualent, excussa per interpretem loqui cogebant non in urbe tantum nostra, sed etiam in Graecia et Asia, quo scilicet Latinae uocis honos per omnes gentes uenerabilior diffunderetur. nec illis deerant studia doctrinae, sed nulla non in re pallium togae subici debere arbitrabantur, indignum esse existimantes inlecebris et suauitati litterarum imperii pondus et auctoritatem donari.

3. Quapropter non es damnandus rustici rigoris crimine, C. Mari, quia gemina lauru coronatam senectutem tuam, Numidicis et Germanicis inlustrem tropaeis, uictor deuictae gentis facundia politiorem fieri noluisti, credo, ne alienigena ingenii exercitatione patrii ritus serus transfuga existeres. quis ergo huic consuetudini, qua nunc Graecis actionibus aures curiae exurdantur, ianuam patefecit? ut opinor, Molo rhetor, qui studia M. Ciceronis acuit: eum namque

1 quid aut *in ras.* *A*, quod aut, *ut uid.*, L^1 ‖ 3 silentiiq. A^2 ‖ 9 suā* *A*, suę L^1 ‖ 14 etiam ipsos liuguae *in ras.* *A* ‖ ipsos *Par.*, ipsa *L dett.* ‖ 16 urbem tantum nostrā L^1A^1 17 uocis *in ras.* *L*, uoces A^1 ‖ 19 deerrant L^1 ‖ 21 suauitate L^1A^1 ‖ 24 mari* (i *eras.*) *L* ‖ 26 tropheis *L et* h *induct.* *A* ‖ pollitiorem L^1 ‖ 28 seruus *LA*, *em. Lipsius* ‖ existeres *dett. pauci*, existeret *LA* ‖ 30 exsurd. *Halm* ‖ ia**nuam (n *in ras.*) *L*

ante omnes exterarum gentium in senatu sine interprete auditum constat. quem honorem non inmerito cepit, quoniam summam uim Romanae eloquentiae adiuuerat. conspicuae felicitatis Arpinas *municipium*, siue litterarum gloriosissimum contemptorem siue abundantissimum fontem intueri uelis.

4. Maxima autem diligentia maiores hunc morem retinuerunt, ne quis se inter consulem et proximum lictorem, quamuis officii causa una progrederetur, interponeret. filio dumtaxat et ei puero ante patrem consulem ambulandi ius erat. qui mos adeo pertinaciter retentus est, ut Q. Fabius Maximus quinquies consul, uir et iam pridem summae auctoritatis et tunc ultimae senectutis, a filio consule inuitatus ut inter se et lictorem procederet, ne hostium Samnitium turba, ad quorum conloquium descendebant, elideretur, facere id noluerit.

Idem a senatu legatus ad filium consulem Suessam *Pometiam* missus, postquam animaduertit eum ad officium suum extra moenia oppidi processisse, indignatus quod ex XI lictoribus nemo se equo descendere iussisset, plenus irae sedere perseuerauit. *quod cum filius sensisset, proximo lictori ut sibi appareret imperauit.* cuius uoci continuo Fabius obsecutus 'non ego' inquit, 'fili, summum imperium tuum contempsi, sed experiri uolui an scires consulem agere: nec ignoro quid patriae uenerationi debeatur, uerum publica instituta priuata pietate potiora iudico'.

1 exterrarum L^1 ‖ si ne (i *in ras.*) *L* ‖ 4 adiuuarat *LA* ‖ Arpinas municipium *Torrenius*, Arpinum munic. *Perizonius*, arpinas unicum *LA* ‖ 5 compo|re m *in ras. mai. A*, *ut nos L* ‖ 6 habundantissimum *A* ‖ 12 ut · q · (q. *in ras.*) *A* ‖ fabianus *L* ‖ 13 uir] *add.* I. P. uir coñs. *margo A e Par.* ‖ et iam LA^2, etiam A^1 ‖ 15 hostium *LA*, *add.* I. P. hostili *margo A e Par.*, *quod recte, ut uid., praefert Halm* ‖ 16 descenderat *Par.* ‖ 17 id** *L*, *om. Par.* ‖ 18 ab senatu *Par.* ‖ 19 Pometiam *add. margo A e Par.*, *om. LA Nep. Halm* ‖ 21 quod A^2, quoq: LA^1 ‖ XI *punctat. A*, duodecim *dett. nonnulli* ‖ 22 quod cum — imperauit *om. LA*, *suppleuit e Par. margo A* ‖ 28 insti*ta (*sed corr. in marg. m. 1*) *L*

5. Relatis Q. Fabi laudibus offerunt se mirificae constantiae uiri, qui legati a senatu Tarentum ad res *re*petendas missi, cum grauissimas ibi iniurias accepissent, unus etiam urina respersus esset, in theatrum, ut est consuetudo Graeciae, introducti legationem quibus acceperant uerbis peregerunt. de his, quae passi erant, questi non sunt, ne quid ultra ac mandatum esset loquerentur, in*si*tusque pectoribus eorum antiqui moris respectus dolore, qui ex contumelia grauissimus sentitur, conuelli non potuit. finem profecto fruendarum opum, quibus ad inuidiam diu abundaueras, Tarentina ciuitas, quaesisti: nam dum horridae uirtutis in se ipsum conixum stabilimentum nitore fortunae praesentis inflata fastidiose aestimas, in praeualidum imperii nostri mucronem caeca et amens inruisti.

6. Sed ut a luxu perditis moribus ad seuerissima maiorum instituta transgrediar, antea senatus adsiduam stationem eo loci peragebat, qui hodieque senaculum appellatur: nec expectabat ut edicto contraheretur, sed inde citatus protinus in curiam ueniebat, ambiguae laudis ciuem existimans, qui debitis rei publicae officiis non sua sponte, sed iussus fungeretur, quia quidquid imperio cogitur exigenti magis quam praestanti acceptum refertur.

7. Illud quoque memoria repetendum est, quod tribunis pl. intrare curiam non licebat, ante ualuas autem positis subselliis decreta patrum attentissima

1 relatisq. fabi *L et* (*corr.* fabii) *A* ‖ 3 repetendas *L*², petendas *LA* ‖ com *L*¹ ‖ grauissima sibi *L*¹*A*¹ ‖ 7 his *LA Par.*, iis *Halm* ‖ quaesti *LA*¹ ‖ 8 eloquerentur *A*² *e Par.* ‖ insitusq. *codd. Campens. et Gemblacens.* (?) *Pighii*, intusq. *LA*¹, intimusq. *A*², in intimisq. *margo A* ‖ 9 dolere *L*¹ ‖ 11 ad inuidiam] *add.* usq: *margo A* ‖ 13 conixum *Guyetus et Maduig II 317*, conuexum *LA Halm* ‖ 14 nitorē *LA*¹ ‖ 19 peragebant *LA* ‖ 22 existumans *Par.* ‖ 23 ius|sus (*litt.* sus *in fine uersus m. 2*) *A* ‖ fungeretur *L*² *et in ras. A,* fugaretur *L*¹ ‖ 24 quicquid *LA* ‖ 27 tribunis pl.] t. r. p. l. *A* ‖ Ateualuas *A*¹ ‖ 28 subseliis *L*¹*A*¹, *ut in cod. Vatic. Cic. Phil. II 2, 19 et saepius*

cura examinabant, ut, si qua ex eis improbassent, rata esse non sinerent. itaque ueteribus senatus consultis C littera subscribi solebat, eaque nota significabatur illa tribunos quoque censuisse. qui, quamuis pro commodis plebis excubabant inque imperiis conpescendis occupati erant, instrui tamen ea argenteis uasis et anulis aureis publice praebitis patiebantur, quo talium rerum usu auctoritas magistratuum esset ornatior.

8. Quorum quemadmodum maiestas amplificabatur, ita abstinentia artissime constringebatur: immolatarum enim ab his hostiarum exta ad quaestores aerarii delata uenibant, sacrificiisque populi Romani cum deorum immortalium cultus tum etiam hominum continentia inerat, imperatoribus nostris quam sanctas manus habere deberent apud ista altaria discentibus: continentiaeque tantum tribuebatur, ut multorum aes alienum, quia prouincias sincere administrauerant, a senatu persolutum sit: nam quorum opera publicam auctoritatem splendorem suum procul obtinuisse uiderant, eorum dignitatem domi conlabi indignum sibique deforme esse arbitrabantur.

9. Equestris uero ordinis iuuentus omnibus annis bis urbem spectaculo sui sub magnis auctoribus celebrabat: Lupercalium enim mos a Romulo et Remo inchoatus est tunc, cum laetitia exultantes, quod

1 senatus consultis] s̃. c. *L Par. et in ras. A* ‖ 3 C. *in ras. A e Par., om. L,* T *dett. Halm, at uid. Mommsen in act. acad. Lips. 1858 p. 90 et Huebner, in Fleckeis. ann. supplem. III p. 584* ‖ eaquae A^1 *et ut uid.* L^1 ‖ 6 capescendis (*litt.* cap. *in ras.*) *A* ‖ e*rant *L* ‖ 8 quo *dett. pauci*, quod *L A Halm, at u. II 1, 5; 1, 10; 2, 2; 6, 16. cf. N. Q. p. 26* ‖ usu* (m *uid. eras.*) *L A* ‖ 10 magestas A^1 ‖ 11 constringebantur *Par.* ‖ 12 ab iis *Halm, add.* I. P. a magistratibus *margo A e Par.* ‖ questores *L* ‖ 13 aerarios *margo A Par.* ‖ ueniebant *L A Par.*, uaeniebant *coni. Lipsius. cf. tamen Haasium ad Reisig. schol. l. p. 226, Neue, Formenl. II 347* ‖ 19 senatu] *post h. u. rasura 10—11 litt. L* ‖ 20 publica auctoritate LA^1 ‖ 21 domi (*sed* i *in litura*) *A* ‖ 22 deformę *A* ‖ 24 celebrabant *Par., add.* die lupercalium et equitum probatione (*cum uar. lect.* prolatione) *margo A e Par.*

his auus Numitor rex Albanorum eo loco, ubi educati erant, urbem condere permiserat sub monte Palatino, hortatu Faustuli educatoris sui, quem Euander Arcas consecrauerat, facto sacrificio caesisque capris epularum hilaritate ac uino largiore prouecti, diuisa pastorali turba, cincti obuios pellibus immolatarum hostiarum iocantes petiuerunt. cuius hilaritatis memoria annuo circuitu feriarum repetitur. trabeatos uero equites idibus Iuliis Q. Fabius transuehi instituit. idem censor cum P. Decio seditionis finiendae gratia, quam comitia in humillimi cuiusque potestatem redacta accenderant, omnem forensem turbam in quattuor tantummodo tribus discripsit easque urbanas appellauit. quo tam salubri facto uir alioquin bellicis operibus excellens Maximus cognominatus est.

III. 1. Laudanda etiam populi uerecundia est, qui inpigre se laboribus et periculis militiae offerendo dabat operam ne imperatoribus capite censos sacramento rogare esset necesse, quorum nimia inopia suspecta erat, ideoque his publica arma non committebant. sed hanc diutina usurpatione formatam consuetudinem C. Marius capite censum legendo militem abrupit, ciuis alioqui magnificus, sed noui-

1 his *L A*, iis *Halm* ‖ 3 hortatu — sui *inclusit Halm cum Torrenio*, *post* Remo *collocanda cens. Blaum p. 33*, *post* consecrauerat *I. Fr. Gronouius*, *obseru. IIII 18*, *quod probat Gertz p. 265*, *mihi post* educati erant, *ponenda uidentur* ‖ 4 Arcas *Gronouius l. c.*, argis *L A* ‖ 5 aepularum *A*¹ ‖ 6 obuios *B et corr.* obuias *L*, o*ui*s *C*, ouinis *margo L*, *post* iocantes *in ras. m. 3 A*, *transponunt* obuios *post* iocantes *uett. edd.*, obuios cincti *recte, ni fallor, coni. Torrenius*, obuios cincti ouinis *B. Keil* ‖ 7 hostiaru *A* ‖ iocantes *in ras. A* ‖ petiuerunt *B C*, metiuerunt *L*, gestierunt *in ras. m. 2 A* ‖ 9 iulj (*sic*) *A* ‖ transuegi *A*¹ ‖ 11 quam *Par.*, quia *L A* ‖ 12 accendebant *Par.* ‖ 13 descripsit *L A Par. em. Eberhard, Herm. VIII 101*, *et Gertz** ‖ 14 adpellauit *Par.* ‖ 15 alioqui in *L*¹ *A* ‖ 18 se* *L* ‖ 19 opera ne inperatorib; *A* ‖ censos (*extrem. litt. in ras.*) *L*, censor *A*¹ ‖ 21 committebantur *edd. nonnullae uett. recte, ni fallor* ‖ 22 firmatam *A*² *Halm*, *at u. Cic. acad. I 5. 20* ‖ 23 legendo (*sed* o *m. 2 ex* ū *corr. uid.*) *L A*

tatis suae conscientia uetustati non sane propitius memorque, si militaria signa humilitatem spernere perseuerarent, se a maligno uirtutum interprete uelut capite censum imperatorem conpellari posse. itaque fastidiosum dilectus genus in exercitibus Romanis oblitterandum duxit, ne talis notae contagio ad ipsius quoque gloriae subgillationem penetraret.

2. Armorum tractandorum meditatio a P. Rutilio consule Cn. Malli collega militibus est tradita: is enim nullius ante se imperatoris exemplum secutus ex ludo C. Aureli Scauri doctoribus gladiatorum arcessitis uitandi atque inferendi ictus subtiliorem rationem legi*oni*bus ingenerauit uirtutemque arti et rursus artem uirtuti miscuit, ut illa impetu huius fortior, haec illius scientia cautior fieret.

3. Velitum usus eo bello primum repertus est, quo Capuam Fuluius Flaccus imperator obsèdit: nam cum equitatui Campanorum crebris excursionibus equites nostri, quia numero pauciores erant, resistere non possent, Q. Nauius centurio e peditibus lectos expediti corporis breuibus et incuruis septenis armatos hastis, paruo tegumine munitos, ueloci saltu iungere se equitantibus et rursus celeri motu delabi instituit, quo facilius equestri proelio subiecti pedites uiros pariter atque equos hostium telis incesse-

2 militar;a signa, *Lipsius*, *sic uictricia arma pro uictoribus I 1, 1* militaris ignauia *LA Halm*, *add.* militaria *margo A*, militis originis ingenuae (*coll. VII 6, 1*) *Wensky p. 3. possis etiam suspicari* militaria signa ut ignauã ‖ 3 perseueraret *L² A² Halm* ‖ uelud *A¹* ‖ 5 delectus *L² A²* ‖ 6 duxi *LA* ‖ 9 Cn.] c. n. *A* ‖ mallii *L²*, manlio *A² e Par.* ‖ 11 aurelii *Par.* ‖ scaura *L* ‖ 12 uitandis *A¹* ‖ ictus] *add.* I. P. iactus *margo A e Par.* ‖ 13 legionibus *e codd. quibusdam (?) Pighius*, legibus *L A Par.*, *quod ascripto Iuuen. sat. 11, 8 tuetur Torrenius* ‖ 16 uellitium *A¹ et* (*eras. priore* l) *L* ‖ 18 campano *Par.* ‖ excursationibus *A et* (*corr. ex* excursationi) *L*, *quod emendaui e Par.* ‖ 20 expeditibus *L* ‖ 21 septenos *L¹ A¹* ‖ 22 tegumine *L et* u *punctat. A*, tegimine (*corr. e* tegumine) *Par.* ‖ 23 celebri *L¹ A¹* ‖ delabi *Par.*, dilabi *L A Halm*, *at u. Liu. XXVI 4, 5 et 7* desilire — desiliunt ‖ 24 subiecit *A¹ et corr. in mrg. L¹* ‖ 25 uiros (*corr. e* uero) *A²*

rent, eaque nouitas pugnae unicum Campanae perfidiae debilitauit auxilium, ideoque auctori eius Nauio honos a duce est habitus.

IIII. 1. Proximus *a* militaribus institutis ad urbana castra, id est theatra, gradus faciendus est, quoniam haec quoque saepe numero animosas acies instruxerunt excogitataque cultus deorum et hominum delectationis causa non sine aliquo pacis rubore uoluptatem et religionem ciuili sanguine scaenicorum portentorum gratia macularunt.

2. Quae inchoata quidem sunt a Messala et Cassio censoribus. ceterum auctore P. Scipione Nasica omnem apparatum operis eorum subiectum hastae uenire placuit, atque etiam senatus consulto cautum est ne quis in urbe propiusue passus mille subsellia posuisse sedensue ludos spectare uellet, ut scilicet remissioni animorum * standi uirilitas propria Romanae gentis nota esset.

3. Per quingentos autem et quinquaginta et octo annos senatus populo mixtus spectaculo ludorum interfuit. sed hunc morem Atilius Serranus et L. Scribonius aediles ludos Matri deum facientes, posterioris Africani sententiam secuti discretis senatus et populi locis soluerunt, eaque res auertit uulgi animum et fauorem Scipionis magnopere quassauit.

2 naeuio *LA* ‖ 3 a duce *Lipsius*, adhuc *LA* ‖ 4 a *om. AL, add. Halm coll. III 2, 4; V 10 ext. 2, poterat similius exempl. ascribere II 1, 5. cf. tamen N. Q. p. 13* ‖ 6 sepe (*sic semper*) *L* ‖ 8 robore *L*[1] ‖ 9 uoluntatem *L et ut uid. A*[1] ‖ scenicorum *A, ut nos L* ‖ 11 messala *LA*, *sic semper, ut in C. I. L. I 612;* messalla *Par.*[1] *Halm* ‖ 13 apparatū (*corr. e* tā) *L* ‖ 15 est] fuit *Par.* ‖ propius *Par.* ‖ passos *LA* ‖ 16 sedens uelludos *A*[1] ‖ 17 animorum] *add.* iuncta *A*[2] *et sane id ipsum uel* coniuncta *supplendum uid. e Par.*; ut scilicet remissioni animorum standi uirilitas coniungeretur ‖ 18 nota *LA*, iuncta *Halm, at u. N. Q. p. 17. cf. VIII 11 ext. 3* (propriam dei notam), *librorum scripturam non recte defendit Foertsch II 14. cf. etiam Wensky p. 3* ‖ 19 et *utroq. loco eras. A*, DVIIII (*sed* D *in ras. Par.*) ‖ 21 *an* A. Atilius? *cf. Unger in Philol. suppl. III 2 p. 76* ‖ 22 aedileş *A* ‖ 24 eaquae *A*[1]

4. Nunc causam instituendorum ludorum ab origine sua repetam. C. Sulpico Petico C. Licinio Stolone consulibus intoleranda uis ortae pestilentiae ciuitatem nostram a bellicis operibus reuocatam domestici atque intestini mali cura adflixerat, iamque plus in exquisito et nouo cultu religionis quam in ullo humano consilio positum opis uidebatur. itaque placandi caelestis numinis gratia conpositis carminibus uacuas aures praebuit ad id tempus circensi spectaculo contenta, quod primus Romulus raptis uirginibus Sabinis Consualium nomine celebrauit. uerum, ut est mos hominum paruula initia pertinaci studio prosequendi, uenerabilibus erga deos uerbis iuuentus rudi atque inconposito motu corporum iocabunda gestus adiecit, eaque res ludium ex Etruria arcessendi causam dedit. cuius decora pernicitas uetusto ex more Curetum Lydorumque, a quibus Tusci originem traxerunt, nouitate grata Romanorum oculos permulsit, et quia ludius apud eos hister appellabatur, scaenico nomen histrionis inditum est. paulatim deinde ludicra ars ad saturarum modos perrepsit, a quibus primus omnium poeta Liuius ad fabularum argumenta spectantium animos transtulit, isque sui operis actor, cum saepius a populo reuocatus uocem obtudisset, adhibito pueri ac tibicinis concentu gesticulationem tacitus peregit. atellani autem ab Oscis acciti sunt. quod genus delectationis Italica seueritate temperatum ideoque uacuum nota est: nam neque tribu mouetur *actor* nec a militaribus stipendiis repellitur.

2 C. sulpicio (C *in ras.*) *A*, g. sulp. *L* ‖ be&tico *L*, betico* *A*, *add.* u. petic; (*sic*) *margo A e Par. ut in fast. cons. a. u. 393 et Liu. VII 22, 3* ‖ g. licinio *L*, licinio *A*[1], l. licinio *A*[2] *Par.* ‖ stolonę coñs** *A* ‖ 4 bellicis (*Γ*), bellicosis *LA* ‖ 16 arcersendi *LA* ‖ pernicitas *BC et margo L*, pertinacitas *LA* ‖ 17 cum retum *A*[1] ‖ 19 hister *Pighius. cf. Liu. VII 2, 6;* histrio *LA Halm* ‖ 20 schenico nom̃ strionis *LA* ‖ 23 trastulit *L* ‖ 24 auctor *L*[2] ‖ 25 tibicines *L*[1]*A*[1] ‖ 29 tribum *L*[1]*A*[1] ‖ actor *recepi Gertzium p. 265 secutus. cf. Liu. VII 2, 12, om. LA Halm*

5. Et quia ceteri ludi ipsis appellationibus unde trahantur apparet, non absurdum uidetur saecularibus initium suum, cuius [generis] minus trita notitia est, reddere. Cum ingenti pestilentia urbs agrique uastarentur, Valesius uir locuples rusticae uitae duobus filiis et filia ad desperationem usque medicorum laborantibus aquam calidam iis a foco petens, genibus nixus lares familiares ut puerorum periculum in ipsius caput transferrent orauit. orta deinde uox est, habiturum eos saluos, si continuo flumine Tiberi deuectos Tarentum portasset ibique ex Ditis patris et Proserpinae ara petita aqua recreasset. eo praedicto magnopere confusus, quod et longa et periculosa nauigatio imperabatur, spe tamen dubia praesentem metum uincente pueros ad ripam Tiberis protinus detulit — habitabat enim in uilla sua propter uicum Sabinae regionis Eretum — ac luntre Ostiam petens nocte concubia ad Martium campum appulit, sitientibusque aegris succurrere cupiens, igne in nauigio non suppetente ex gubernatore cognouit haud procul apparere fumum, et ab eo iussus egredi Tarentum — id nomen ei loco est — cupide adrepto calice aquam flumine haustam eo, unde fumus erat obortus, iam laetior pertulit, diuinitus dati remedii quasi uestigia quaedam in propinquo nanctum se existimans, inque solo magis fumante quam ullas ignis habente reliquias, dum tenacius omen adprehendit, contractis leuibus et quae fors obtulerat nu-

3 generis *del. Gertz**, originis *ipse temptaram* ‖ 5 ualesius (*sed prior* u *punctat.*) *L* ‖ 6 filiam *A* ‖ 7 is LA^1, eis A^2 *Par.* ‖ 10 eos saluos *LA*, eum saluos filios *Par.*, *add.* I. P. habiturum eum filios. s. *margo A*, *quod recepit Halm*; eum saluos *Gertz** ‖ 11 portassent L^1A^1 ‖ 12 aqua] *add.* eos *Par.* ‖ 15 metũ L^2, metũ* *A* ‖ 16 habitabant L^1 ‖ sua *spurium uid. Colero*, sita *coni. Halm recte, ni fallor* ‖ 17 fretum *LA*, *em. M. Antonius Sabellicus* ‖ ac lintre A^2 *et margo L*, ad untre *L*, lyntre *Par.* ‖ 20 suppe*tente (t *eras.*) *L* ‖ cognoscit *L A*, *emendaui e Par.* ‖ 22 adrepta *A* ‖ 24 dari L^1A, clari L^2 ‖ 25 nactum L^2A *Halm*, *cf. IIII 4, 6* ‖ 27 habentem L^1A^1 ‖ tenacivs (*sed* v *ex* a *uid. corr.*) *A*

trimentis pertinaci spiritu flammam euocauit calefactamque aquam pueris bibendam dedit. qua potata salutari quiete sopiti diutina ui morbi repente sunt liberati patrique indicauerunt uidisse se in somnis a nescio quo deorum spongea corpora sua pertergeri et praecipi ut ad Ditis patris *et* Proserpinae aram, a qua potio ipsis fuerat adlata, furuae hostiae immolarentur lectisterniaque *ac* ludi nocturni fierent. is, quod eo loci nullam aram uiderat, desiderari credens ut a se constitueretur, aram empturus in urbem perrexit relictis qui fundamentorum constituendorum gratia terram ad solidum foderent. hi domini imperium exequentes, cum ad XX pedum altitudinem humo egesta peruenissent, animaduerterunt aram Diti patri Proserpinaeque inscriptam. hoc postquam Valesius nuntiante seruo accepit, omisso emendae arae proposito hostias nigras, quae antiquitus furuae dicebantur, Tarenti immolauit ludosque et lectisternia continuis tribus noctibus, quia totidem filii periculo liberati erant, fecit. cuius exemplum Valerius Publicola, qui primus consul fuit, studio succurrendi ciuibus secutus apud eandem aram publice nuncupatis uotis caesisque atris bubus, Diti maribus, feminis Proserpinae, lectisternioque ac ludis trinoctio factis aram terra, ut ante fuerat, obruit.

6. Religionem ludorum crescentibus opibus secuta lautitia est. eius instinctu Q. Catulus Campanam

1 euocauit *Torrenius*, euomuit *LA*, emouit *Pighius*, elicuit *Foertsch I 9* || 2 *qua *L* || pota *A*[2] *Par.* || 5 spongia *L* || 6 praecepi *L*[1]*A*[1] || et *om. LA*[1], *supplet A*[2] *e Par.* || 7 patio *L*[1] || fuerat] erat *Par.* || furuae] *add.* I. P. purae h. *margo A e Par.* || 8 lectisterniaq. *LA*, sellisternia *margo A e Par.* || ac *Par.*, *om. LA*, et *Gertz** || 10 aram *mihi suspect.* || empturus (emp. *in ras.*) *L* || 13 exsequentes *Halm* || ad X pedum *Lipsius*, *nescio an recte* || 15 proserpinae quem *L*[1]*A*[1] || 18 sellisternia *Par.* || 21 poblicola *Par.*, *add.* bruti collegae (*sic*) *margo A e Par.* || primus (pri *s. l.*) *L* || studium *Par. A*[2] || 23 bobus *L*[2] || 25 terra* *A* || 26 secuta *in ras. A*, securata *L*[1] || 27 lautitia *L*, laetitia (*litt.* laeti *in ras.*) *A* || q* catulus *A*, quae catulus *L*[1]

imitatus luxuriam primus spectantium consessum uelorum umbraculis texit. Cn. Pompeius ante omnes aquae per semitas decursu aestiuum minuit feruorem. Claudius Pulcher scaenam uarietate colorum adumbrauit uacuis ante pictura tabulis extentam. quam totam argento C. Antonius, auro Petreius, ebore Q. Catulus praetexuit. uersatilem fecerunt Luculli, argentatis choragiis P. Lentulus Spinther adornauit. translatum antea poenicis indutum tunicis M. Scaurus exquisito genere uestis cultum induxit. 7. nam gladiatorium munus primum Romae datum est in foro boario App. Claudio Q. Fuluio consulibus. dederunt Marcus et Decimus filii Bruti *Perae* funebri memoria patris cineres honorando. athletarum certamen a M. Scauri tractum est munificentia.

V. 1. Statuam auratam nec in urbe nec in ulla parte Italiae quisquam prius aspexit quam a. M'. Acilio Glabrione equestris patri poneretur in aede Pietatis. eam autem aedem P. Cornelio Lentulo M. Baebio Tamphilo consulibus ipse dedicauerat compos uoti factus rege Antiocho apud Thermopylas superato.

1 luxoriam *LA*¹ ‖ 2 gneius *L*, gneus *A* ‖ oms̄ aquae *in ras. A*, omnes aq; (*supr.* q. *add.* ue) *L* ‖ 4 Claudius] .cl. *LA*, *suspicor Val. scripsisse* C. Claudius. *cf. Cic. de off. II 16, 57, in Verr. IIII 3, 6 et 59, 133* ‖ uarietate∗ *A* ‖ 5 picturam *LA* ‖ extentis (*sed* is *in ras. A*) ‖ 6 preteius *A*, *excidit fort. praenominis nota* ‖ 7 aebore (b *in ras.*) *L*, euore *A*¹ ‖ ·q· *in ras. A*, q; *L* ‖ 8 luculi *L*¹, lucuni *A*, *em. Sigonius* ‖ spinter *L* ‖ 9 translatum] *cf. Foertsch III 8* ‖ poeniceis *cod. Atrebat. Pighii*, pheniceis *E; at cf. II 6, 2 et Lachm. ad Lucret. p. 123* ‖ 12 datũ|ẽ (ẽ *extra uersum, sed m. 1 script. uid.*) *A*, *habet* est *L Par.*, *sed om. dett. multi* ‖ 13 derunt — funebri *in ras. A e Par.* ‖ 14 Perae *linea subduct. Par., om. L et dett. mei omn.* ‖ funeri *margo A ut Par.*¹, funeris *mauult Gertz**, *ut nos L* ‖ cineris *A*¹ ‖ 15 athletarum (*litt.* ta *in ras.*) *A*, atletarum *Par.*² ‖ 17 inauratam *A*² *e Par.*, *at u. Liu. XXXX 34, 5 et Val. VIII 15 ext. 2, ubi idem Par.* inauratas *substituit* ‖ 18 m. acilio *LA*, *quod correxi*, manlio acilio *margo A e Par.* ‖ 19 *litt.* etur in aede piet *in ras. A* ‖ 20 aedē *L*¹ *et* (ae *corr.*, *ut uid.*, *ex* ea) *A* ‖ 21 pamphilo *LA*, *em. Torrenius*, *cf. I 1, 12* ‖ 22 anthioco *L*

2. Ius ciuile per multa saecula inter sacra caerimoniasque deorum inmortalium abditum solisque pontificibus notum Cn. Flauius libertino patre genitus et scriba, cum ingenti nobilitatis indignatione factus aedilis curulis, uulgauit ac fastos paene toto foro exposuit. qui, cum ad uisendum aegrum collegam suum ueniret neque a nobilibus, quorum frequentia cubiculum erat completum, sedendi loco reciperetur, sellam curulem adferri iussit et in ea honoris pariter atque contemptus sui uindex consedit.

3. Veneficii quaestio et moribus et legibus Romanis ignota conplurium matronarum patefacto scelere orta est. quae, cum uiros suos clandestinis insidiis ueneno perimerent, unius ancillae indicio protractae, pars capitali iudicio damnatae C et septuaginta numerum expleuerunt.

4. Tibicinum quoque collegium solet in foro uulgi oculos in se conuertere, cum inter publicas priuatasque serias actiones personis tecto capite uariaque ueste uelatum concentus edit. inde tracta licentia. quondam uetiti in aede Iouis, quod prisco more factitauerant, uesci Tibur irati se contulerunt. quorum ministerio senatus deserta sacra non aequo animo ferens per legatos a Tiburtibus petiit ut eos gratia sua Romanis templis restituerent. quos illi in proposito perseuerantes interposita festae epulationis simulatione mero somnoque sopitos plaustris in urbem deuehendos curauerunt. quibus et honos pri-

4 et *L A*, ex *Wensky 1884 p. 781. probabiliter, u. tamen Plin. n. h. XXXIII 1, 6, 17* || 5 edilis *A*, edulis L^1 || fastos *A et* s *ante* t *in ras. L*, fastus *margo A e Par.* || pene *LA* || *immo* totos *Halm*, circa forum *Liu. VIIII, 46, 5* || 7 uenisset *Halm e Par. et Nep., at u. Busch p. 5* || 15 capitali* *LA* || damnata A^2 || 19 serias *Par. et prima litt. in ras. A*, ferias *L et dett.* || 20 uelatũ (*sed* ũ *in ras.*) *A*, uelatis *L et dett.* || concentus edidit (*corr. e* concentu** dedit) A^2, concentu se dedit *L*, *add.* edit *margo A e Par.* || 24 p* legatos a tiburtib; (*sed* p *ante l. et litt.* os a t *in ras.*) *A*, a legatis per tiburtib; (*sed* b; *s. l.*) *L* || petit *L A Par.* || 26 ępulationis A^4 || 27 sopitus A^1 || 28 urbę *A* || de*ue*|hendos (ue *in ras.*) *A* || pristinus (*sed* ristinus *extra uers. m. 2*) *A*

stinus restitutus et huiusce lusus ius est datum. personarum usus pudorem circumuentae temulentiae causam habet.

5. Fuit etiam illa simplicitas antiquorum in cibo capiendo humanitatis simul et continentiae certissima index: nam maximis uiris prandere et cenare in propatulo uerecundiae non erat. nec sane ullas epulas habebant, quas populi oculis subicere erubescerent. erant adeo continentiae adtenti, ut frequentior apud eos pultis usus quam panis esset, ideoque in sacrificiis mola quae uocatur ex farre et sale constat. exta farre sparguntur et pullis, quibus auspicia petuntur, puls obicitur. primitiis enim et libamentis uictus sui deos eo efficacius quo simplicius placabant.

6. Et ceteros quidem ad benefaciendum uenerabantur, Febrem autem ad minus nocendum templis colebant, quorum adhuc unum in Palatio, alterum in area Marianorum monumentorum, tertium in summa parte uici longi extat, in eaque remedia, quae corporibus aegrorum adnexa fuerant, deferebantur. haec ad humanae mentis aestus leniendos cum aliqua usus ratione excogitata. ceterum salubritatem suam industriae certissimo ac fidelissimo munimento tuebantur, bonaeque ualitudinis eorum quasi quaedam mater erat frugalitas, inimica luxuriosis epulis et aliena nimiae uini abundantiae et ab inmoderato ueneris usu auersa.

VI. 1. Idem sensit proxi*ma* maiorum nostorum

2 circumuentę (tę *in ras.*) *L* ‖ 3 u. habent *margo A e Par.* ‖ 8 *epulas (a *eras. uid.*) *A* ‖ 9 continentiae *E*, continenter *LA* ‖ frequenter A^1, *ut nos* LA^2 ‖ 11 uocabatur *LA*, *em. Guyetus et Lipsius* ‖ 13 primitiis *margo A*, *et sic legend. esse uidit Gertz p. 265 coll. A. Gell. praef. 13*, primitus *LA Halm* ‖ et *LA*, ex *dett. Halm* ‖ 16 quidem (*litt.* qui *in ras.*) *A* ‖ beneficiendum A^1 ‖ 17 fabrem *uel* faebrem A^1 ‖ 19 marinorum *A* ‖ 24 munimento *L et Pighius*, monumento *A* ‖ 26 fragilitas A^1 ‖ aepulis *L et ut uid.* A^1 ‖ 29 proxi maiorum L^1A^1

grauitati Spartana ciuitas, quae seuerissimis Lycurgi legibus obtemperans aliquamdiu ciuium suorum oculos a contemplanda Asia retraxit, ne inlecebris eius capti ad delicatius uitae genus prolaberentur: audierant enim inde lautitiam et inmodicos sumptus et omnia non necessariae uoluptatis genera fluxisse, primosque Ionas unguenti coronarumque in conuiuio dandarum et secundae mensae ponendae consuetudinem haud parua luxuriae inritamenta repperisse. ac minime mirum est quod homines labore ac patientia gaudentes tenacissimos patriae neruos externarum deliciarum contagione solui et hebetari noluerunt, cum aliquanto faciliorem uirtutis ad luxuriam quam luxuriae ad uirtutem transitum uiderent. quod eos non frustra timuisse dux ipsorum Pausanias patefecit, qui maximis operibus editis, ut primum se Asiae moribus permisit, fortitudinem suam effeminato eius cultu mollire non erubuit.

2. Eiusdem ciuitatis exercitus non ante ad dimicandum descendere solebant quam tibiae concentu et anapaesti pedis modulo cohortationis calorem animo traxissent, uegeto et crebro ictus sono strenue hostem inuadere admoniti. idem ad dissimulandum et occultandum uulnerum suorum cruorem punicis in proelio tunicis utebantur, non ne ipsis aspectus eorum terrorem, sed ne hostibus fiduciae aliquid adferret.

3. Egregios uirtutis bellicae spiritus Lacedaemoniorum prudentissimi pacis moribus Athenienses subsecuntur, apud quos inertia e latebris suis languore marcens in forum perinde ac delictum ali-

1 grau**|tati *L*, grauitatis A^1 ‖ lygurgi *A* ‖ 2 aliquam diu (*sic h. l.*) *A* ‖ 5 laetitiam *LA*, *em. in dett. aliquot* ‖ sumptos A^1 ‖ 7 ionas (*corr. e* romas) *L*, i.o.nas *A* ‖ 9 inrimenta A^1 ‖ 11 neruos *om. A*, *add. m. 2 margo A* ‖ 13 luxoriam quã luxoriae $L^1 A^1$ ‖ 20 solebat *LA* ‖ 21 anapesti *A* ‖ pedes $L^1 A^1$ ‖ 22 strenuę A^1 ‖ 25 puniceis A^2 *Par.* ‖ 26 earum *LA* ‖ 29 prudentissimis A^2 ‖ subsequuntur LA^2 ‖ 30 inaertiae (inertiae *L*) latebris LA^1

quod protrahitur fitque ut *non* facinorosae, ita erubescendae rea culpae.

4. Eiusdem urbis et sanctissimum consilium Areios pagus quid quisque Atheniensium ageret aut quonam quaestu sustentaretur diligentissime inquirere solebat, ut homines honestatem, uitae rationem memores reddendam esse, sequerentur.

5. Eadem bonos ciues corona decorandi prima consuetudinem introduxit, duobus oleae conexis ramulis clarum Periclis cingendo caput, probabile institutum, si rem siue personam intueri uelis: nam et uirtutis uberrimum alimentum est honos et Pericles dignus a quo talis muneris dandi potestas potissimum initium caperet.

6. Age, quid illud institutum Athenarum, quam memorabile, quod conuictus a patrono libertus ingratus iure libertatis exuitur! 'supersedeo te' inquit 'habere ciuem tanti muneris impium aestimatorem nec adduci possum ut credam urbi utilem quem domui scelestum cerno. abi igitur et esto seruus, quoniam liber esse nescisti'.

7. Idem Massilienses quoque ad hoc tempus usurpant, disciplinae grauitate, prisci moris obseruantia, caritate populi Romani praecipue conspicui. qui tres in eodem manumissiones rescindere permittunt, si ter ab eo[dem] deceptum dominum cognouerunt.

1 non *Perizonius*, *om.* *LA* ‖ 3 et LA^1, est A^2, *fort.* uel *Halm. an* ⟨uetustissimum⟩ et? *nos*, et ⟨antiquissimum (*uel* summum)⟩ et *Gertz** ‖ concilium arrio pagus A^2 ‖ 4 pagus. ⟨Qui⟩ quid *Novak Listy XI 2* ‖ 6 honestate *L* ‖ 8 bonum ciuem *Par.* ‖ primo *LA*, *em. Haase ad Reisig. Vorles. p. 181. an* primum? *Halm* ‖ 9 indux. *Par.* ‖ 10 cingento LA^1, cingentes, *ut uid.*, *corr.* *L* ‖ 11 siue rem A^2 *Halm*, *at u. N. Q. p. 25* ‖ 12 periclis L^1A^1 ‖ 13 muneri L^1A^1, muneris (*corr.* munera) A^2 ‖ potestatis *L et* (tis *in ras.*) *A*, posteritatis *margo L*, posteritas *dett. nonnulli* ‖ 14 caperetur *LA* ‖ 16 ingratus *sine litura A* ‖ 17 exsuitur *Par.*[1] ‖ supersideo L^2A^2 ‖ 19 domuis (*et in mrg. corr.* dominis) *L*, domui* *A* ‖ 20 scelestem A^1 ‖ 22 Idem — grauitate *Gertz p. 266*, Inde — grauitatem *LA Halm* ‖ 23 morib; LA^1 ‖ 26 ab eodem *LA*, *emendaui e Par.* ‖ cognouer*int L^2

quarto errori subueniendum non putant, quia sua iam culpa iniuriam accepit, qui ei se totiens obiecit.

Eadem ciuitas seueritatis custos acerrima est, nullum aditum in scaenam mimis dando, quorum argumenta maiore ex parte stuprorum continent actus, ne talia spectandi consuetudo etiam imitandi licentiam sumat. omnibus autem, qui per aliquam religionis simulationem alimenta inertiae quaerunt, clausas portas habet, [et] mendacem et fucosam superstitionem submouendam esse existimans. ceterum a condita urbe gladius est ibi, quo noxii iugulantur, rubigine quidem exesus et uix sufficiens ministerio, sed index in minimis quoque rebus omnia antiquae consuetudinis monumenta seruantium.

Duae etiam ante portas eorum arcae iacent, altera qua liberorum, altera qua seruorum corpora ad sepulturae locum plaustro deuehuntur sine lamentatione, sine planctu. luctus funeris die domestico sacrificio adhibitoque necessariorum conuiuio finitur: etenim quid adtinet aut humano dolori indulgeri aut diuino numini inuidiam fieri, quod inmortalitatem suam nobiscum partiri noluerit?

Venenum cicuta temperatum in ea ciuitate publice custoditur, quod datur ei, qui causas sescentis — id enim senatus eius nomen est — exhibuit, propter quas mors sit illi expetenda, cognitione uirili beni-

1 terrori L^1A^1 ‖ 2 *an* accipit? ‖ toties LA^1 ‖ 4 schenam imis A^1, scena imis L^1, scena mimis L^2A^2, scęnam (*corr.* schęnam) mimis *Par.* ‖ 5 argumento L^1A^1 ‖ stuprosos *Par.* ‖ 7 licentiam insinuet *Gertz** ‖ 8 inęrtiae *A* ‖ quaesunt L^1 ‖ 9 portas***|habet et *LA*, *em. Stanger* ‖ 10 submodendam *A* ‖ caeterum *LA* ‖ 12 rubiginem L^1A^1 ‖ 14 monumenta *Par.*, momenta *LA* ‖ seruantium *L et* tium *in ras. m. 2 A e Par.*, seruanda *dett. mei omn.* ‖ 16 una qua seruorum ad — deuehuntur, altera qua liberorum sine *Par.* ‖ 18 dies *LA* ‖ 19 adhibito *in ras. A e Par. recte, ut uid.*, aditoque *L et dett.* ‖ necessariorum *in ras. A* ‖ 20 etenim quid attinet aut *in ras. A* ‖ attinet *Halm* ‖ aut (u *in ras.*, t *extra uers.*) *L* ‖ 23 e cicuta *Par.* ‖ *an* in eadem?, apud eosdem *Par.* ‖ publicę LA^1 ‖ 24 scentis *LA*, *add.* u. sescentis *margo A e Par.* ‖ 25 eius *om. Par.* ‖ exibuit LA^1 ‖ 26 mor sit L^1

uolentia temperata, quae neque egredi uita temere patitur et sapienter excedere cupienti celerem fati uiam praebet, ut uel aduersa uel prospera nimis usis fortuna — utraque enim finiendi spiritus, illa, ne perseueret, haec, ne destituat, rationem praebuerit — conprobato exitu terminetur.

8. Quam consuetudinem Massiliensium non in Gallia ortam, sed ex Graecia translatam inde existimo, quod illam etiam in insula Cea seruari animaduerti, quo tempore Asiam cum Sex. Pompeio petens Iulidem oppidum intraui: forte enim euenit ut tunc summae dignitatis ibi femina, sed ultimae iam senectutis, reddita ratione ciuibus cur excedere uita deberet, ueneno consumere se destinarit mortemque suam Pompei praesentia clariorem fieri magni aestimaret. nec preces eius uir ille, ut omnibus uirtutibus, ita humanitatis quoque laude instructissimus, aspernari sustinuit. uenit itaque ad eam facundissimoque sermone, qui ore eius quasi e beato quodam eloquentiae fonte manabat, ab incepto consilio diu nequicquam reuocare conatus ad ultimum propositum exequi passus est. quae nonagesimum annum transgressa cum summa et animi et corporis sinceritate lectulo, quantum dinoscere erat, cotidiana consuetudine cultius strato recubans et innixa cubito 'tibi quidem' inquit, 'Sex. Pompei, dii magis quos relinquo quam quos peto gratias referant, quod nec hortator uitae meae nec mortis spectator esse fasti-

3 usi* (s *in fin. eras.*) *A*, *add.* 3 casus est *margo A*, usi *L*, usus *Perizonius. mihi haec u. ualde suspecta est.* || 5 haene *A*[1] || 8 existimo *edd. uett.*, aestimo *LA* || 9 cea *L et dett. multi*, ce *A* || 11 Iulidem *nos*, iulide *LA*, iulida *dett. aliquot* || intrauit *LA* || 13 reddita (ta *in ras.*) *L* || 14 consu*-mere (m *eras.*) *LA* || destinarit *LA*, destinaret *dett.* || 16 aestimarit *A*[2] *Halm* || uirile *L*[1]*A* || 17 laude instructissimus (*litt.* e instruc *in ras.*) *A*, *quod recepi*, laudis instr. *L*[1], laudibus instr. *L*[2] *dett. Halm* || 20 emanabat *Halm coll. I 6 ext. 3, at u. V 1 ext. 2; VIII 2, 4 et N. Q. p. 13* || incoepto *A*[2] || 21 nequi*quam (c *eras.*) *AL* || 24 cotidiani *L*[1] *et* c *ex* qu (?) *corr. A*[1] || 26 quidem (i *in ras.*) *L* || ponpei *A* || 28 ortator (*sed prior* r *in ras.*) *L*[1]

disti. ceterum ipsa hilarem fortunae uultum semper experta, ne auiditate lucis tristem intueri cogar, reliquias spiritus mei prospero fine, duas filias et † uno nepotum gregem superstitem relictura permuto'. cohortata deinde ad concordiam suos distributo eis patrimonio et cultu suo sacrisque domesticis maiori filiae traditis poculum, in quo uenenum temperatum erat, constanti dextera arripuit. tum defusis Mercurio delibamentis et inuocato numine eius, ut se placido itinere in meliorem sedis infernae deduceret partem, cupido haustu mortiferam traxit' potionem ac sermone significans quasnam subinde partes corporis sui rigor occuparet, cum iam uisceribus eum et cordi imminere esset elocuta, filiarum manus ad supremum opprimendorum oculorum officium aduocauit. nostros autem, tametsi nouo spectaculo obstupefacti erant, suffusos tamen lacrimis dimisit.

9. Sed ut *ad* Massiliensium ciuitatem, unde in hoc deuerticulum excessi, reuertar, intrare oppidum eorum nulli cum telo licet, praestoque est qui id custodiae gratia acceptum exituro reddat, ut hospitia sua, quemadmodum aduenientibus humana sunt, ita ipsis quoque tuta sint.

10. Horum moenia egressis uetus ille mos Gallorum occurrit, quos memoria proditum est pecunias mutuas, quae his apud inferos redderentur, dare, quia persuasum habuerint animas hominum inmor-

2 auiditate∗ *A* ‖ 3 uno *LABC*, unum *DEΓ*, VII *e codd.? Pighius et Halm, qui* VIII *uel* VIIII *scrib. coni., delend. cens. Novak, suppl.* duas filias et ⟨ex iis et filio⟩ uno nep. greg. *Heller in Philol. 1868 p. 345* ‖ 4 relicturã A^1 ‖ permuto] *add.* permitto *margo L* ‖ 11 haustũ A^1, austũ L^1 ‖ 12 ∗ac *L* ‖ sermonẽ L^1A^1 ‖ 13 e∗um (i *eras.*) *A* ‖ 15 *litt.* mũ opprimdorũ *in ras. A*, comprimendorum *mauult Gertz** ‖ occultorum A^1 ‖ 18 ad *om. LA* ‖ 19 diuerticulum A^2 ‖ 20 qui id] quid A^1 ‖ 24 egressis *BE*, egressos *L et* (s *in fin. eras.*) *A*, egresso *DΓ*, egresso mihi *coni. Halm* ‖ 25 quo *C^2E Pighius* ‖ 26 mutas A^1 ‖ iis *Halm* ‖ dare *Γ*, datas *L et* (*incertum utrum* s *m. 1 an m. 2 sit*) A^1, datos A^2, dari solitos *e cod. Wincheliano Pighius*, dare solitos *Halm*, datare *Gertz**

tales esse. dicerem stultos, nisi idem bracati sensissent, quod palliatus Pythagoras credidit.

11. Auara et feneratoria Gallorum philosophia, alacris et fortis Cimbrorum et Celtiberorum, qui in acie gaudio exultabant tamquam gloriose et feliciter uita excessuri, lamentabantur in morbo quasi turpiter et miserabiliter perituri. Celtiberi etiam nefas esse ducebant proelio superesse, cum is occidisset, pro cuius salute spiritum deuouerant. laudanda utrorumque [populorum] animi praesentia, quod et patriae incolumitatem fortiter [tueri] et fidem amicitiae constanter praestandam arbitrabantur.

12. Thraciae uero illa natio merito sibi sapientiae laudem uindicauerit, quae natales hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebrans sine ullis doctorum praeceptis uerum condicionis nostrae habitum peruidit. remoueatur itaque naturalis omnium animalium dulcedo uitae, quae multa et facere et pati turpiter cogit, si ortu eius aliquanto felicior ac beatior finis reperietur.

13. Quocirca recte Lycii, cum his luctus incidit, muliebrem uestem induunt, ut deformitate cultus commoti maturius stultum proicere maerorem uelint.

14. Verum quid ego fortissimos hoc in genere prudentiae uiros laudem? respiciantur Indorum fe-

1 bracati] *add.* bracmani *margo* L ‖ sensissent *corr. e* sensissem A ‖ 2 palleatus $L^2 A^1$ ‖ phytagoras LA ‖ 4 cymbrorum L ‖ 7 nef**as (f *et* s *m. 2*) L ‖ 10 populorũ* A, populorumque L, *glossa uid. Halmio*, *ego inclusi* ‖ praestantia *Halm cum edd. uett.*, *at u. III 7, 5 et VI 8, 3* ‖ 11 incolomitatem $L^1 A^1$ ‖ tueri *delendum esse uiderunt Gertz p. 266, et Wensky p. 4*, *sine uncis Halm*, tuendam *Barthius* ‖ 13 Thracię *in ras.* A, Traciae L, *fort.* Thraecum *Halm* ‖ 15 ilaritate A^1 ‖ celebrans *margo L dett. uett.*, celebrat LA *dett. omn.*, celebrat. Sine *Torrenius* ‖ 16 conditionis A ‖ 19 si ortu *Perizonius*, si iam ortu *uereor ne non latine idem et Halm*, si ea mortua LA, siquidem iam ortu *Eberhard p. 161 coll. I 1, 12; 5, 7; 8, 2 et ext. 10; II, 7, 12; 10, 2* ‖ 20 re*perietur LA ‖ 21 eis *Par.*, iis *Halm* ‖ 23 commoniti L^2 ‖ proiicere L^1 ‖ 25 hindorum L

minae, quae, cum more patrio conplures eidem nuptae esse soleant, mortuo marito in certamen iudiciumque ueniunt, quam ex his maxime dilexerit. uictrix gaudio exultans deductaque a necessariis laetum prae *se* ferentibus uultum coniugis se flammis superiacit et cum eo tamquam felicissima crematur: superatae cum tristitia et maerore in uita remanent. protrahe in medium Cimbricam audaciam, adice Celtibericam fidem, iunge animosam Thraciae † potentiam sapientiam, adnecte Lyciorum in luctibus abiciendis callide quaesitam rationem, Indico tamen rogo nihil eorum praeferes, quem uxor*ia* pietas in modum genialis tori propinquae mortis secura conscendit.

15. Cui gloriae Punicarum feminarum, ut ex conparatione turpius appareat, dedecus subnectam: Siccae enim fanum est Veneris, in quod se matronae conferebant atque inde procedentes ad quaestum, dotis corporis iniuria contrahebant, honesta nimirum tam inhonesto uinculo coniugia iuncturae.

16. Nam Persarum admodum probabile institutum fuit, quod liberos suos non prius aspiciebant *quam* septimum annum inplessent, quo paruulorum amissionem aequiore animo sustinerent.

1 plures *Par.* ‖ idem A^1, *add.* I. P. uni *margo A* ‖ 3 eis *Par.*, iis *Halm* ‖ 4 prae se ferentibus *nos in Fleckeis. ann. 1886 p. 59. cf. I 8, 2; II 8, 7; IIII 5 in; VII, 8, 9*, praeferentibus *LA Halm* ‖ 5 superiacet A^1, *ut uid.* ‖ 7 tristitiae maerore *L*, tristitia et mȩrore (*litt.* et mȩro *in ras.*) *A* ‖ 9 potentiam *delend. cens. Torrenius, inclus. Halm*, [patientiam] *Boehme in Fleckeis. ann. 1886 p. 800. an* Thraciã incolentium? *nos ibid. p. 59.* (*cf. § 12* Thraciae illa natio), *mauult* Thraciae populi *Gertz**, *an* Thraciae gentis? ‖ 10 lyciorum (ciorum *in ras.*) *A*, lyricorum L^1 ‖ 12 uxoria *dett. nonnulli*, uxor LA^1, uxorũ (*sine ulla ras.*) A^2, uxoris *dett. pleriq.* ‖ 13 torũ A^1 ‖ 14 cuius *L et* us *m. 2 add. A* ‖ 15 siccae *L et dett. quos uidi omn.*, cirtae *in ras. A e Par. Halm*, apud cirtenses *Nep., at u. N. Q. p. 15* ‖ 17 ad *LΓ*, *eras. in A, om. dett. et Par.* ‖ 18 dotis *LA*, dotes *Γ*, dotem *Nep. margo A e Par.*, *Halm* iniuriam *parum recte Foertsch I 10* ‖ 19 coniugii iunctura A^2 ‖ 20 Iam A^2 ‖ 22 quã *s. l. A e Par.*, *om. L, sed add. margo L* ‖ 23 aequiorẽ L^1, aequiore* *A*

17. Ne Numidiae quidem reges uituperandi, qui more gentis suae nulli mortalium osculum ferebant: quidquid enim in excelso fastigio positum est, humili et trita consuetudine, quo sit uenerabilius, uacuum esse conuenit.

VII. DE DISCIPLINA MILITARI.

Venio nunc ad praecipuum decus et ad stabilimentum Romani imperii, salutari perseuerantia ad hoc tempus sincerum et incolume seruatum, militaris disciplinae tenacissimum uinculum, in cuius sinu ac tutela serenus tranquillusque beatae pacis status adquiescit.

1. P. Cornelius Scipio, cui deleta Karthago auitum cognomen dedit, consul in Hispaniam missus, ut insolentissimos Numantinae urbis spiritus superiorum ducum culpa nutritos contunderet, eodem momento temporis, quo castra intrauit, edixit ut omnia ex his, quae uoluptatis causa conparata erant, auferrentur ac summouerentur: nam constat tum maximum inde institorum et lixarum numerum cum duobus milibus scortorum abisse. hac turpi atque erubescenda sentina uacuefactus exercitus noster, qui paulo ante metu mortis deformi se foederis ictu maculauerat, erecta et recreata uirtute acrem illam et animosam Numantiam incendiis exustam ruinisque prostratam solo aequauit. itaque neglectae disciplinae militaris indicium Mancini miserabilis deditio, seruatae merces speciosissimus Scipionis triumphus extitit.

2. Eius sectam Metellus secutus, cum exercitum

1 numidae *Par.*, *quod praefert Halm* ‖ 3 quicquid $L^2 A$ ‖ posito $L^1 A^1$ ‖ 4 quo* (d *eras. uid.*) *L A* ‖ 7 *fort.* decus ac stabil. *Gertz**, *nescio an recte* ‖ 9 incolome $L^1 A^1$ ‖ 13 delecta A^1, delata *L* ‖ Kartago (*sic h. l.*) $L A^1$ ‖ 18 his *Par.*, is $L^1 A^1$, iis *Halm* ‖ 19 submouerentur *Par.* ‖ nam *mihi ualde suspectum*, itaque *Par.* ‖ 20 insti**torum *L*, institutorum A^1 ‖ liyarum (y *m. 2?*) *L* ‖ 22 uacuę factus A^1 ‖ 27 manicini $L A^1$ ‖ 28 merces *corr.*, *ut uid.*, *e* mercis *A et e* merce *L*

in Africa Iugurthino bello nimia Spuri Albini indulgentia corruptum consul accepisset, omnibus imperii neruis ad reuocandam pristinae disciplinam militiae conisus est: nec singulas partes adprehendit, sed totam continuo in suum statum redegit: protinus namque lixas e castris submouit cibumque coctum uenalem proponi uetuit: in agmine neminem militum ministerio seruorum iumentorumque, ut arma sua et alimenta ipsi ferrent, uti passus est: castrorum subinde locum mutauit: eadem, tamquam Iugurtha semper adesset, uallo fossaque aptissime cinxit. quid ergo restituta continentia, quid repetita industria profecit? crebras scilicet uictorias et multa tropaea peperit ex eo hoste, cuius tergum sub ambitioso imperatore Romano militi uidere non contigerat.

3. Bene etiam illi disciplinae militari adfuerunt, qui necessitudinum perruptis uinculis ultionem uindictamque laesae cum ignominia domuum suarum exigere non dubitauerunt: nam P. Rupilius consul *eo bello, quod in Sicilia cum fugitiuis gessit, Q. Fabium generum suum, quia neglegentia Tauromenitanam arcem amiserat, prouincia iussit decedere.*

4. *C. Cotta consul* P. Aurelium [filium] Pecuniolam sanguine sibi iunctum, quem obsidioni Liparitanae ad auspicia repetenda Messanam transiturus praefecerat, uirgis caesum militiae munere inter pedites

1 iugurtino *A*[1] ‖ 2 inperii *L*[1] ‖ 3 reuocandū *L*[1] ‖ 8 iumentorum quae (a *punct.*) *L* ‖ ut *in ras. A* ‖ 10 mutauit (*litt.* utaui *in ras.*) *A* ‖ 11 abtissimę *A*[1] ‖ 13 trophea *L et* h *eras. A* ‖ 16 adfuerunt (d *expunct.*) *L* ‖ 19—23 Nam c. cotta p. aurelium pecuniolam (*in ras. omissis uu.* P. Rupilius — iussit decedere) *A*, nam p. rutilius cos. p. aurelium filium ciunolā *omissis ceteris L et similiter dett., idque ipsum procul dubio erat ante ras. in A, omissa sic:* nam p. rutilius — decedere *suppl. margo A e Par., sed habet* eo bello *margo A*, in eo bello *Par.* ‖ rutilius *L et in ras. A Par., em. Pighius, habetq.* rupilius *Nep., qui probabile facit copiosius relata a Val. in codd. intercidisse, habet enim:* generum conuiciis publice lacessitum prouincia expulit ‖ 23 consul *recte add. Gerts p. 266 coll. Frontin. strat. IIII 1, 30* ‖ 25 auspici**a (*extr.* a *s. l.*) *L* ‖ 26 munera *LA*[1]

fungi coegit, quod eius culpa agger incensus, paene castra erant capta.

5. Q. etiam Fuluius Flaccus censor Fuluium fratrem consortem legionem, in qua tribunus militum erat, iniussu consulis domum dimittere ausum senatu mouit. † non digna exempla tam breuiter, nisi maioribus urguerer, referrentur: quid enim tam difficile factu quam copulatae societati generis et imaginum deformem in patriam reditum indicere aut communioni nominis ac familiae ueteris propinquitatis serie cohaerenti uirgarum contumeliosa uerbera adhibere aut censorium supercilium aduersus fraternam caritatem destringere?

Dentur haec singula quamuis claris ciuitatibus, abunde tamen gloria disciplinae militaris instructae uidebuntur: 6. at nostra urbs, quae omni genere mirificorum exemplorum totum terrarum orbem repleuit, imperatorum proprio sanguine manantes secures [habet], ne turbato militiae ordine uindicta deesset, ex castris publice speciosas, priuatim lugubres duplici uultu recepit, incerta gratulandi prius an adloquendi

1 incensus *L A Par.*, inscensus *Lipsius*, escensus *Colerus, at u. Frontin. strat. IIII 1, 31, Caes. b. G. VII 24 et b. ciu. II 14; auct. bell. Hisp. V 16* ‖ et paene *dett. pauci et margo A e Par., Halm; at u. III 1, 1:* hostem interemit, ciuem seruauit *et ibid.* coronam mereri, spolia rapere ‖ 4 consortem legionem *Perizonius et margo A e Par.*, cohortem legionis *AL* ‖ 5 demittere *Par.* ‖ ausum] *add.* I. P. suis tamen mensibus *margo A e Par., quae petita e Liu. XL 41, 8 in Val. codd. post* consulis *intercidisse uidentur nobis et Gertzio** ‖ 6 exempla] *add.* quae *cod. Susian. et Pulmann. Pighii, quod probat mutato* referrentur *in* referantur *Wensky 1884 p. 781, mihi plura excidisse uidentur, quae hanc fere efficerent sententiam*: Non digna exempla tam ⟨angusto orationis ambitu, neque tam⟩ breuiter referrentur *etc.* ‖ 7 urgerer A^2 ‖ 8 factum LA^1 ‖ 9 deformam L^1A^1 ‖ 13 distringere *A, at cf. II 7, 15; 9, 6; VII 5, 2; VIIII 2, 2* ‖ 15 instructa* *A* ‖ 18 manentes (*sed* a *spr.* e *script. posteaq. eras.*) A^1, madentes A^2 ‖ securum *L*, securus A^1 ‖ 19 habet *LA, om. edd. uett. multae. nec recte defend. inserens* set *post* deesset *Foertsch II 7* ‖ ordini A^2, *quod probat Gertz p. 267, recte, ut uid.* ‖ 20 puplice *L*

officio fungeretur. igitur ego quoque haesitante animo uos, bellicarum rerum seuerissimi custodes, Postumi Tuberte et Manli Torquate, memoria ac relatione conplector, qui*a* animaduerto fore ut pondere laudis, quam meruistis, obrutus magis inbecillitatem ingenii mei detegam quam uestram uirtutem, sicut par est, repraesentem. tu namque, Postumi, dictator A. Postumium, quem ad generis penetraliumque sacrorum successionem propagandam genueras, cuius infantiae blandimenta sinu atque osculis foueras, quem puerum litteris, quem iuuenem armis instruxeras, sanctum, fortem, amantem tui pariter ac patriae, quia non tuo iussu, sed sua sponte *e* praesidio progressus hostis fuderat, uictorem securi feriri iussisti et ad hoc peragendum imperium paternae uocis ministerio sufficere ualuisti: nam oculos tuos certum scio clarissima in luce tenebris offusos ingens animi opus intueri nequiuisse. tu item, [Postumi] Torquate, Latino bello consul filium, quod prouocatus a Gemino Maecio duce Tusculanorum ad dimicandum te ignaro descenderat, gloriosam uictoriam et speciosa spolia referentem abripi ab lictore et in modum hostiae mactari iussisti, satius esse iudicans patrem forti filio quam patriam militari disciplina carere.

7. Age, quanto spiritu putamus usum L. Quintium Cincinnatum dictatorem eo tempore, quo deuictis Aequiculis et sub iugum missis L. Minucium

3 mali A^1 *et* (*m. 2 corr.* malli) *L* ‖ 4 cōplector (cō *in ras.*) *A* ‖ 4 qui LA^1 ‖ 5 inbecillitate (*corr.* imb.) *LA* ‖ 7 par* (s *eras. uid.*) *A* ‖ postume A^2 ‖ 13 e *om. LA, suppl. Gertz p. 267, u. tamen Q. N. p. 13 et Tac. ann. I 41* ‖ 18 tu item postumi *L et dett.*, tu item manli *in ras. A Halm*, *om. Manlii nomen Par. Nep. cf. N. Q. p. 20* ‖ 20 prouocatum *LA* ‖ geminio LA^1 *Par.*[2] ‖ 21 ignaro (*litt.* na *m. 2 et* ro *in ras.*) *A*, ignoro (*sed corr. in mrg.*) *L* ‖ 22 referentē (*litt.* rentē *in ras.*) *A* ‖ ab *LA*, a *Halm* ‖ 23 lectore L^1A^1 ‖ 27 tempore**|quo (*sed* quo *in mrg. m. 2*) *L* ‖ 28 aequiculis *dett. omn., quod non uid. a librariis ortum,* equicurulis *LA*, *add.* u. aequis et sub i. missis *margo A e Par., de Aequis tamen cum Paride consentiunt Nep. et Liu. III 29* ‖ minicium LA^1

consulatum deponere coegit, quod castra eius idem hostes obsederant? indignum enim maximo imperio credidit quem non sua uirtus, sed fossa uallumque tutum praestiterat, cuique uerecundiae non fuerat arma Romana metu trepida clausis portis contineri. ergo imperiosissimi XII fasces, penes quos senatus et equestris ordinis et uniuersae plebis summum decus erat, quorumque nutu Latium ac totius Italiae uires regebantur, contusi atque fracti dictatoriae se animaduersioni substrauerunt: ac, ne inulta foret laesa gloria militaris, consul delicti omnis uindex punitus est. his, ut ita dicam, piaculis, Mars, imperii nostri pater, ubi aliqua ex parte a tuis auspiciis degeneratum erat, numen tuum propitiabatur, adfinium et cognatorum et fratrum nota, filiorum strage, ignominiosa consulum eiuratione.

8. Eiusdem ordinis quod sequitur. Papirius dictator, cum aduersus imperium eius Q. Fabius Rullianus magister equitum exercitum in aciem eduxisset, quamquam fusis Samnitibus in castra redierat, tamen neque uirtute eius neque successu neque nobilitate motus uirgas expediri eumque nudari iussit. o spectaculum admirabile! et Rullianus et magister equitum et uictor scissa ueste spoliatoque corpore lictorum se uerberibus lacerandum praebuit, ut in acie exceptorum uulnerum nodosis ictibus cruore renouato uictoriarum, quas modo speciosissimas erat adeptus, titulos respergeret. precibus deinde suis exercitus occasionem Fabio confugiendi in urbem dedit, ubi frustra senatus auxilium inplorauit: nihilo minus enim Papirius in exigenda poena perseuerauit. itaque coactus est pater eius post dictaturam tertiumque consulatum rem ad populum deuocare auxiliumque tribunorum plebi supplex pro filio petere.

4 tutũ*** *L*, tutũ* (que *eras. uid.*) *A* ‖ 11 laesa *C*[2], leta *L*, laeta *A* ‖ 12 piaculi *L*[1] *A*[1] ‖ 13 auspitiis *A* ‖ 15 nata *LA* ‖ filiorumq: *A*[2] ‖ 16 e*iuratione (i *eras. uid.*) *A*, euuratione *L* ‖ 19 *et* 23 rutilianus *LA Par.*[2], *add.* u. rullianus *margo A e Par.* ‖ 31 papirius (r *in litura*) *A*

neque hac re seueritas Papiri refrenari potuit. ceterum, cum ab uniuersis ciuibus et ipsis tribunis plebi rogaretur, testatus est se poenam illam non Fabio, sed populo et tribuniciae concedere potestati.

9. L. quoque Calpurnius Piso consul, cum in Sicilia bellum aduersus fugitiuos gereret et *C.* Titius equitum praefectus [fugitiuorum] multitudine hostium circumuentus arma iis tradidisset, his praefectum ignominiae generibus adfecit: iussit eum toga laciniis abscisis amictum discinctaque tunica indutum nudis pedibus a mane in noctem usque ad principia per omne tempus militiae adesse. interdixit etiam ei conuictum hominum usumque balnearum, turmasque equitum, quibus praefuerat, ademptis equis in funditorum alas transcripsit. magnum profecto dedecus patriae pari sontium dedecore uindicatum est, quoniam quidem id egit Piso, ut qui cupiditate uitae adducti cruce dignissimis fugitiuis tropaea de se statuere concesserant libertatique suae seruili manu flagitiosum inponi iugum non erubuerant, amarum lucis usum experirentur mortemque, quam effeminate timuerant, uiriliter optarent.

10. Nec minus Pisone acriter Q. Metellus. qui,

2 tribuni A^1 || plebis L^2A^1 || 4 tribunicie *dett. pauci*, tribun. (*sic*) L^1A, tribune *B*, tribunorum L^2 *et reliqui dett.* || 6 C. *Par.*, *om. LA* || 7 equitum] I. P. sociorũ *margo A e Par.* || fugitiuorum (*punctis recenti m. factis notatum*) *A*, *om. Par.*, *nos inclusimus* || 8 armatis tradidisset LA^1, se armatis trad. A^2, *add.* I. P. sub iugum se mitti passus esset *margo A e Par.*, *quae desumpta sunt e uu. quae seqq.* flagitiosum inponi iugum || 9 adfici iussit. Cum toga *LA*, *em. Pighius* || 10 abscisis A^2 *Par.*, abscissis LA^1 || discinctaq. *margo A e Par.*, decinctaq. *LA* || 12 adesset LA^1 || 13 conuictu hom. usuque *recte, ut uid.*, *Blaum p. 34 coll. III 5, 2 et VIII 6, 1* || 15 transcripsit *A Par. et* (n *s. l.*) *L*, transscripsit *Halm* || 16 patriae pari sontium *nos*, pariae (*corr.* pari ẽ), pisonium *A*, pariae pisonu* L^1, patriae pisono L^2 || 17 est *L et dett. omn.*, *om. A Halm*, *u. N. Q. p. 23* || 18 dignissima *LA* || trophea *LA* || 22 timuerant *dett. pauci*, timuerunt *LA* || 23 metellus *Par. et in ras. A*, messius *L et dett. omn.*

cum apud *Con*trebiam res gereretur, conlocatas a se in quadam statione quinque cohortes atque ex ea uiribus hostium depulsas repetere eandem stationem e uestigio iussit, non quod speraret ab his amissum locum recuperari posse, sed ut praeteritae culpam pugnae insequentis certaminis manifesto periculo puniret. edixit etiam ut, si quis ex his fugiens castra petisset, pro hoste interficeretur. qua seueritate conpressi milites et corporibus fatigatis et animis desperatione uitae inplicatis loci tamen iniquitatem multitudinemque hostium superarunt. humanae igitur inbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas.

11. In eadem prouincia Q. Fabius Maximus ferocissimae gentis animos contundere et debilitare cupiens mansuetissimum ingenium suum ad tempus deposita clementia [seueriore] uti seueritate coegit: omnium enim, qui ex praesidiis Romanorum ad hostes *trans*fugerant captique erant, manus abscidit, ut trunca prae se brachia gestantes metum defectionis reliquis inicerent. rebelles itaque manus a corporibus suis distractae inque cruentato solo sparsae ceteris ne idem committere auderent documento fuerunt.

12. Nihil mitius superiore Africano. is tamen ad firmandam disciplinam militarem aliquid ab alienissima sibi crudelitate amaritudinis mutuandum existimauit: si quidem deuicta Karthagine, cum omnes,

1 apud trebiam *A et* pud *in ras. L*, ap' c̄trebiam *A²* *e Par.* ‖ res** *L* ‖ conlocata *L¹A¹* ‖ 3 depulsis *L¹A¹* ‖ eadem *L¹A¹* ‖ 4 non *corr. uid. e* nū *L* ‖ 6 piniret *L¹* ‖ 7 et dixit *L¹A¹* ‖ ut*si *LA* ‖ ex eis *Par.*, ex iis *Halm* ‖ 8 repetisset *Par. Halm, at u. I 1, 14 et N. Q. p. 16* ‖ interfeceretur *A¹* ‖ 10 loqui tamen *L¹A¹* ‖ iniquitate *L* ‖ 14 prouincia Q. fabius *in ras. A* ‖ 17 seueriore *cum cod. Susiano (?) Pighii delend. esse uidit Gertz p. 267, nec recte tuetur Foertsch I 10, sine uncis Halm*, saeuiore *edd. uett.*, se saeuiore *Wensky 1884 p. 782*, asperiore *Novak* ‖ 19 transfugerant *margo A e Par.*, fugerant *LA* ‖ 20 gerentes *Par.* ‖ 22 districtę *LA¹*, destrictę *A²*, *em. in edd. uett.* ‖ 25 superior africanus *A²*

qui ex nostris exercitibus ad Poenos transierant, in suam potestatem redegisset, grauius in Romanos quam in Latinos transfugas animaduertit: hos enim tamquam patriae fugitiuos crucibus adfixit, illos tamquam perfidos socios securi percussit. non prosequar hoc factum ulterius, et quia Scipionis est et quia Romano sanguini quamuis merito perpesso seruile supplicium insultare non adtinet, cum praesertim transire ad ea liceat, quae sine domestico uulnere gesta narrari possunt.

13. Nam posterior Africanus euerso Punico imperio exterarum gentium transfugas in edendis populo spectaculis feris bestiis obiecit, 14. et L. Paulus Perse rege superato eiusdem generis et culpae homines elephantis proterendos substrauit, utilissimo quidem exemplo, si tamen acta excellentissimorum uirorum humiliter aestimare sine insolentiae reprehensione permittitur: aspero enim et absciso castigationis genere militaris disciplina indiget, quia uires armis constant, quae ubi a recto tenore desciuerint, oppressura sunt, nisi opprimantur.

15. Sed tempus est eorum quoque mentionem fieri, quae iam non a singulis, uerum ab uniuerso senatu pro militari more obtinendo defendendoque administrata sunt. L. Marcius tribunus militum, cum reliquias duorum exercituum Publi et Gnaei Scipionum, quos arma Punica in Hispania absumpserant, dispersas mira uirtute collegisset earumque suffragiis dux esset creatus, senatui de rebus actis a se scribens in hunc modum orsus est: 'L. Marcius pro praetore'. cuius honoris usurpatione uti eum patri-

5 perfidos (fi *s. l.*) sotios *L* ‖ 7 sanguine L^1A^1 ‖ 8 praesertim cum *transposuit* A^2 ‖ 13 feris *om. Par.*, *nescio an recte* ‖ 15 obterendos *Par.* ‖ 17 humili *uel* humilibus *Novak, an* humilitati? *cf. II 3, 1; III 8, 7* ‖ 22 quoq: *s. l. L* ‖ 24 pro *in ras. maiore A*, pr̃.o (= populo romano) *L* ‖ optinendo LA^2 ‖ administranda LA^1 ‖ 25 trib; mil (*sic*) *A* ‖ 26 p. et gn. *A* ‖ 27 punicum LA^1 ‖ hispaniam L^1A ‖ adsumpserant A^1 *et ut uid.* (b *in ras.*) L^1 ‖ 28 dispersa L^1A ‖ 31 praetore (*sed* ae *in ras.*) *A*

bus conscriptis non placuit, quia duces a populo, non a militibus creari solerent. quo tempore tam † iniusto, tam graui propter inmane rei publicae damnum etiam tribunus militum adulandus erat, quoniam quidem ad statum totius ciuitatis corrigendum unus suffecerat. sed nulla clades, nullum meritum ualentius militari disciplina fuit.

Succurrebat enim illis quam animosa seueritate Tarentino bello maiores eorum usi fuissent, in quo quassatis et adtritis rei publicae uiribus, cum magnum captiuorum ciuium suorum numerum a Pyrro rege ultro missum recepissent, decreuerunt ut ex iis, qui equo meruerant, peditum numero militarent, qui pedites fuerant, in funditorum auxilia transcriberentur, neue quis eorum intra castra tenderet, neue locum extra adsignatum uallo aut fossa cingeret, neue tentorium ex pellibus haberet. recursum autem his ad pristinum militiae ordinem proposuerunt, si quis bina spolia ex hostibus tulisset. quibus suppliciis conpressi ex deformibus Pyrri munusculis acerrimi hostes extiterunt.

Parem iram senatus aduersus illos destrinxit, qui apud Cannas rem publicam deseruerant: nam cum eos grauitate decreti ultra mortuorum condicionem relegasset, acceptis a M. Marcello litteris, ut eorum sibi opera ad expugnationem Syracusarum uti liceret, rescripsit indignos esse qui in castra reciperentur: ceterum se ei permittere ut faceret quod

3 iniusto *LA*, *quod non recte defend. Foertsch II 8*, angusto, maesto, onusto *dett.*, infausto *Gu. Becker*, infesto *uel* luctuoso *Halm*, funesto *Wensky p. 4*, tristi *Gertz**, inico *uel* iniquo *nos in Fleckeis. ann. p. 59 coll. Cic. pro Rosc. Am. 1, 1* ‖ 4 tribunis LA^1 ‖ adulandũ* L^2 ‖ 6 cladis LA^1, *u. Neue, Formenl. I 180* ‖ 10 publice L^1A ‖ 11 numero L^1A ‖ 12 ex is L^1A^1 ‖ 14 transscriberentur A^2 *Halm*, *ut nos etiam Par.* ‖ 18 iis *Halm* ‖ 19 retulisset *scribend. uid. cum Nep. cf. III 2, 3 et 24* ‖ 22 destrinxit *margo A e Par.*, distrinxit *L et prima* i *in litura A* ‖ 24 conditionem *A* ‖ 26 syracusanorum *LA*, *em. margo A e Par.* ‖ 26 liceret (t *in ras.*) *A*, licere L^1 ‖ 27 rescripsit *in ras. A*, transcribit *L*

expedire rei publicae iudicasset, dum ne quis ex his munere uacaret aut dono militiae donaretur aut in Italiam, donec hostes in ea essent, accederet. sic eneruis animos odisse uirtus solet.

Age, quam grauiter senatus tulit quod Q. Petilium consulem fortissime aduersus Ligures pugnantem occidere milites passi essent! legioni neque stipendium anni procedere neque aera dari uoluit, quia pro salute imperatoris hostium se telis non obtulerant. idque decretum amplissimi ordinis speciosum et aeternum Petili monumentum extitit, sub quo in acie morte, in curia ultione clari cineres eius adquiescunt.

Consimili animo, cum ei Hannibal VI milium Romanorum, quae capta in castris habebat, redimendorum potestatem fecisset, condicionem spreuit memor tantam multitudinem armatorum iuuenum, si honeste mori uoluisset, turpiter capi non potuisse. quorum nescio utrum maius dedecus fuerit quod patria spei an quod hostis metus nihil in his reposuerit, † haec pro se, ille ne aduersus se dimicarent parui ducendo.

Sed cum aliquotiens senatus pro militari disciplina seuere excubuerit, nescio an tum praecipue, cum milites, qui Regium iniusto bello occupauerant mortuoque duce Iubellio M. Caesium scribam eius sua sponte imperatorem delegerant, carcere inclusit, ac M. Fuluio Flacco tribuno plebi denuntiante ne in

1 expedire* *L* ‖ his *LA Par.*, iis *Halm* ‖ 2 militari *Par. Halm, at u. ext. 1 et 2 et N. Q. p. 16* ‖ 3 italia *LA* ‖ ostes *L*[1] ‖ 4 eneruos *A*[2] ‖ animis *L*[1], animus *A*[1] ‖ 5 quod*q̃ *A*, quod p̃. q̃. *L* ‖ 8 eius anni *Par.* ‖ 10 ordines *A*[1] ‖ 11 monimentum *L*[1] ‖ 14 V̄Ī um *LA*. *de numero dubitari potest, nam Liuius XXII 60, 9 septem, ibid. 59, 12 cum Polyb. III 117 et VI 58 et Cic. de off. III 32, 114 octo milia fuisse tradit* ‖ 16 conditionem *A*[1] ‖ 18 potuisset *LA*[1] ‖ 19 patriae *LA*[1] ‖ 20 iis *Halm* ‖ haec ut pro se *coni. Perizonius* ‖ 21 ille aduersus se si dim. *ingeniose Gertz p. 268* ‖ dimicaret *LA* ‖ 22 aliquoties *A*[1] ‖ 24 regulum *LA*[1] *Par.*[2] ‖ 25 iubellio *Par.*, bubilio *L*, bubillio *A*[1], uibellio *A*[2] ‖ 26 carcerem (m *punctat.*) *L* ‖ 27 m. furio *LA Par.*, *em. Pighius*

ciues Romanos aduersus morem maiorum animaduerteret, nihilo minus propositum executus est. ceterum quo minore cum inuidia id perageretur, quinquagenos per singulos dies uirgis caesos securi percuti iussit eorumque corpora sepulturae mandari mortemque lugeri uetuit.

Ext. 1. Leniter hoc patres conscripti, si Karthaginiensium senatus in militiae negotiis procurandis uiolentiam intueri uelimus, a quo duces bella prauo consilio gerentes, etiam si prospera fortuna subsecuta esset, cruci tamen suffigebantur, quod bene gesserant deorum inmortalium adiutorio, quod male commiserant ipsorum culpae inputante.

2. Clearchus uero Lacedaemoni*o*rum dux egregio dicto disciplinam militiae continebat, identidem exercitus sui auribus inculcando a militibus imperatorem potius quam hostem metui debere. quo aperte denuntiabat futurum ut spiritum poenae inpenderent, quem pugnae [acceptum ferre] dubitassent. idque a duce praecipi non mirabantur maternarum blanditiarum memores, quibus exituri ad proeliandum monebantur ut aut uiui cum armis in conspectum earum uenirent aut mortui in armis referrentur. hoc intra domesticos parietes accepto signo

1 anìmaduerteretur *Par.*, *quod uerum uid. Halmio* || 3 minorem A^1, minore* *L* || quinquagenos *Par.* l. nos (*sic*) *LA* || 7 p̃. c̃. *LA* || 9 uolentiam L^1A || 12 adiutorium *LA* || 13 inputante *Foertsch II 8*, inputantes *LA*, inputando *Γ Halm* || 14 Clearcus *A* || lacędaemonium L^1, lacedemonium A^1, lacedaemonum L^2 || 19 acceptum ferre *om. cod. Vossii. tamquam glossema merito suspecta Halmio et Maduigio II 321 inclusi*, *habetque nil nisi* quem pugnae noluissent *Par.*, *nec recte defend. Gelbke p. 27*, expensum ferre *I. Fr. Gronouius*, acceptum referre *h. l. et VIII 2, 3 Ern. Schulze in Philolog. 1877 p. 571 coll. I 5 ext. 2; II 2, 6; III 7 ext. 2; IIII 4, 10; V 7 ext. 2*, acceptum ferre non dub. *Perizonius* || 21 blandiciarum A^1 || quibus exituri *Γ*, *quod recepit Halm*, quae eis exiturus (*corr.* ris) mouebantur (*add. in mrg.* monebant) *L*, quaeis exituris — monebantur (*sed* ur *eras.*) *A*, quae iis exituris — monebant *dett. plerique* || 23 uenerint A^1

Spartanae acies dimicabant. sed aliena prospexisse tantum modo satis est, cum propriis multoque uberioribus et felicioribus exemplis gloriari liceat.

VIII. Disciplina militaris acriter retenta principatum Italiae Romano imperio peperit, multarum urbium, magnorum regum, ualidissimarum gentium regimen largita est, fauces Pontici sinus patefecit, Alpium Taurique montis conuulsa claustra tradidit, ortumque e paruula Romuli casa totius terrarum orbis fecit columen. ex cuius sinu quoniam omnes triumphi manarunt, sequitur ut de triumphandi iure dicere incipiam.

DE IVRE TRIVMPHANDI.

1. Ob leuia proelia quidam imperatores triumphos sibi decerni desiderabant. quibus ut occurreretur, lege cautum est ne quis triumpharet, nisi qui V milia hostium una acie cecidisset: non enim numero, sed gloria triumphorum excelsius urbis nostrae futurum decus maiores existimabant. ceterum ne tam praeclara lex cupiditate laureae oblitteraretur, legis alterius adiutorio fulta est, quam L. Marcius et M. Cato tribuni plebei tulerunt: poenam enim imperatoribus minatur, qui aut hostium occisorum in proelio aut amissorum ciuium falsum numerum litteris senatui ausi essent referre, iubetque eos, cum primum urbem intrassent, apud quaestores urbanos iurare de utroque numero uere ab iis senatui esse scriptum.

2. Post has leges iudicii illius tempestiua mentio introducetur, in quo de iure triumphandi inter clarissimas personas et actum et excussum est. C. Luta-

7 pontifici A^1 || 9 e paruula *L dett.*, a paruulo (*corr.* la) *A* || 10 *litt.* ex cui: si *in ras. A* || 11 *litt.* sequitur ut de trium *in ras. A* || 17 V̄ mil *LA* || hostium *om. Par.* || 19 futurus, *ut uid.*, L^1A^1 || 21 L. Marcius *nos*, l. marius *LA*, p. marius (*sic*) *Par.*, P. Marcius *Halm*, *u. Q. N. p. 15* || 25 ausi* (si *in ras.*) *A*, au*si *L* || 27 his *LA* || 28 scribtum A^1 || 31 C.] *add.* atulus *s*, *l. m. 3 L*

tius consul [Catulus] et Q. Valerius praetor circa Siciliam insignem Poenorum classem deleuerant. quo nomine Lutatio consuli triumphum senatus decreuit. cum autem Valerius sibi quoque eum decerni desideraret, negauit id fieri oportere Lutatius, ne in honore triumphi minor potestas maiori aequaretur, pertinaciusque progressa contentione Valerius sponsione Lutatium prouocauit, ni suo ductu Punica classis esset oppressa, nec dubitauit restipulari Lutatius. itaque iudex inter eos conuenit Atilius Calatinus, apud quem Valerius in hunc modum egit, consulem ea pugna in lectica claudum iacuisse, se autem omnibus imperatoriis partibus functum. tunc Calatinus, prius quam Lutatius causam suam ordiretur, 'quaero' inquit, 'Valeri, a te, si dimicandum necne esset contrariis inter uos sententiis dissedissetis, utrum quod consul an quod praetor imperasset maius habiturum fuerit momentum.' respondit Valerius non facere se controuersiam quin priores partes consulis essent futurae. 'age deinde' inquit Calatinus, 'si diuersa auspicia accepissetis, cuius magis auspicio staretur?' 'item' respondit Valerius 'consulis'. 'iam hercules' inquit, 'cum de imperio et auspicio inter uos disceptationem susceperim, et tu utroque aduersarium tuum superiorem fuisse fatearis, nihil est quod ulterius dubitem. itaque, Lutati, quamuis adhuc tacueris, secundum te litem do'. mirifice iudex, quod in manifesto negotio tempus teri passus non est; probabilius Luta-

1 catulus *L et dett. omn. et erat procul dubio ante ras. in A*, *** A^2, *om. Par. Halm* ‖ et q. *L*, et quintus *in ras. A* ‖ 7 sponsionem L^1A^1 ‖ 8 nisi suo *LA*, *em. Pighius e cod. Campensi* (?) ‖ doctu LA^1 ‖ 11 modum — pugna *in ras. A* ‖ 12 imperatoris *BC et* riis *m. 1? corr. A* ‖ 15 si*a dimicandum *A*, si ea dimic. *L*, si*an dimic. A^2 ‖ contrarius L^1 ‖ 16 dissidissetis LA^1 ‖ 17 quod p̃. r̃. *A* ‖ 18 se *L et punct. A* ‖ 22 iam (*litt.* ia *in ras.*) *A*, nam *L et dett.* ‖ hercules L^2A^2, herculis L^1A^1, meherc: (*sic*) *margo A, quod probant Halm et Gertz*, at u. VIIII 2, ext. 3* ‖ 24 susceperĩ* (t *eras. uid.*) *A*, susceperit *L*, susceperitis *dett.* ‖ 28 luotatius *A*

tius, quod ius amplissimi honoris constanter defendit: sed ne Valerius quidem inprobe, quia fortis et prosperae pugnae ut non legitimum ita * * praemium petiit.

3. Quid facias Cn. Fuluio Flacco, qui tam expetendum aliis triumphi honorem decretum sibi a senatu ob res bene gestas spreuit ac repudiauit, nimirum † non plura praecerpens quam acciderunt? — nam ut urbem intrauit, continuo quaestione publica adflictus exilio multatus est, — ut, si quid religionis insolentia commisisset, poena expiaret.

4. Sapientiores igitur Q. Fuluius, qui Capua capta, et L. Opimius, qui Fregellanis ad deditionem conpulsis triumphandi potestatem a senatu petierunt, uterque editis operibus magnificus, sed neuter petitae rei compos non quidem inuidia patrum conscriptorum, cui numquam aditum in curiam esse uoluerunt, sed summa diligentia obseruandi iuris, quo cautum erat ut pro aucto imperio, non pro reciperatis quae populi Romani fuissent triumphus decerneretur: tantum enim interest adicias aliquid an detractum restituas, quantum distat beneficii initium ab iniuriae fine.

5. Quin etiam ius, de quo loquor, sic custoditum est, ut P. Scipioni ob reciperatas Hispanias, M. Marcello ob captas Syracusas triumphus non decernere-

3 ita praemium *LA*, *supplent* debitum, *et manu non multo recentiore* dignũ se *margo A*, aptum *Foertsch II 9*, tamen *Eberhard p. 162*, meritum *nos*, *quod recepit Halm* || 4 petit *LA* || 6 alis *L*¹*A*¹ || 7 nimirum] *add.* animo *Torrenius* || 8 non plura praecipiens *idem*, non peiora praecerpens (*sc. ut dignus euentus superioribus significetur*) *Maduig II 317*, nimirum coniectura praecerpens *uel* praecipiens, quae acc. *haud male Wensky p. 4* || quã *m. 2? s. l. L* || acciderant (*interpretatus de honoribus antea acceptis, quos ille ut fructus non sibi debitos praecerpsisset*) *Gertz p. 268* || 9 nam — multatus est *parenthesi inclusit Wensky l. c.* || 16 inuidiã *L*¹*A*¹ || 17 curia *LA*, *em. Stanger* || 19 non pro reciperata quae *L et in ras. maiore A* || 25 reciperatas *Par.*, recupiratas, *ut uid. A*¹, recuperatas *LA*² || 26 captas (*sed* s *m. 2?*) *L*, capta, *ut uid. A*¹

tur, quod ad eas res gerendas sine ullo erant missi magistratu. probentur nunc cuiuslibet gloriae cupidi, qui ex desertis montibus myoparonumque piraticis rostris laudis inopes laureae ramulos festinabunda manu decerpserunt: Karthaginis imperio abrupta Hispania et Siciliae caput abscisum, Syracusae, triumphalis iungere currus nequiuerunt: et quibus uiris? Scipioni et Marcello, quorum ipsa nomina instar aeterni sunt triumphi. sed clarissimos solidae ueraeque uirtutis auctores humeris suis salutem patriae gestantes, etsi coronatos intueri senatus cupiebat, iustiori tamen reseruandos laureae putauit.

6. His illud subnectam: moris est ab imperatore ducturo triumphum consules inuitari ad cenam, deinde rogari ut uenire supersedeant, ne quis eo die, quo ille triumpharit, maioris in eodem conuiuio sit imperii.

7. Verum quamuis quis praeclaras res maximeque utiles rei publicae ciuili bello gessisset, imperator tamen eo nomine appellatus non est, neque ullae supplicationes decretae sunt, neque aut ouans aut curru triumphauit, quia, ut necessariae istae, ita lugubres semper existimatae sunt uictoriae utpote non externo, sed domestico partae cruore. itaque et Nasica Ti. Gracchum et † G. Metellus Opimi factiones maesti trucidarunt. Q. Catulus M. Lepido collega suo cum omnibus seditionis copiis † extinctoque tum

1 ad *s. l. m. 1 L* ‖ 4 pyraticis A^{2}, piraticorum *Novak, coll. VI 9, 15 nescio an recte, at u. de hoc dicendi genere ed. meam mai. p. 37* ‖ nostris LA^{1}, monstris A^{2} ‖ 6 siracusae *A, quae u. delenda uid. Gertzio** ‖ 10 umeris *Halm* ‖ 14 cęnam *LA, add.* ac *Halm e Par.* ‖ 15 supersedeant (*sed* per *in ras.*) A^{1}, supersideant A^{2}, subtersedeant *L* ‖ 16 triumphabit *margo A e Par., quod coll. Liu. II 15, 3 non recte probare uid. Gertz p. 268* ‖ 24 hesterno *LA* ‖ partę cruore (*litt.* ę cr *in ras.*) *A* ‖ 25 Ti. Gracchum et Gai gemellas Opimius factiones *Foertsch II 9, fort.* Ti. Gracchi et Gai et Fului L. Opimius factiones *Halm*, Ti. Gracchum et Opimius Gaium et eius factionem *Blaum p. 34 et in Fleckeis. ann. 1873 p. 613,* Ti. Gracchum et Gaium et illas Opimius factiones *Maduig II 318* ‖ 27 seditionis *Gertz p. 269, quod confirmat* L^{1},

moderatum prae se ferens gaudium in urbem reuertit. Gaius etiam Antonius Catilinae uictor abstersos gladios in castra retulit. L. Cinna et C. Marius hauserant quidem auidi ciuilem sanguinem, sed non protinus ad templa deorum et aras tetenderunt. iam L. Sulla, qui plurima bella ciuilia confecit, cuius crudelissimi et insolentissimi successus fuerunt, cum consummata atque constructa potentia sua triumphum duceret, ut Graeciae et Asiae multas urbes, ita ciuium Romanorum nullum oppidum uexit.

Piget taedetque per uulnera rei publicae ulterius procedere. lauream nec senatus cuiquam dedit nec quisquam sibi dari desiderauit ciuitatis parte lacrimante. ceterum ad quercum pronae manus porriguntur, ubi ob ciues seruatos corona danda est, qua postes Augustae domus sempiterna gloria triumphant.

VIIII. DE CENSORIA NOTA.

Castrensis disciplinae tenacissimum uinculum et militaris rationis diligens obseruatio admonet me ut ad censuram pacis magistram custodemque transgrediar: nam ut opes populi Romani in tantum amplitudinis imperatorum uirtutibus excesserunt, ita probitas et continentia, censorio supercilio examinata, est opus effectu par bellicis laudibus: quid enim prodest foris esse strenuum, si domi male uiuitur?

seditiosis L^2A *Halm* ‖ extinctoque *L et, ut uid.*, A^1, extincto A^2 *Halm* ‖ tum *L*, tamen C^2D *Halm*, tantum *E et in ras. A*, *om.* BC^1, *an* extincto quam mod.?

2 catillinę LA^1 ‖ 3 rettulit *Halm* ‖ 7 fuerint (*corr.* runt) *L* ‖ 8 constructa *Aldus, Gertz p. 269*, constricta *LA Halm* ‖ 9 gręce *A* ‖ 10 ullum LA^1 ‖ 11 tedetq: *L et litt.* etq: *in litura A* ‖ 13 ciuitatis (ciui *in ras.*) *A* ‖ 16 potes L^1, nepotes L^2, potest A^1 ‖ 19 et *non recte inclusi in ed. mai. nec recte* et *defend. Foertsch II 10 laudatus ab Halmio. uu.* disciplinae uinculum *respiciunt ad cap. 7*, militaris rationis obseruatio *ad c. 8*, *quapropter legend. uid.* admonent ‖ 22 in tantum A^2, antantam A^1, in tantam *L* ‖ 24 exanimata est A^1, *comma post* est *sustulit Stanger* ‖ 25 becillis LA^1, imbecillis A^2

expugnentur licet urbes, corripiantur gentes, regnis manus iniciantur, nisi foro et curiae officium ac uerecundia sua constiterit, partarum rerum caelo cumulus aequatus sedem stabilem non habebit. ad rem igitur pertinet nosse atque adeo recordari acta censoriae potestatis.

1. Camillus et Postumius censores aera poenae nomine eos, qui ad senectutem caelibes peruenerant, in aerarium deferre iusserunt, iterum puniri dignos, si quo modo de tam iusta constitutione queri sunt ausi, cum in hunc modum increparentur: 'natura uobis quemadmodum nascendi, ita gignendi legem scribit, parentesque uos alendo nepotum nutriendorum debito, si quis est pudor, alligauerunt. accedit his quod etiam fortuna longam praestandi huiusce muneris aduocationem estis adsecuti, cum interim consumpti sunt anni uestri et mariti et patris nomine uacui. ite igitur et non odiosam exsoluite stipem, utilem posteritati numerosae.'

2. Horum seueritatem M. Valerius Maximus et C. Iunius Brutus Bubulcus censores consimili genere animaduersionis imitati sunt: L. enim Annium senatu mouerunt, quod quam uirginem in matrimonium duxerat repudiasset nullo amicorum [in] consilio adhibito. at hoc crimen nescio an superiore

2 initiatur L^1 ‖ 3 consterit (*litt.* t *in ras.*) A^1 ‖ 4 habebat A^1 ‖ 5 ideo A^2 ‖ recondari A^1 ‖ 7 post*umius (h *eras. uid.*) *A* ‖ paene (?) A^1 ‖ 8 peruenerunt *Par.* ‖ 9 dignos (s *in ras.*) *A* ‖ 10 si quo modo L^1 *et in ras. A*, si quoquo modo L^2 ‖ quęri LA^1 ‖ sunt] essent *Pighius, an* sint? ‖ 13 *malim* scripsit ‖ nutriend. *corr. e* netriend. *L* ‖ 14 allegauerunt *LA* ‖ 16 uacationem *dett. pauci* ‖ 17 sint *dett.* ‖ 18 non odiosam *Madvig II 318*, nodosam *LA Halm*, odiosam, probrosam, impositam, uxoriam, inuidiosam, morosam *alii* ‖ ex*oluite (s *eras.*) *A* ‖ 21 c. iunius bubulcus censores in consi *in ras. A e Par.* ‖ brutus bubulcus *L et dett. omn.*, bubulcus (*om.* Brutus) *Par. Halm*, *at u. C. I. L. I p. 457 a. 477* ‖ 22 Annium *nos e Par.*, antonium *LA* ‖ 23 in matrimonium *om. Par.* ‖ 24 consilio *nos e Par.*, in consilio LA^1, in consilium A^2 ‖ 25 ad hoc crimine scio LA^1

maius: illo nam*que* coniugalia sacra spreta tantum, hoc etiam iniuriose tractata sunt. optimo ergo iudicio censores indignum eum aditu curiae existimauerunt, 3. sicut Porcius Cato L. Flamininum, quem e numero senatorum sustulit, quia in prouincia quendam damnatum securi percusserat tempore supplicii ad arbitrium et spectaculum mulierculae, cuius amore tenebatur, electo. et poterat inhiberi respectu consulatus, quem is gesserat, atque auctoritate fratris eius Titi Flaminini. sed et censor *et* Cato, duplex seueritatis exemplum, eo magis illum notandum statuit, quod amplissimi honoris maiestatem tam taetro facinore inquinauerat nec pensi duxerat isdem imaginibus ascribi meretricis oculos humano sanguine delectatos et regis Philippi supplices manus.

4 3. Quid de Fabrici Luscini censura loquar? narrauit omnis aetas et deinceps narrabit ab eo Cornelium Rufinum duobus consulatibus et dictatura speciosissime functum, quod X pondo uasa argentea conparasset, perinde ac malo exemplo luxuriosum in ordine senatorio retentum non esse. ipsae medius fidius mihi litterae saeculi nostri obstupescere uidentur, cum ad tantam seueritatem referendam ministerium adcommodare coguntur, ac uereri ne non nostrae urbis acta commemorare existimentur: uix enim credibile est intra idem pomerium X pondo

1 illo namque *edd. uett.*, illo nam *L A*, nam illo *Halm* || 2 iniuriosae (a *induct.*) *A* || tracta *L*[1] || 4 flaminінum *Par.*, flaminiũ *L A* || 5 in prouincia *margo A*, in ꝓuã* (m *eras.*) *L*, in pũa *A* || quendam *L et dett. nonnulli*, quẽ *A* || 7 arbitrum *L*[1]*A*[1] || 8 respecto *L*[1]*A* || consulatus (*extr.* s *in ras.*) *L* || 10 Titi *nos*, c̃. ũ *A et* (ũ *mutatum in* ci) *L*, T. Quintî *Gertz**, *qui* ũ *quinarii numeri notam putat*, v. c. T. *edd. uett.* || flaminium *A*[1], flaminii *A*[2] || et Cato *dett. pauci*, cato (*om.* et) *L A*, *u. ad p. 103, 26* || 11 statuit (*sed* it *in ras.*) *A* || 12 tetro *L*[1]*A* || 13 pensi (*sed* en *extra uers. et* si *in ras.*) *A*, ꝑsi *L*, indignum pensi *B C E* || 15 delectatos (s *s. l.*) *L* || regis] *add.* rei *margo L* || 17 narrauit ab eo *L*[1] || 19 X p. uasa *L A* || 20 perinde (per *in ras.*) *A*, proinde *L Γ* || 21 ipse *L A* || 22 filius *L* || 22 uidentur (tur *in ras.*) *A*, uiderentur (er *punctat.*) *L* || 23 tantum *A*[1]

argenti et inuidiosum fuisse censum et inopiam haberi contemptissimam.

5. M. autem Antonius et L. Flaccus censores Duronium senatu mouerunt, quod legem de coercendis conuiuiorum sumptibus latam tribunus plebi abrogauerat. mirifica notae causa: quam enim inpudenter Duronius rostra conscendit illa dicturus: 'freni sunt iniecti uobis, Quirites, nullo modo perpetiendi. alligati et constricti estis amaro uinculo seruitutis: lex enim lata est, quae uos esse frugi iubet. abrogemus igitur istud horridae uetustatis rubigine obsitum imperium: etenim quid opus libertate, si uolentibus luxu perire non licet?'

6. Age, par proferamus aequali iugo uirtutis honorumque societate iunctum, instinctu autem aemulationis animo dissidens. Claudius Nero Liuiusque Salinator, secundi Punici belli temporibus firmissima rei publicae latera, quam destrictam simul egerunt censuram! nam cum equitum centurias recognoscerent et ipsi propter robur aetatis etiam nunc eorum essent e numero, ut est ad Polliam uentum tribum, praeco lecto nomine Salinatoris citandũm necne sibi esset haesitauit. quod ubi intellexit Nero, et citari collegam et equum uendere iussit, quia populi iudicio damnatus esset. Salinator quoque eadem animaduersione Neronem persecutus est adiecta causa, quod non sincera fide secum in gratiam redisset. quibus uiris si quis caelestium significasset futurum ut eorum sanguis inlustrium imaginum serie deductus in ortum salutaris principis nostri conflueret,

3 durionium LA^1 ‖ 4 senatum A^1 ‖ de *om. Par.* ‖ co*ercendis (h *eras. uid.*) *L* ‖ 5 abrogauerunt *Par.*[1] ‖ 9 allegati L^1A^1 ‖ 13 periri *A* ‖ 14 iugum aequali A^2 ‖ uirtutes A^1 ‖ 15 societatem L^1A^1 ‖ instrictum *LA*, *em. Aldus* ‖ 16 c. l. naero l. iuliusq̄ (q; *L*) salinator *LA* ‖ 18 districtam A^2 ‖ 20 robor L^1A^1 ‖ etiam num A^2, etiam tunc *Blaum p. 35* ‖ 21 pollium L^1 ‖ 23 nęro *L* ‖ et citari A^2, excitari LA^1 ‖ 24 collam L^1 ‖ 25 quo*q. *A*, quosque *L* ‖ 28 quibus — significasset *om. L, sed suppl. 1. m. mrg. L* ‖ si quis] quib: *L* ‖ 30 salutarem *Perizonius, at u. VIII 13 in.* ‖ nostris *L et* s *eras. A*

depositis inimicitiis artissimo se amicitiae foedere iunxissent, seruatam ab ipsis patriam communi stirpi seruandam relicturi. Salinator uero quattuor atque XXX tribus inter aerarios referre non dubitauit, *quod*, cum se damnassent, postea consulem et censorem fecissent, praetexuitque causam, quia necesse esset eas alterutro facto crimine temeritatis aut periurii teneri. unam tantum modo tribuum Maeciam uacuam nota reliquit, quae eum suffragiis suis ut non damnatione, ita ne honore quidem dignum iudicauerat. quam putemus constantis et praeualidi illum ingenii fuisse, qui neque tristi iudiciorum exitu conpelli neque honorum magnitudine adduci potuit quo se blandiorem in administratione rei publicae gereret?

7. Equestris quoque ordinis bona magnaque pars CCCC iuuenes censoriam notam patiente animo sustinuerunt, quos M'. Valerius et P. Sempronius, quia in Sicilia ad munitionum opus explicandum ire iussi facere id neglexerant, equis publicis spoliatos in numerum aerariorum retulerunt.

8. Turpis etiam metus censores summa cum seueritate poenam exegerunt: M. enim Atilius Regulus et L. Furius Philus M. Metellum quaestorem conpluresque equites Romanos, qui post infeliciter commissam Cannensem pugnam cum eo abituros se Italia

2 cummuni *L* ‖ stirpe *LA* ‖ 5 quod *om. LA*, *delend. cens. Foertsch II 11* ‖ damnasset L^1 ‖ et postea L^2 ‖ 7 aut *nos e duob. codd. Torrenii*, et *LA*, uel *alii* ‖ 8 tribum (um *in ras.*) *A*, *ut nos L* ‖ 9 nato *L* ‖ 10 damnatione|**** (*sed* tione *in ras.*) *L* ‖ 11 constantis *margo A*, consultantis *LA* ‖ 12 quinq. tristi L^1A^1 ‖ iudicio in eorum A^2 ‖ 13 exitum *L et* m *in ras. A* ‖ magnitudinem L^1A^1 ‖ 17 patienti *L* ‖ 18 M'. *Pighius*, m̃ *LA Par.* ‖ P. *L et dett.*, L. *Par. et in ras. A*, M. Sempronius Sophus *Liu. perioch. 18, at u. fast. cons. a. 502; C. I. L. I p. 434* ‖ 19 siciliam *Par. Halm* ‖ 21 rettulerunt *Halm* ‖ 24 l. furius *LA Par.*, P. Furius (*ut est in fast.*) *Torrenius* ‖ pilus *Par. et in ras. maiore*) *A*, philippus *L et dett.* ‖ compluresq. (*litt.* complu) *in ras. A* ‖ 25 romano L^1, roma*** *A* ‖ 26 habituros L^1A^1 ‖ italiā *LA*

iurauerant, dereptis equis publicis inter aerarios referendos curauerunt. eos *quo*que graui nota adfecerunt, qui cum in potestatem Hannibalis uenissent, legati ab eo missi ad senatum de permutandis captiuis, neque inpetrassent quod petebant, in urbe manserunt, quia et Romano sanguini fidem praestare conueniens erat et M. Atilius Regulus censor perfidiam notabat, cuius pater per summos cruciatus expirare quam fallere Karthaginienses satius esse duxerat. iam haec censura ex foro in castra transcendit, quae neque timeri neque decipi uoluit hostem.

9. Secuntur duo eiusdem generis exempla, eaque adiecisse satis erit. *C.* Geta, cum a L. Metello et Cn. Domitio censoribus senatu motus esset, postea censor factus est. item M. Valerius Messala censoria nota perstrictus censoriam postmodum potestatem impetrauit. quorum ignominia uirtutem acuit: rubore enim eius excitati omnibus uiribus incubuerunt, ut digni ciuibus uiderentur, quibus dari potius quam obici censura deberet.

1 direptis *LA*, *em. Torrenius* || referendos cu *in ras. A*, defendendos cur. *L* || 2 eos quoque *Perisonius*, eosq. *LA*, I. P. eidẽq: censores *margo A*, *sed habet* iidem censores et eos *Par.* || 3 quacum L^1 || hanniballis L^1 || uenisent *L* || 4 legati] *lacunosum censent h. locum Wensky p. 5 et Gertz p. 269; ille post* captiuis *supplet* quamquam iurassent se redituros in castra Punica, si Romani non permutarent captiuos, *hic ante* legati *add.* Romamque essent, *sed plura etiam excidisse suspicatur. mihi propter Paridis congruens testimonium neglegens potius quam mutila uid. oratio* || 6 remanserunt *Par. Halm*, *at u. N. Q. p. 16* || 8 perfidam L^1 || cuius (c *in ras.*) *A* || 9 expiare *LA* || 10 dixerat *A* || 11 transscendit *L Halm* || 13 sequuntur L^2A^2 || 14 C. *om. L et dett.* || c. geta cũ a. l. metello *in ras. A e Par.* || 15 senatu* *L* || 16 messala (*sic semper*) *LA*, *ut C. I. L. I n. 612*, messalla *Par. Halm* || 17 censoria — potestate *LA* || imperauit *A*, *add.* I. P. am. tem. imperauit (*sic*) *margo A* || 18 robore L^1A^1 || 20 *ut (a *eras. uid.*) *LA*

X. DE MAIESTATE.

Est et illa quasi priuata censura, maiestas clarorum uirorum, sine tribunalium fastigio, sine apparitorum ministerio potens in sua amplitudine obtinenda: grato enim et iucundo introitu animis hominum adlabitur admirationis praetexto uelata. quam recte quis dixerit longum et beatum honorem esse sine honore.

1. Nam quid plus tribui potuit consuli quam est datum reo Metello? qui cum causam repetundarum diceret tabulaeque eius ab accusatore expostulatae ad nomen inspiciendum circa iudices ferrentur, totum consilium ab earum contemplatione oculos auertit, ne de aliqua re, quae in his relatae erant, uideretur dubitasse. non in tabulis, sed in uita Q. Metelli argumenta sincere administratae prouinciae legenda sibi iudices crediderunt, indignum rati integritatem tanti uiri exigua cera et paucis litteris per*pen*di.

2. Sed quid mirum, si debitus honos a ciuibus Metello tributus est, quem superiori Africano etiam hostis praestare non dubitauit? si quidem rex Antiochus bello, quod cum Romanis gerebat, filium eius a militibus suis interceptum honoratissime excepit regiisque muneribus donatum ultro et celeriter patri remisit, quamquam ab eo tum maxime finibus imperii pellebatur. sed et rex *et* lacessitus maiestatem

2 priua*ta (ta *s.* l.) *L* ‖ 4 optinenda *LA*² ‖ 6 praetextu *L*² ‖ 11 tabulae quae *L*¹ ‖ expostulatę e¦t (t *extr. uers.*) *A*, expostulante *L*¹ ‖ 12 iuđ *LA* ‖ 16 legendae *LA*¹, legendum *A*², legenda esse *Gertz** ‖ 17 iuđ *LA* ‖ 18 cęra *L* ‖ ꝑpendi *in ras. 4—5 litt. A e Par.*, perdidi *L*¹, perdi *L*², *fort.* pendi *Halm, at u. I 1 ext. 3; VI 5, 5* ‖ 21 anthiocus *L*, anthiochus (hus *in ras.*) *A* ‖ 24 regisq. *L*¹*A*¹ ‖ 25 quanquam (*corr. e* quaquam) *L* ‖ tum (*corr. e* cum) *L* ‖ 26 et rex et lacessitus *A*² *Perizonius*, *Maduig II 318*, *receperam in ed. mai. coll. II 7, 8; 9, 3; 10, 6; III 2, 7; 3 ext. 2; IIII 3, 1; VI 2, 1; 3 ext. 3;* et rex lacessitus *LA*¹, *quod defend. Blaum p. 35*, rex lacessitus (*om.* et) *Halm em. Val. p. 8*, *Eberhard p. 159*

excellentissimi uiri uenerari quam dolorem suum ulcisci maluit.

Ad eundem Africanum in Liternina uilla se continentem conplures praedonum duces uidendum eodem tempore forte confluxerunt. quos cum ad uim faciendam uenire existimasset, praesidium domesticorum in tecto conlocauit eratque in his repellendis et animo et apparatu occupatus. quod ut praedones animaduerterunt, dimissis militibus abiectisque armis ianuae adpropinquant et clara uoce nuntiant Scipioni non uitae eius hostes, sed uirtutis admiratores uenisse conspectum et congressum tanti uiri quasi caeleste aliquod beneficium expetentes: proinde securum se † nobis spectandum praebere ne grauetur. haec postquam domestici Scipioni retulerunt, fores reserari eosque intromitti iussit. qui postes ianuae tamquam aliquam religiosissimam aram sanctumque templum uenerati cupide Scipionis dexteram adprehenderunt ac diu osculati positis ante uestibulum donis, quae deorum inmortalium numini consecrari solent, laeti, quod Scipionem uidisse contigisset, ad † lares reuerterunt. quid hoc fructu maiestatis excelsius, quid etiam iucundius? hostis iram admiratione sui placauit, spectaculo praesentiae suae latronum gestientis oculos uidit. delapsa caelo sidera hominibus si se offerant, uenerationis amplius non recipient.

3. Et haec quidem uiuo Scipioni, illud autem Aemilio Paulo exanimi contigit: nam cum exéquiae

3 liternina* *A*, *add.* I. P. in literni uilla *margo A e Par.* ‖ 4 uidendum *LA*, I. P. uidendi eius causa *margo A e Par. quod praefert Halm., tollendam uocem cens. Gertz p. 270* ‖ 7 iis *Halm* ‖ 10 nunciante *L* ‖ 11 uirtutes A^1 ‖ 14 nobis *A*, nob *L*, nudis *Wopkens in Arntz. misc. p. 44*, nunc iis *Foertsch III 11*, coram *Wensky p. 5* ‖ 15 rettulerunt *Halm* ‖ 16 iussit (*sed* t *s. l.*) *L* ‖ potes *L* ‖ 17 aliquam *om. dett. nonnulli* ‖ 19 uęstibulum *A* ‖ qui deorum *LA* ‖ 21 contigisse $L^1 A^1$ ‖ lares *LA*, naues *coni. Torrenius*, *id ipsum uel* rates *probat Gertz p. 270, coll. Nepot.* classem conscenderunt, *an* ad classes? ‖ 23 admirationem sui placuit $L^1 A^1$ ‖ 27 haec L^2 *et dett. pleriq.*, hoc *alii*; hae $L^1 A$ ‖ 28 ex*equię *A et sine ras. L*, exseq. *Halm*.

eius celebrarentur ac forte tunc principes Macedoniae legationis nomine Romae morarentur, funebri lecto sponte sua sese subiecerunt. quod aliquanto maius uidebitur, si qui cognoscat lecti illius frontem Macedonicis triumphis fuisse adornatam: quantum enim Paulo tribuerunt, propter quem gentis suae cladium indicia per ora uulgi ferre non exhorruerunt! quod spectaculum funeri speciem alterius triumphi adiecit: bis enim te, Paule, Macedonia urbi nostrae inlustrem ostendit, incolumem spoliis suis, fato functum umeris.

4. Ne fili quidem tui Scipionis Aemiliani, quem in adoptionem dando duarum familiarum ornamentum esse uoluisti, maiestati parum honoris tributum est, cum eum adulescentem admodum a Lucullo consule petendi auxilii gratia ex Hispania in Africam missum Karthaginienses et Masinissa rex de pace disceptatorem uelut consulem et imperatorem habuerunt. ignara quidem fatorum suorum Karthago: orientis enim illud iuuentae decus deorum atque hominum indulgentia ad excidium eius alebatur, ut superius cognomen Africanum capta, posterius euersa Corneliae genti daret.

5. Quid damnatione, quid exilio miserius? atqui P. Rutilio conspiratione publicanorum perculso auctoritatem adimere non ualuerunt. cui Asiam petenti omnes prouinciae illius ciuitates legatos secessum eius opperientes obuiam miserunt. exulare aliquis † loco hoc aut triumphare iustius dixerit.

3 subicerunt *A* ‖ 4 fronte L^1 ‖ 5 adornatum LA^1 ‖ 7 gladium LA^1 ‖ exorruerunt *A* ‖ 8 funeris L^2 ‖ 10 incolumem (*sic h. l.*) *A*, in colonem L^1 ‖ 11 functū A^2 *et margo L*, fulū *L*, fultū A^1 ‖ 12 filii L^2A *Halm* ‖ 13 inaobtionem A^1 ‖ 15 a** lucullo (cl *aut* d *eras.*) *L* ‖ 17 missus L^1A^1 ‖ 18 habuerint L^1 ‖ 23 cornaelio L^1 ‖ 24 atqui *L*, at.q. (q *in ras.*) *A* ‖ 27 ***secessum eius *A*, eius secessum eius *L*, discessum *Par.* ‖ 28 ei aperientes *uel* offerentes *Gertz p. 270* ‖ operientes L^1A^1, I. P. praeripientes *margo A e Par.* ‖ aliquis (*sic*) *LA*, quis *Halm* ‖ loco *suspectum Perizonio om. Halm*, *defenderunt Foertsch II 12, aliter Wensky 1883 p. 638, malim* aliq. dubito hoc an tr. ‖ 29 aut *LA*, an *edd. uett.*, re *Wensky l. c.*

6. C. etiam Marius in profundum ultimarum miseriarum abiectus ex ipso uitae discrimine beneficio maiestatis emersit: missus enim ad eum occidendum in priuata domo Minturnis clausum seruus publicus natione Cimber et senem et inermem et squalore obsitum strictum gladium tenens adgredi non sustinuit et claritate uiri obcaecatus abiecto ferro attonitus inde ac tremens fugit. Cimbrica nimirum calamitas oculos hominis praestrinxit, deuictaeque gentis suae interitus animum comminuit, etiam dis inmortalibus indignum ratis ab uno eius nationis interfici Marium, quam totam deleuerat. Minturnenses autem maiestate illius capti conprehensum iam et constrictum dira fati necessitate incolumem praestiterunt. nec fuit eis timori asperrima Sullae uictoria, cum praesertim ipse Marius eos a conseruando Mario absterrere posset.

7. M. quoque Porcium Catonem admiratio fortis ac sincerae uitae adeo uenerabilem senatui fecit, ut, cum inuito C. Caesare consule aduersus publicanos dicendo in curia diem traheret *et* ob id iussu eius a lictore in carcerem duceretur, uniuersus senatus illum sequi non dubitaret. quae res diuini animi perseuerantiam flexit.

8. Eodem ludos Florales, quos Messius aedilis faciebat, spectante populus ut mimae nudarentur po-

1 miseriarum ultimarum *L* ‖ 2 discriminę *A* ‖ 7 et *L et dett. mei omn.*, sed *in ras. A* ‖ obcecatus *A* ‖ 8 calamitos $L^1 A^1$ ‖ 9 praestrinxit *Halm*, perstricxit L^1, pstrinxit $L^2 A$ ‖ 12 quam] qui eam *margo A* ‖ deleguerat $L^1 A^1$ ‖ 13 conprehensum *nos*, conpressum *LA*, conprensum *Maduig II 318, at Val. breuiorem formam non nouit, cf. III 3, ext. 7; VII 2 ext. 15; VIIII 13, 3 etc.* ‖ 14 dira* *A* ‖ incolomem $L^1 A^1$ ‖ 15 eis *dett.*, ei *LA* ‖ 16 abstere L^1, absterrere — 18 admiratio *om. A, sed* m. porcium catonem *supplet margo A e Par., quae lacuna non est in L et dett.* ‖ 19 sincaerę L^1 ‖ 20 inuicto A^1 ‖ ce*sar*e (*corr. e* rae) *L* ‖ 21 curiam $L^1 A$ ‖ traheret *nos e Par.*, abstraheret *LA*, extraheret *edd. uett.* ‖ et *om. LA* ‖ 25 eodem *Par.*, eosdem $L A^1$ ‖ 26 faciebat] l. P. edebat *margo A e Par.* ‖ populus — 5 *p. seq.* priscum morem io| *in ras. 10 uersuum litteris in longum diductis A* ‖ minime darentur (*sed* ni *m. 2 s. l.*) *L*

stulare erubuit. quod cum ex Fauonio amicissimo sibi una sedente cognosset, discessit e theatro, ne praesentia sua spectaculi consuetudinem impediret. quem abeuntem ingenti plausu populus prosecutus priscum morem iocorum in scaenam reuocauit, confessus plus se maiestatis uni illi tribuere quam sibi uniuerso uindicare. quibus opibus, quibus imperiis, quibus triumphis hoc datum est? exiguum uiri patrimonium, astricti continentia mores, modicae clientelae, domus ambitioni clausa, paterni generis una [inl.] imago, minime blanda frons, sed omnibus numeris perfecta uirtus. quae quidem effecit ut quisquis sanctum et egregium ciuem significare uelit, sub nomine Catonis definiat.

Ext. 1. Dandum est aliquid loci etiam alienigenis exemplis, ut dometicis aspersa ipsa uarietate delectent. Harmodi et Aristogitonis, qui Athenas tyrannide liberare conati sunt, effigies aeneas Xerxes ea urbe deuicta in regnum suum transtulit. longo deinde interiecto tempore Seleucus in pristinam sedem reportandas curauit. Rhodii quoque eas urbi suae adpulsas, cum in hospitium publice inuitassent, sacris etiam *in* puluinaribus conlocauerunt. nihil hac memoria felicius, quae tantum uenerationis in tam paruulo aere possidet.

1 ex fauonio *L et dett. pleriq.*, a fauonio *Par. et in ras. A* ‖ 2 cognosset *L et dett. pleriq.*, cognouisset *Par. et in ras. A. cf. ad III 2, 15. post h. u. add. L et dett. Martialis epigramma I 1 uarie corruptum ascripto Martialis nomine:* martiales (*sic*) nosses iocosae sacrũ cum dulce flore cur in te atrum cato seuere uenisti an ideo tantũ ueneras ut exires discessit et athro ne *L*, *eadem ante ras. fuisse apparet in A* ‖ 3 *litt.* tudinem impedir *in ras. m. 2 L* ‖ 4 ab**euntẽ *L* ‖ 5 reuocarunt *LA*, *em. in edd. uett.* ‖ 6 maiestati unius illius *Wensky 1884 p. 782* ‖ 7 uniuersos *A*[2] ‖ 9 clientelę (i *corr. ex* u?) *L* ‖ 10 una] *add.* inl (*eademq. nota in mrg. repetita*) *L*, inl. *A*, *quod ortum e dittographia proximarum litt.* im *deleui*, *cf. Fleckeis. 1886 p. 63*, inlustris *e cod. Leidens. Torrenius Halm*, nulla imago *Foertsch I 11* ‖ 16 aspaersa (ae *corr. ex* a) *L* ‖ ueritate *L* ‖ 17 harmodii *A Halm* ‖ tyranni deliberare *L*[1] *A*[1] ‖ 20 pistrinam *L* ‖ 23 in *om. LA*, *suppl. Halm e Par.*

2. Quantum porro honoris Athenis Xenocrati, sapientia pariter ac sanctitate claro, tributum est! cum testimonium dicere coactus ad aram accessisset, ut more eius ciuitatis iuraret omnia se uere retulisse, uniuersi iudices consurrexerunt proclamaruntque ne ius iurandum diceret, quodque sibimet ipsis postmodum dicendae sententiae loco remissuri non erant, sinceritati eius concedendum existimarunt.

LIBER TERTIVS.

Adtingam quasi cunabula quaedam et elementa uirtutis, animique procedente tempore ad summum gloriae cumulum peruenturi certo cum indolis experimento datos gustus referam.

I. DE INDOLE.

1. Aemilius Lepidus puer etiam tum progressus in aciem hostem interemit, ciuem seruauit. cuius tam memorabilis operis index est in Capitolio statua bullata et incincta praetexta senatus consulto posita: iniquum enim putauit eum honori nondum tempestiuum uideri, qui iam uirtuti maturus fuisset. praecucurrit igitur Lepidus aetatis stabilimentum fortiter faciendi celeritate duplicemque laudem e proelio retulit, cuius eum uix spectatorem anni esse patieban-

1 senocrati* *L*, xenocrati* (s *eras. uid.*) *A* || 3 cum *LA*[1], qui cum *A*[2], is cum *margo A* || diceret *L*[1]*A*, diceret et *L*[2] || 4 rettulisse *Halm* || 6 dicere *L*[1]*A*[1] || 7 sci*entiae *L*[1]*?* || 8 existimarunt (u *in ras.*) *L*

9 EXPLIC. LIB' SECVNDVS INCIP̄. TERTIVS *LA* || 12 culmen *Colerus*, *at u. VII 1, 1; VIII 7 init.* || 13 gestus *A*[2] || 15 laepidus *LA* || etiamnum *A*[2] *et margo A e Par.* || 17 memor*bilis (i *eras. uid.*) *L* || 18 ex s. c. *Par.* || posite *A*[1], positae *L*[1]. *an* posita ei *recte, ut uid.*, *Gertz**. *cf. Par.* || 20 praecucurrit *nos*, *cf. I 8, 10; VI 9, 13; VIIII 12, 7*, praecurrit *LA* || 22 rettulit *Halm*

tur: arma enim infesta et destricti gladii et discursus telorum et aduentantis equitatus fragor et concurrentium exercituum impetus iuuenibus quoque aliquantum terroris incutit, inter quae gentis Aemiliae pueritia coronam mereri, spolia rapere ualuit.

2. Hic spiritus ne M. quidem Catonis pueritiae defuit: nam cum in domo M. Drusi auunculi sui educaretur, et ad eum tribunum pl. Latini de ciuitate inpetranda conuenissent, a Q. Poppedio Latii principe, Drusi autem hospite, rogatus ut socios apud auunculum adiuuaret, constanti uultu non facturum se respondit. iterum deinde ac saepius interpellatus in proposito perstitit. tunc Poppedius in excelsam aedium partem leuatum abiecturum inde se, nisi precibus obtemperaret, minatus est: nec hac re ab incepto moueri potuit. expressa est itaque illa uox homini: 'gratulemur nobis, Latini et socii, hunc esse tam paruum, quo senatore ne sperare quidem nobis ciuitatem licuisset'. tenero ergo animo Cato totius curiae grauitatem percepit perseuerantiaque sua Latinos iura nostrae ciuitatis adprehendere cupientes reppulit.

Idem, cum salutandi gratia praetextatus ad Sullam uenisset et capita proscriptorum in atrium adlata uidisset, atrocitate rei commotus paedagogum suum nomine *Sarpedonem* interrogauit quapropter nemo

1 destricta A^1, districti A^2 ‖ descursus L^1A^1 ‖ 2 aduentantes L^1A^1 ‖ aequitatus *sic semper fere* L^1 ‖ 4 quae *in ras.* *A* ‖ 5 pueritiam L^1A^1 ‖ 7 in *m. 2 s. l.* *L* ‖ 9 uenissent *Par.* ‖ latii *L*, latini *A*, latino *E*, latinorum *dett. pauci Halm, fort.* latini nominis *Vorstius et Halm* ‖ 13 Poppedius *add.* eum *Par.* ‖ 14 latum *Par.* ‖ abiectu* (*add.* rũ *s. l.*) *L* ‖ 15 se *om. Par.* ‖ obtemperare L^1A^1 ‖ nec ac L^1A^1 ‖ 16 ab *om. Par.* ‖ moueri A^2 *Par.*, more L^1, mouere L^2, morere A^1 ‖ 17 hominum *LA*, *em. Lipsius*, homini tum *Foertsch II 12*, homini: congratulemur *Gertz** ‖ 18 parum A^1 ‖ senatorẽ L^1, senatore* *A* ‖ ne desperarẽ L^1, ne de*|sperare *A* ‖ 20 percepit *L dett. omn. et litt.* per *in ras. A*, praecepit *Perizonius Halm, at u. VIII 7 ext. 2* ‖ 23 praetexatus *A* ‖ 25 pedagogum *L Par. et litt.* dagogum *in ras. A* ‖ *litt.* suum — interroga *in ras. A e Par.* ‖ 26 nominẽ (*prim. litt. in ras.*) *L* ‖ Sarpedonem *om. L Γ*

inueniretur, qui tam crudelem tyrannum occideret: cumque is non uoluntatem hominibus, sed facultatem deesse, quod salus eius magno praesidio militum custodiretur, respondisset, ut ferrum sibi daret obsecrauit, adfirmando perfacile se eum interfecturum, quod in lecto illius considere soleret. paedagogus et animum Catonis agnouit et propositum exhorruit eumque postea ad Sullam excussum semper adduxit. nihil hoc admirabilius: puer in officina crudelitatis deprehensum uictorem non extimuit tum maxime consules, municipia, legiones, equestris ordinis maiorem partem trucidantem. ipsum Marium illo loci statuisses, celerius aliquid de sua fuga quam de Sullae nece cogitasset.

3. Cuius filium Faustum C. Cassius condiscipulum suum in schola proscriptionem paternam laudantem ipsumque, cum per aetatem potuisset, idem facturum minitantem colapho percussit. dignam manum, quae publico parricidio se non contaminaret.

Ext. 1. Et ut a Graecis aliquid, Alcibiades ille, cuius nescio utrum bona an uitia patriae perniciosiora fuerint — illis enim ciues suos decepit, his adflixit —, cum adhuc puer ad Periclen auunculum suum uenisset eumque secreto tristem sedentem uidisset, interrogauit quid ita tantam in uultu confusionem gereret. at illo dicente mandatu se ciuitatis propylaea Mineruae, quae sunt ianuae arcis, aedificasse consumptaque in id opus ingenti pecunia non inuenire quo pacto ministerii rationem redderet atque ideo conflictari, 'ergo' inquit 'quaere potius quem-

3 deesset L^1A^1 ‖ salus eius *dett.*, salu eius (*sed* eius *in ras.*) L^1, sylla *in ras. maiore* *A* ‖ 6 pedagogus *LA* ‖ 9 puero A^2 ‖ officinas *LA* ‖ 10 deprehensum *Novak*, deprehensus *LA Halm* ‖ cum *LA* ‖ 13 statuisset LA^1. statuisset ut A^2, *em. Lipsius* ‖ 16 scola *A* ‖ 17 per aetatem (*sed* em *m. 2*) *L*, primum *Par.* ‖ 18 colapho *in ras.* *A*, c*olafo (h *eras. uid.*) *L* ‖ 19 *litt.* quae publico par *in ras.* *A* ‖ non *m. 2 punctat.* *L* ‖ 22 ille — hic LA^1 ‖ 26 mandatu (*m. 2 corr.* to) *L Par.* ‖ propylaea *in ras.* *A e Par.*, propyla *L et dett.* ‖ 28 consumtaq. L^1

admodum rationem non reddas'. itaque uir amplissimus et prudentissimus suo consilio defectus puerili usus est atque id egit, ut Athenienses finitimo inplicati bello rationibus exigendis non uacarent. sed uiderint Athenae utrum Alcibiadem lamententur an glorientur, quoniam adhuc inter execrationem hominis et admirationem dubio mentis iudicio fluctuatur.

II. Nos quia iam initia procursusque uirtutis patefecimus, actum ipsum persequemur, cuius ponderosissima uis et efficacissimi lacerti in fortitudine consistunt.

DE FORTITVDINE.

Nec me praeterit, conditor urbis nostrae, Romule, principatum hoc tibi in genere laudis adsignari oportere. sed patere, obsecro, uno te praecurri exemplo, cui et ipse aliquantum honoris debes, quia beneficio illius effectum est ne tam praeclarum opus tuum Roma dilaberetur.

1. Etruscis in urbem ponte sublicio inrumpentibus Horatius Cocles extremam eius partem occupauit totumque hostium agmen, donec post tergum suum pons abrumperetur, infatigabili pugna sustinuit atque, ut patriam periculo inminenti liberatam uidit, armatus se in Tiberim misit. cuius fortitudinem dii immortales admirati incolumitatem sinceram ei praestiterunt: nam neque altitudine deiectus quassatus[ue] nec pondere armorum pressus nec ullo uerticis circuitu actus ne telis quidem, quae undique congerebantur, laesus tutum natandi euentum habuit. unus itaque tot ciuium, tot hostium in se oculos conuertit,

5 alchibiadem *L*A^1 || 6 exsecrationem *Halm* || 7 fluctuantur *maluit Pighius* || 9 *an* persequamur? *Novak* || 13 romulę A^1 || 20 honoratius A^1 || codes L^1 || 21 postergum *A* || 22 pons *om. Par.* || 24 misit *A Par.*, mi*sit (s *eras.*) *L*, inmisit *probabiliter Stanger, at u. Ouid. met. IIII 528; id. am. III 6, 80* || 25 incolomitatem L^1A^1 || sincere *mauult Gertz** || 26 quassatus *D Lipsius*, quassatusue *LA* || 28 nec telis (c *m. 2 s. l.*) *L* || 29 nandi *Par.* || 30 tot hostium tot ciuium *in ras. A, ut nos L dett.*

stupentes illos admiratione, hos inter laetitiam et metum haesitantes, unusque duos acerrima pugna consertos exercitus, alterum repellendo, alterum propugnando distraxit. denique unus urbi nostrae tantum scuto suo quantum Tiberis alueo munimenti attulit. quapropter discedentes Etrusci dicere potuerunt: Romanos uicimus, ab Horatio uicti sumus.

2. Immemorem me propositi mei Cloelia facit, paene eadem [enim] tempestate, certe aduersus eundem hostem et in eodem Tiberi inclytum ausa facinus: inter ceteras enim uirgines obses Porsennae data hostium nocturno tempore custodiam egressa equum conscendit celerique traiectu fluminis non solum obsidio se, sed etiam metu patriam soluit, uiris puella lumen uirtutis praeferendo.

3. Redeo nunc ad Romulum, qui ab Acrone Caeninensium rege ad dimicandum prouocatus, quamquam et numero et fortitudine militum superiorem se crederet, tutiusque erat toto cum exercitu quam solum in aciem descendere, sua potissimum dextera omen uictoriae corripuit. nec incepto eius fortuna defuit: occiso enim Acrone fusisque hostibus opima de eo spolia Ioui Feretrio retulit. hactenus istud, quia publica religione consecrata uirtus nulla priuata laudatione indiget.

4. Ab Romulo proximus Cornelius Cossus eidem deo spolia consecrauit, cum magister equitum ducem

1 admirationem $L^1 A^1$ ‖ 2 haesitantis L^1, haesitantes $L^2 A$ ‖ 6 discedentes (dis *in ras.*) *L* ‖ 8 propositumei A^1 ‖ facit, paene *nos*, paene facit. *prior. edd.* ‖ 9 enim *del. Lipsius*, *nec recte defendit Foertsch II 13* ‖ 11 I. P. porsinae *margo A e Par.*[1], porsenae *Par.*[2] ‖ 12 hostium *coni. Halm*, *et sic L*, hosti *A*, *quod del. Perizonius*, *om. Par.*, hostis *Foertsch l. c.*, hostili *Gertz**, furtim *Wensky 1883 p. 638* ‖ custodia A^2 *Par.* ‖ 14 obsidio se *Perizonium secuti Gelbke p. 6 et Eberhard p. 162*, *cf. Tac. ann. XI 10*, obsidione *LA Halm* ‖ metu patriam metu *L*, patriam turpitudine *Par.* ‖ metu — 16 Caeninensium *in ras. A* ‖ 16 macrone (m *m. 2 s. l.*) *L* ‖ lumine uirtutis praeferenda *in ras. A*, *ut nos LBC* ‖ 22 *acrone (m *eras. uid.*) *A*, macrone *L* ‖ 23 de eo] deo *A* ‖ rettulit *Halm* ‖ 27 dō *L* ‖ *equitum *A*

Fidenatium in acie congressus interemisset. magnus initio huiusce generis inchoatae gloriae Romulus: Cosso quoque multum adquisitum est, quod imitari Romulum ualuit.

5. Ne M. quidem Marcelli memoriam ab his exemplis separare debemus, in quo tantus uigor animi fuit, ut apud Padum Gallorum regem ingenti exercitu stipatum cum paucis equitibus inuaderet, quem protinus obtruncatum armis exuit eaque Ioui Feretrio dicauit.

6. Eodem et uirtutis et pugnae genere usi sunt T. Manlius Torquatus et Valerius Coruinus et Aemilianus Scipio. hi etiam ultro prouocatos hostium duces interemerunt, sed quia sub alienis auspiciis rem gesserant, spolia Ioui Feretrio non posuerunt consecranda.

Idem Scipio Aemilianus, cum in Hispania sub Lucullo duce militaret atque Intercatia, praeualidum oppidum, circumsederetur, primus moenia eius conscendit. neque erat in eo exercitu quisquam aut nobilitate aut animi indole aut futuris actis, cuius magis saluti parci et consuli deberet. sed tunc clarissimus quisque iuuenum pro amplificanda et tuenda patria plurimum laboris ac periculi sustinebat, deforme sibi existimans, quos dignitate praestaret, ab his uirtute superari. ideoque Aemilianus hanc militiam aliis propter difficultatem uitantibus sibi depoposcit.

2 inchoato *haud male Gertz p. 271 docens* initium inchoare *Liuium quoque dixisse XXXVIIII 23, 5 et Tacitum Germ. 30, malim tamen* inchoata gloria ‖ 3 Cossoque multum *Gertz l. c. an* multum laudis? ‖ 10 dedicauit *Par.* ‖ 12 mallius *LA* ‖ torqua*t' *L* ‖ 13 prouocatos *LA*, prouocatores *non male Torrenius, sed nescio an Val. h. quoque loco ut saepe in rebus notissimis errauerit*, prouocati *dett. pauci*, prouocantes *Pighius*, prouocantis *Halm* ‖ 15 potuerunt LA^1 ‖ 17 Item LA^1 ‖ hispania (h *in ras.*) *L* ‖ 18 praeualidum (*litt.* lidum *in ras.*) *A* ‖ 19 circumsideretur A^2 *Par.*[2] ‖ conscentiit L^1 ‖ 21 indole ad futuros actus *Novak, Listy XI 2*, indole aut futuri ⟨praes⟩agiis *Gertz**, *an excidit* ei par.? ‖ 27 quitantibus (q *eras.*) *L*

7. Magnum inter haec fortitudinis exemplum antiquitas offert. Romani Gallorum exercitu pulsi, cum se in Capitolium et in arcem conferrent, inque his collibus morari omnes non possent, necessarium consilium in plana parte urbis relinquendorum seniorum ceperunt, quo facilius iuuentus reliquias imperii tueretur. ceterum ne illo quidem tam misero tamque luctuoso tempore ciuitas nostra uirtutis suae oblita est: defuncti enim honoribus apertis ianuis in curulibus sellis cum insignibus magistratuum, quos gesserant, sacerdotiorumque, quae erant adepti, consederunt, ut et ipsi in occasu suo splendorem et ornamenta praeteritae uitae retinerent et plebi ad fortius sustinendos casus suos * * *. uenerabilis eorum aspectus primo hostibus fuit et nouitate rei et magnificentia cultus et ipso audaciae genere commotis. sed quis dubitaret quin et Galli et uictores illam admirationem mox in risum et in omne contumeliae genus conuersuri essent? non expectauit igitur hanc iniuriae maturitatem M. Atilius, uerum barbam suam permulcenti Gallo scipionem uehementi

2 romani (i *in ras.*) *L* ‖ 3 capitolio et i (*sic*) arcē *L* ‖ 7 ullo**dem (*s. l. m. 2 add.* qi) *L* ‖ 9 curullibus *L*[1]*A*[1] ‖ 11 sacerdotiorum quaeq. erant *LA*[1] ‖ 13 et* plebi *L*, et plebi (*corr.* plebe) *A et sine litura dett. mei omn.*, *fort.* et obsessis *Halm* ‖ 14 fortium (*sic*, *non* fostium) *LA*, *fort.* hostium *Halm*, *at u. N. Q. p. 22* ‖ suos *L*, suo* (s *in fin. eras. uid.*) *A*. *post h. u., cum librarius quidam occulis deceptus aberrasset ad u. 12.* occasu suo, *repetiuit quae iam antea scripserat* splendorem et ornamenta praeteritae uitae retinerent uenerabilis *LA*. *enuntiati hoc lapsu mutilati extremam partem alii aliter suppleuerunt:* et plebi ad fortius sustinendos casus (*coll. VII 5 init.*) suo exemplo animos confirmarent *nos in ed. mai.*, *cf. § 8*, casus suo exemplo animos facerent *Maduig II 319*, animos adderent. Summae admirationi (*coll. Par.*) *Gertz**, *fort.* et obsessis ad hostium sustinendos incursus animos adderent *Halm*, *cf. etiam Foertsch III 11, Eberhard p. 162*, *Blaum p. 36* ‖ 19 expectabit *A*[1] ‖ 20 maturitatem (*extrema litt. in ras.*) *A* ‖ g. atillius (*prior* l *eras.*) *L*, g. atilius *dett. omn.*, *ut nos Par. A*[2], M. Papirius *est Liu. V 41, 9 et Plut. Camill. 22* ‖ 21 uehementi* (i *in litura*) *A*

ictu capiti inflixit eique propter dolorem ad se occidendum ruenti cupidius corpus obtulit. capi ergo uirtus nescit, patientiae dedecus ignorat, fortunae succumbere omni fato tristius ducit, noua et speciosa genera interitus excogitat, si quisquam interit, qui sic extinguitur.

8. Reddendus est nunc Romanae iuuentuti debitus gloriae titulus, quae C. Sempronio Atratino consule cum Volscis apud Verruginem parum prospere dimicante, ne acies nostra iam inclinata propelleretur, equis delapsa se ipsa *centuriauit atque in* hostium exercitum inrupit. quo demoto proximum tumulum occupauit effecitque ut omnis Volscorum conuersus impetus legionibus nostris ad confirmandos animos salutare laxamentum daret. itaque, cum iam de tropaeis statuendis cogitarent, proelium nocte dirimente uictoresne an uicti discederent incerti abierunt.

9. Strenuus ille quoque flos ordinis equestris, cuius mira uirtute Fabius Maximus Rullianus magister equitum bello, quod aduersus Samnites gerebatur, male commissi proelii crimine leuatus est: namque Papirio Cursore propter auspicia repetenda in urbem proficiscente castris praepositus ac uetitus in aciem exercitum ducere, nihilo minus manus cum hoste, sed tam infeliciter quam temere conseruit: procul enim dubio superabatur. ceterum optimae

1 inflixit (ixi *in ras.*) *L*, inflexit *A*[1] ‖ 2 uenienti *Par.* ‖ 3 patientia *LA*, *ut nos dett. pauci* ‖ 4 succumbe**re *L* ‖ fa*to (c *eras.?*) *L* ‖ 5 interius *L* ‖ interiit *A*[1] *et* (*altera* i *s. l.*) *L* ‖ 8 titulus*c (q̄ *eras.?*) *A* ‖ 10 dimicantẽ *L*[1] ‖ 11 centuriauit atque *margo A e Par.*, *om. AL* ‖ in *nos*, *om. LA Halm*, *at Val. semper praepositione utitur. cf. III 2, 1 et 20; V 6, 5; VI, 9, 14; VIII 6, 2; VIIII 15, 5. uno loco VIII 7 ext. 7 Val. codd.* domum ‖ 13 etfecitq. *LA* ‖ conuersus *LA*, in se conu. *edd. uett.*, eo uersus *uel* conuers. eo *Gertz p. 271*; *an* conuersus in eum (*sc. tumulum*)? ‖ 15 tropheis *L*, trophęis *A* ‖ 19 rutilianus *LA Par.*, *ut II 7, 8* ‖ 22 papyrio *A* ‖ 23 proficiscente* *LA* ‖ 24 *malim* educere, *ut II 7, 8* ‖ nihil hominus *L*[1] ‖ 25 sed ata men (*corr.* sedata tamen *m. 1?*) *L*, sed *tam (*corr. ut uid. e* sed et tam̃) *A*, sed non tam *edd.* ‖ infeliciter *nos e cod. Bituricensi*, feliciter *LA*

indolis iuuentus detractis equorum frenis uehementer eos calcaribus stimulatos in aduersos Samnites egit obstinataque animi praesentia extortam manibus hostium uictoriam et cum ea spem maximi ciuis [Rulliani] patriae restituit.

10. Qualis deinde roboris illi milites, qui uehementi ictu remorum concitatam fuga Punicam *classem nantes lubricis pelagi quasi cam*porum firmitate pedites in litus retraxerunt?

11. Eiusdem temporis et notae miles, qui Cannensi proelio, quo Hannibal magis uires Romanorum contudit quam animos fregit, cum ad retinenda arma inutiles uulneribus manus haberet, spoliare se conantis Numidae ceruicem conplexus os naribus et auribus corrosis deforme reddidit inque plenis ultionis morsibus expirauit. sepone iniquum pugnae euentum, quantum interfectore fortior interfectus! Poenus enim in uictoria obnoxius morienti solacio fuit, Romanus in ipso fine uitae uindex sui extitit.

12. Militis hic in aduerso casu tam egregius uirilis animus, quem relaturus sum imperatoris: P. enim Crassus cum Aristonico bellum in Asia gerens a Thracibus, quorum is magnum numerum in praesidio habebat, inter Elaeam et Zmyrnam exceptus,

1 iuuentis L^1 ‖ 4 ea* *LA* ‖ rulliani LA^1, rutiliani A^2, *delend. esse uidit Perizonius* ‖ 7 concitatem L^1 ‖ fuga *Guyetus*, fugae *LA* ‖ punicam porum *LA* (*omissis* classem nantes lubricis pelagi quasi cam, *quae suppl. m. 2 margo A* ‖ 8 nantes] *participium aliquod uelut* innixi *addend. cens. Gertz p. 272, recte, ni fallor* ‖ 10 qui *mihi delend. uid.* ‖ canensi *L* ‖ 12 contulit (*sed corr. in mrg.*) *L* ‖ 13 conatis numidam L^1, *litt.* nantis numidę *in ras. A e Par.* ‖ 14 amplexus *Par.* ‖ os *om. Par.* ‖ 15 adrosis *Par.* ‖ deformẽ *A Par.*, *ut nos L* ‖ 17 quam tum *A* ‖ 18 uictoriam LA^1 ‖ morientis solatio *L et litt.* mori *in ras. A*, morientis ultioni *Wensky 1884 p. 783* ‖ 20 milites L^1A^1 ‖ causa L^1 ‖ egregie A^2, egregius tamque *dett. omn. cf. Foertsch II 14* ‖ 21 quem *nos Eberhardium p. 159 et Gelbkium p. 26 secuti*, quam *LA Halm*, quam quem *D* ‖ 23 tharacib; L^1A^1 ‖ his L^1 ‖ 24 eleam *LA Par.* ‖ s*mirnam (i *eras. uid.*) *L*, smirnam *A*, I. P. zmirnam *margo A*, smyrnam $Par.^2$, *scrib. uid.* Myrinam *e Frontin. strat. IIII 5, 16*

ne in dicionem eius perueniret, dedecus arcessita ratione mortis effugit: uirgam enim, qua ad regendum equum usus fuerat, in unius barbari oculum direxit. qui ui doloris accensus latus Crassi sica confodit, dumque se ulciscitur, Romanum imperatorem maiestatis amissae turpitudine liberauit. ostendit fortunae Crassus quam indignum uirum tam graui contumelia adficere uoluisset, quoniam quidem iniectos ab ea libertati suae miserabiles laqueos prudenter pariter ac fortiter rupit donatumque se iam Aristonico dignitati suae reddidit.

13. Eodem mentis proposito usus est Scipio *Metellus*: namque infeliciter Cn. Pompei generi sui defensis in Africa partibus classe Hispaniam petens, cum animaduertisset nauem, qua uehebatur, ab hostibus captam, gladio praecordia sua transuerberauit, ac deinde prostratus in puppi quaerentibus Caesarianis militibus ubinam esset imperator respondit 'imperator se bene habet', tantumque eloqui ualuit, quantum ad testandam animi fortitudinem aeternae laudi satis erat.

14. Tui quoque clarissimi excessus, Cato, Vtica monumentum est, in qua ex fortissimis uulneribus tuis plus gloriae quam sanguinis manauit: si quidem constantissime in gladium incumbendo magnum hominibus documentum dedisti, quanto potior esse debeat probis dignitas sine uita quam uita sine dignitate.

15. Cuius filia minime muliebris animi. quae, cum Bruti uiri sui consilium, quod de interficiendo ceperat Caesare, ea nocte, quam dies taeterrimi facti secutus est, cognosset, egresso cubiculum Bruto cul-

3 ocillum L^1 ‖ 4 confodit — 12 mentis *in ras. m. 2 A* ‖ 6 turpitudinē L^1 ‖ hostendit L^1 ‖ 12 metellus *margo A e Par., om. LA dett.* ‖ 14 cla*sę *L*, clausae A^1 ‖ 29 minimo *L* ‖ 30 ceperat (at *in ras.*) *L* ‖ 32 *an* insecutus *ex more Val.? cf. I 7, 1; 4 ext. 2; 6, 9; VII 2 ext. 2; VIIII 1, 4* ‖ cognouisset *Par., at u. II 10, 8; IIII 4, 6 et 6, 5; V 5, 3; VI 8, 6; VIIII 3, 1 et 11, 6*

tellum tonsorium quasi unguium resecandorum causa poposcit eoque uelut forte elapso sę uulnerauit. clamore deinde ancillarum in cubiculum reuocatus Brutus obiurgare eam coepit, quod tonsoris praeripuisset officium. cui secreto Porcia 'non est hoc' inquit 'temerarium factum meum, sed in tali statu nostro amoris mei erga te certissimum indicium: experiri enim uolui, si tibi propositum parum ex sententia cessisset, quam aequo animo me ferro essem interemptura'.

16. Felicior progenie sua superior Cato, a quo Porciae familiae principia manarunt. qui cum ab hoste in acie uehementer † paruulo peteretur, uagina gladius eius elapsus decidit. quem subiectum proeliantium globo atque undique hostilibus pedibus circumdatum postquam abesse sibi animaduertit, adeo constanti animo in suam potestatem redegit, ut illum non periculo oppressus rapere, sed metu uacuus sumere uideretur. quo spectaculo adtoniti hostes postero die ad eum supplices pacem petentes uenerunt.

17. Togae quoque fortitudo militaribus operibus inserenda est, quia eandem laudem foro atque castris edita meretur. cum Ti. Gracchus in tribunatu profusissimis largitionibus fauore populi occupato rem publicam oppressam teneret palamque dictitaret interempto senatu omnia per plebem agi debere, in aedem Fidei Publicae conuocati patres conscripti a consule Mucio Scaeuola quidnam in tali tempestate faciendum esset deliberabant, cunctisque censentibus ut consul armis rem publicam tueretur, Scaeuola

2 lapso *Par.* ‖ 3 cubiculo *LA*[1] ‖ 4 cepit *A*[1] ‖ 6 nostro (*extrem.* o *in ras.*) *L* ‖ 8 uoluistibi *L*[1]*A*[1] ‖ 11 progenia *A*[1] ‖ 13 uehementi tragula *margo A*, uehementis p̄lii *A*[2], uehementer percito *Vorstius*, u. sparulo *Perizonius*, u. praeualido *Foertsch I 11*, u. perculsus *Heller in Philol. 1868 p. 345 et Blaum p. 36*, u. perculsus laberetur *Wensky p. 6*, u. paruulo ⟨ex interuallo⟩ *Novak List. XI p. 2* ‖ 14 praeliantium *L* ‖ 18 metu] me *A*[1] ‖ 22 qui eadem laude *L*[1]*A*[1] ‖ 23 t. gracchus *LA* ‖ 24 aucupato *Lipsius* ‖ 28 sceuola *L* ‖ 30 sceuola *A*

negauit se quicquam ui esse acturum. tum Scipio Nasica, 'quoniam' inquit 'consul, dum iuris ordinem sequitur, id agit, ut cum omnibus legibus Romanum imperium corruat, egomet me priuatus uoluntati uestrae ducem offero', ac deinde laeuam manum *ima* parte togae circumdedit sublataque dextra proclamauit: 'qui rem publicam saluam esse uolunt me sequantur', eaque uoce cunctatione bonorum ciuium discussa Gracchum cum scelerata factione quas merebatur poenas persoluere coegit.

18. Item, cum tr. pl. Saturninus et praetor Glaucia et Equitius designatus tr. pl. maximos in ciuitate nostra seditionum motus excitauissent, nec quisquam se populo concitato opponeret, primum M. Aemilius Scaurus C. Marium consulatum sextum gerentem hortatus est ut libertatem legesque manu defenderet protinusque arma sibi adferri iussit. quibus allatis ultima senectute confectum et paene dilapsum corpus induit spiculoque innixus ante fores curiae constitit ac paruulis et extremis spiritus reliquiis ne res publica expiraret effecit: praesentia enim animi sui senatum et equestrem ordinem ad uindictam exigendam inpulit.

19. Sed ut armorum togaeque prius, nunc etiam siderum clarum decus, diuum Iulium, certissimam

1 ui *dett. omn. Par. et corr. ex* iu *L, om. A* ‖ 5 leuã *A* ‖ manum aparte *L* A^1, manum parte A^2 *Par. Halm*, manum aperte *dett.*, laeuam ima parte (*om.* manum) *Stanger, coll. Vell. II 3, 1*, laeuam manum *ima* parte *nos. cf. etiam Plut. Ti. Gracch. 19, App. ciu. I 16* (τὸ κράσπεδον τοῦ ἱματίου). *idem inuenit Gertz** ‖ 11 et praetor — equitius *in ras. A*, I. P. tr. p. saturninus et equitius et praetor g. *margo A* ‖ 18 poenae A^1 ‖ 19 constitit] stetit *Par.*, de hoc add. I. P. ictuq: saxi uulneratus est *margo A e Par.*, ictu quoque saxi uulneratus (*om.* ac) *post* constitit *inserend. putat Gertz*, at u. praef. ed. meae mai. p. 52* ‖ 20 et extremis sp. *nos coll. VIIII 12 ext. 8; III 8, 5*, et extremi sp̄s (*sic*) A^1, extremis ps (*sic*) L^1, extremi sp̄ (*om.* et) L^2 A^2 *Halm* ‖ 24 amorum *L* A^1 ‖ togaeque prius *Vahlen mus. Rhen. XI 588*, togae superius *L* A^1, et togae superius A^2 *Halm*, *cui* superius *idem uid. esse quod* superiore tempore *uel* in superiore uita

uerae uirtutis effigiem, repraesentemus, cum innumerabili multitudine et feroci impetu Neruiorum inclinari aciem suam uideret, timidius pugnanti militi scutum detraxit eoque tectus acerrime proeliari coepit. quo facto fortitudinem per totum exercitum diffudit labentemque belli fortunam diuino animi ardore restituit. idem alio proelio legionis Martiae aquiliferum ineundae fugae gratia iam conuersum faucibus conprehensum in contrariam partem † detraxit dexteramque ad hostem tendens 'corsum tu' inquit 'abis? illic sunt cum quibus dimicamus'. et manibus quidem unum militem, adhortatione uero tam acri omnium legionum trepidationem correxit uincique paratas uincere docuit.

20. Ceterum ut humanae uirtutis actum exequamur, cum Hannibal Capuam, in qua Romanus exercitus erat, obsideret, Vibius Accaus Paelignae cohortis praefectus uexillum trans Punicum uallum proiecit, se ipsum suosque conmilitones, si signo hostes potiti essent, execratus, et ad id petendum subsequente cohorte primus impetum fecit. quod ut Valerius Flaccus tribunus tertiae legionis aspexit, conuersus ad suos 'spectatores' inquit, 'ut uideo, alienae uirtutis huc uenimus, sed absit istud dedecus a sanguine nostro, ut Romani gloria cedere Latinis

1 repraesentemus. Cum *edd. priores, recte distinxit Vahlen l. c.* ‖ innumerabile L^1A^1 ‖ 2 seruorum *Par.* ‖ 6 diuini *BCD* ‖ 7 ordo restituit LA^1 ‖ marti LA^1 ‖ 8 a*quilif. (*sed* q *m. 2 et* li *s. l.*) *L* ‖ iam *L dett. Par., om. A* ‖ 9 detraxit *LA*, retorsit *Par. Halm*, retraxit *Perizonius*, derexit *Gertz**, *an* detorsit? ‖ 10 cursum L^1A^1. *cf. ad p. 33, 11,* *quorsum* L^2A^2 *Halm* ‖ 13 acrimonium L^1A^1 ‖ 15 exsequamur *Halm et* (s *induct.*) *A* ‖ 16 in qua *etc.*] I. P. quã romanus exercit' obsederat defend. *margo A e Par., Valerium foede errasse docuit Glareanus coll. Liu. XXV 14, 5. cf. etiam N. Q. p. 8* ‖ 17 accaus *Par., u. Huebner, quaest. onom. p. 23 et Weissenborn ad Liu. l. c.*, acceus *LA* ‖ pelignae *LA*, *ut nos Par.* ‖ 18 uallum L^2A^2, bellum L^1A^1 *Par.* ‖ 19 suosq: cõmilitones *in ras. m. 2 A* ‖ si signo *in ras. A e Par.*, si se *L*, *sic aut* si eo *dett.* ‖ 20 exsecratus $Par.^1$ ‖ 25 caedere L^1A

uelimus. ego certe aut speciosam optans mortem aut felicem audaciae exitum uel solus procurrere paratus sum'. his auditis Pedanius centurio conuulsum signum dextra retinens 'iam hoc' inquit 'intra hostile uallum mecum erit: proinde sequantur qui id capi nolunt', et cum eo in castra Poenorum inrupit totamque secum traxit legionem. ita trium hominum fortis temeritas Hannibalem, paulo ante spe sua Capuae potitorem, ne castrorum quidem suorum potentem esse passa est.

21. Quorum uirtuti nihil cedit Q. Occius, qui propter fortitudinem Achilles cognominatus est: nam ut reliqua eius opera non exequar, abunde tamen duobus factis, quae relaturus sum, quantus bellator fuerit cognoscetur. Q. Metello consuli legatus in Hispaniam profectus, Celtibericum sub eo bellum gerens, postquam cognouit a quodam gentis huius iuuene se ad dimicandum prouocari — erat autem illi forte prandendi gratia posita mensa —, relicta ea arma sua extra uallum deferri equumque educi clam iussit, ne a Metello inpediretur, et illum Celtiberum insolentissime obequitantem consectatus interemit detractasque corpori eius exuuias ouans laetitia in castra retulit. idem Pyrresum nobilitate ac uirtute omnes Celtiberos praestantem, cum ab eo in certamen pugnae deuocatus esset, succumbere sibi coegit. nec erubuit flagrantissimi pectoris iuuenis gladium

1 optans *nos in Fleckeis. ann. 1886 p. 59*, optaui *L A Halm*, oppetam *Lipsius*, opto mihi *Foertsch III 12*, optarim *Novak*, speciosum optans uitae aut (*del.* mortem) *W. Boehme in Fleckeis. ann. 1886 p. 799* ‖ 2 felices A^2 ‖ excitus 'L^1, exitus *A*, excitũ L^2, *post h. u. plenius* (:) *distinxit Halm* ‖ procurrere *nos ibid.*, praecurrere *L A Halm* ‖ 3 pedanius *Par.*, padanius *L A* ‖ 4 dextra* *L*, dextram A^1 ‖ 5 sequatur L^1 ‖ 6 capi*lunt (*m. 2 s. l.* no *add.*) *L* ‖ inrupitotamq., *ut uid.*, L^1 ‖ 7 legionum L^1 ‖ 9 petitorem L^1, potiorem A^1 ‖ potentem (n. *s. l.*) *L*, potientem A^2 ‖ 11 cedet, *ut uid.*, L^1 ‖ 15 consuli *Halm*, coñs *L A*, consule *priores edd.* ‖ 18 aerat L^1 ‖ 22 obęquitatem *L* A^1, obsequitantem *Par.* ‖ 23 exubias ouans laetitiam *L A* ‖ 24 rettulit *Halm* ‖ pyresum *L* ‖ 27 fraglantissimi *L A*

ei suum et sagulum utroque exercitu spectante tradere. ille uero etiam petiit ut hospitii iure inter se iuncti essent, quando inter Romanos et Celtiberos pax foret restituta.

22. Ne Acilium quidem praeterire possumus, qui, cum decumae legionis miles pro C. Caesaris partibus maritima pugna proeliaretur, abscisa dextra, quam Massiliensium naui iniecerat, laeua puppim adprehendit nec ante dimicare destitit quam captam profundo mergeret. quod factum parum iusta notitia patet. at Cynaegirum Atheniensem simili pertinacia in consectandis hostibus usum uerbosa cantu laudum suarum Graecia omnium saeculorum memoriae litterarum praeconio inculca*uit*.

23. Classicam Acilii gloriam terrestri laude M. Caesius Scaeua eiusdem imperatoris centurio subsecutus est: cum pro castello enim, cui praepositus erat, dimicaret, Gnaeique Pompei praefectus Iustuleius summo studio et magno militum numero ad † eum capiendum niteretur, omnes, qui propius accesserant, interemit ac sine ullo regressu pedis pugnans super ingentem stragem, quam ipse fecerat, conruit. cuius capite, umero, femine saucio, oculo eruto, scutum C et XX ictibus perfossum apparuit. talis in ca-

1 introq. A^1 ‖ inspectante *Stanger coll. § 24, ut nos etiam Par.* ‖ 5 atilium *LA, ut nos Par. et Suet. Caes. 68* ‖ 6 decimae *Par.* ‖ 8 massiliensium *in ras. m. 2 A e Par.*, ad silentium *LBC* ‖ iniecerat (ini *in ras.*) leua L^2A ‖ 9 destitit** (*extr.* it *in ras.*) *L* ‖ 10 mersit *Par.* ‖ 11 ad L^1A^1 ‖ cynegirum *LA* ‖ 14 inculcauit *nos*, inculcat *LA* ‖ 15 atilii *LA* ‖ terrestre L^1 ‖ 16 Cassius *Suet. Caes. 68 et Plut. Caes. 16, ut nos LA Par.* ‖ 18 gneique *LA* ‖ Iustuleius *Halm*, iustuletus *in ras. A e Par.*, iussu eius *L et dett. cf. C. I. L. VI p. 3 n. 20229* ‖ 20 eum *LA Par.*, locum *Foertsch I 12 Halm* ‖ niteretur *Par. et in ras. A*, mitteretur *L et dett.* ‖ prope *Par.* ‖ 21 pedis *Gelbke. cf. Eberhard p. 162*, pedes *LA Halm* ‖ 22 fecerant A^1 ‖ 23 femine L^1 ‖ saucium LA^1, *an* saucii ‖ scutum c (*in ras. 11 uel 12 litterarum*) *A*, scutum unum (*corr.* uno) et *L* ‖ 24 CXX *Par.* ‖ apparauit A^1 *add.* ipse interuentu commilitonum seruatus *Par., quae nescio an Valerio post* conruit *inserta restituenda sint addito extremo loco* est. *cf. Plut. Caes. 16*

stris diui Iuli disciplina milites aluit, quorum alter dextera, alter oculo amisso hostibus inhaesit, ille post hanc iacturam uictor, hic ne hac quidem iactura uictus.

Tuum uero, Scaeui, inexuperabilem spiritum in utra parte rerum naturae admiratione prosequar nescio, quoniam excellenti uirtute dubium reliquisti inter undasne pugnam fortiorem edideris an in terra uocem miseris: bello namque, quo C. Caesar non contentus opera sua litoribus Oceani claudere Britannicae insulae caelestis iniecit manus, cum quattuor conmilitonibus rate transuectus in scopulum uicinum insulae, quam hostium ingentes copiae obtinebant, postquam aestus regressu suo spatium, quo scopulus et insula diuidebantur, in uadum transitu facile redegit, ingenti multitudine barbarorum adfluente, ceteris rate ad litus regressis solus immobilem stationis gradum retinens, undique ruentibus telis et ab omni parte acri studio ad te inuadendum nitentibus, quinque militum diurno proelio suffectura pila una dextera hostium corporibus adegisti. ad ultimum destricto gladio audacissimum quemque modo umbonis inpulsu, modo mucronis ictu depellens hinc Romanis, illinc Britannicis oculis incredibili, nisi cernereris, spectaculo fuisti. postquam deinde ira ac pudor cuncta conari fessos coegit, tragula femur traiectus saxique pondere ora contusus, galea iam ictibus discussa et scuto crebris foraminibus absumpto, profundo te credidisti ac duabus loricis onustus inter undas, quas hostili cruore infe-

3 ne *in ras. A*, de *L* ‖ 5 Scaeui *nos coll. Dion. Cass. XXXVII 53*, scęua *LA, nec aliter legisse uid. Par.*, sceuola *dett.* ‖ 6 naturae] *add.* maiore *recte, ut uid., Gertz** ‖ 8 terrā *LA*[1] ‖ 9 uocem] *supplendum uid. post h. u.* clariorem *uel* mirabiliorem ‖ emiseris *Stanger cum edd. uett. ut I 8, 8; at u. V 10 ext. 3; I 8, 5; VII 1, 2* ‖ 10 brittannicę *LA* ‖ 13 in copiae (*in mrg. add.* ingentes) *L* ‖ 15 insua deuidebantur *L*[1] ‖ 16 facilem *LA* ‖ Ingenti (*sed* I *in ras.*) *A* ‖ 19 ad euadendum *L*[1]*A*[1], ad inuadendum *L*[2] *dett. multi* ‖ 24 brittannicis *LA* ‖ 26 ir* (ę *eras. uid. et s. l. add.* a) *L* ‖ 30 honustus *L*[1]*A* ‖ infeceras (*sed* f *in ras.*) *A*

ceras, enasti, uisoque imperatore armis non amissis, sed bene inpensis, cum laudem mere*re*ris, ueniam petisti, *quod sine scuto redisses*, magnus proelio, sed maior disciplinae militaris memoria. itaque ab optimo uirtutis aestimatore cum facta tum etiam uerba tua centurionatus honore d*on*ata sunt.

24. Sed quod ad proeliatorum excellentem fortitudinem adtinet, merito L. Sicci Dentati commemoratio omnia Romana exempla finierit, cuius opera honoresque operum ultra fidem ueri excedere iudicari possent, nisi ea certi auctores, inter quos M. Varro, monumentis suis testata esse uoluissent. quem centies et uicies in aciem descendisse tradunt, eo robore animi atque corporis utentem, ut maiorem semper uictoriae partem traxisse uideretur: sex et XXX spolia ex hoste retulisse, quorum in numero octo fuisse *eorum*, cum quibus inspectante utroque exercitu ex prouocatione dimicasset, XIIII ciues ex media morte raptos seruasse, V et XL uulnera pectore excepisse, tergo cicatricibus uacuo: nouem triumphales imperatorum currus secutum, totius ciuitatis oculos in se numerosa donorum pompa conuertentem: praeferebantur enim aureae coronae octo, ciuicae XIIII, murales III, obsidionalis I, torques LXXXIII,

2 mereris L^1A^1 ‖ 3 quod sine scuto redisses *suppleui e Par. cf. Plut. Caes. 16* ‖ 6 donata *ed. Mog.*, data *LA* ‖ 8 L. *in ras. A*, luci *L* ‖ sicci *LCD*, sicii *Γ*, sicinii *B Halm*, sentii *in ras. A e Par.*, Siccius *est Plin. n. h. VII, 28, 101, qui haec e Val. hausit, cf. tamen Mommsen Röm. Forsch. I 109 et mus. Rhen. XVI 347* ‖ commoratio L^1A ‖ 9 finierint L^1 ‖ 12 munumtis A^1 ‖ uoluisset L^1A^1 ‖ quen A^1 ‖ 15 uidetur L^1 ‖ sed et XXX L^1 *add.* I. P. XXVI *margo A e Par.* ‖ 16 retulisset L^1A^1, rettulisse *Halm* ‖ 17 fuisse eorum, cum *Gertz p. 272 e Par.*, *qui* ex his octo eorum *habet*, fuisse, cum *Halm*, fuisse* cum *A* ‖ 18 probatione A^1 ‖ 19 V et XL *LA*, XLV *Par.* ‖ 20 VIII triumphales *Par.* ‖ 21 currus secutum (*litt.* rus *in ras.*) *L et litt.*, currus secu *in ras. A* ‖ 23 donatus aureis coronis ciuicis VIII, muralibus III *Par.* ‖ 24 LXXXIII *Par. cum Plin. n. h. l. c. et Gell. II 11*, CLXXXIII *LA*, *sed add.* I. P. LXXXIII *margo A*

armillae CLX, hastae XVIII, phalerae XXV, ornamenta etiam legioni, nedum militi satis multa.

Ext. 1. Ille quoque ex pluribus corporibus in unum magna cum admiratione Calibus cruor confusus est. in quo oppido cum Fuluius Flaccus Campanam perfidiam principes ciuitatis ante tribunal suum capitali supplicio adficiendo uindicaret litterisque a senatu acceptis finem poenae eorum statuere cogeretur, ultro se ei T. Iubellius Taurea Campanus obtulit et quam potuit clara uoce 'quoniam' inquit, 'Fului, tanta cupiditate hauriendi sanguinis nostri teneris, quid cessas in me cruentam securem destringere, ut gloriari possis fortiorem aliquanto uirum quam ipse es tuo iussu esse interemptum?' eo deinde [dicente] libenter id se fuisse facturum, nisi senatus uoluntate inpediretur, adfirmante, 'at me' inquit, 'cui nihil patres conscripti praeceperunt, aspice, oculis quidem tuis gratum, animo uero tuo maius opus edentem', protinusque interfecta coniuge ac liberis gladio incubuit. quem illum uirum putemus fuisse, qui suorum ac sua caede testari uoluit se Fuluii crudelitatem suggillare quam senatus misericordia uti maluisse?

2. Age, Darei quantus ardor animi! qui, cum sordida et crudeli magorum tyrannide Persas liberaret unumque ex his obscuro loco abiectum corporis pondere urgueret, praeclari operis socio plagam ei

1 pharetrę *LA*, pateras *habet Par., sed* pharetras *in marg.* ‖ XXXV *Par., at u. Plin. et Gell. ll. cc.* ‖ 5 campana perfidia *A*² ‖ 6 principes *L et dett. mei omn.*, principis *A Halm* ‖ 7 adficiendos *L*¹*A* ‖ 9 t. iubelius *LΓ*, titus uibelus (*sic*) *A*, *cf. Liu. XXVI 15* ‖ 11 cupidita*te (n *eras.*) *L* ‖ 12 sec*urem (r *eras. L*) ‖ distringere *LA* ‖ 13 aliquando *LA* ‖ 14 iusso *A*¹ ‖ dicente *LA*, *nos deleuimus* ‖ 15 id *L*² *et dett. multi*, ait *L*¹ *et punctatum A* ‖ 16 adfirmante *om. dett. nonnulli et edd. uett.* ‖ ad mė *A* ‖ 19 sedentem *L*¹*A*¹ ‖ 21 cedę *L* ‖ fuluii (*sic h. l.*) *A*, fuluio *L* ‖ 22 sugillare *LA* ‖ 24 Darei] Gobryae *Pighius coll. Herod. III 78 et Iustin. I 9, at error est ipsius Val.* ‖ 25 crudelia *LA* ‖ 26 ex eis *Par.*, ex iis *Halm* ‖ corporis sui *Par.* ‖ 27 urgiret *L*¹, urgyret *A*¹, urgeret *L*²*A*² ‖ p̃clari* *L*

inferre dubitanti, ne, dum magum petit, ipsum uulneraret, 'tu uero' inquit 'nihil est quod respectu mei timidius gladio utaris: uel per utrumque illum agas licet, dum hic quam celerrime pereat'.

3. Hoc loci Leonidas nobilis Spartanus occurrit, cuius proposito, opere, exitu nihil fortius: nam cum CCC ciuibus apud Thermopylas toti Asiae obiectus grauem illum et mari et terrae Xerxen, nec hominibus tantum terribilem, sed Neptuno quoque conpedes et caelo tenebras minitantem, pertinacia uirtutis ad ultimam desperationem redegit. ceterum perfidia et scelere incolarum eius regionis [et] loci opportunitate, qua plurimum adiuuabatur, spoliatus occidere dimicans quam adsignatam sibi a patria stationem deserere maluit adeoque alacri animo suos ad id proelium, quo perituri erant, cohortatus est, ut diceret 'sic prandete, conmilitones, tamquam apud inferos cenaturi'. mors erat denuntiata: Lacedaemonii, perinde ac uictoria esset promissa, dicto intrepidi paruerunt.

4. Othryadae quoque pugna pariter ac morte † speciosa Thyreatium laude quam spatio latius solum cernitur. qui sanguine suo scriptis litteris dereptam hostibus uictoriam tantum non post fata sua in sinum patriae cruento tropaei titulo retulit.

5. Excellentissimos Spartanae uirtutis prouentus

2 nihil interest *margo A* || 3 utrumque] *add.* nostrum *Par.* || illum *pauci dett.*, illud *LA*, *quod non recte defend. Foertsch I 12* || 4 dummodo hic *Par.* || 7 termophylas *L*, thermophylas *A* Par^1. || 8 mare $L^1 A^1$ || 10 caelo *L*, cado A^1, caho A^2 || 12 et *del. Halm* || opportunitate *om. A, sed add.* oportunitate *inserendum ante* eius *margo A*, opport. loci *Par. Halm,* loci opport. *L et dett. u. N. Q. p. 14* || 13 quam LA^1 || 14 patria* *L* || 15 adeoque *Torrenius*, ideoq. LA^1, Ideoq. tam A^2 || 18 lacedęmoniis (*sed* s *punct.*) *A* || 19 docto $L^1 A^1$ *corr. e Par.* || 21 Othyadae *L* || 22 speciosum *haud male Gertz p. 272*, *malim tamen* speciosius. *cf. Fleckeis. 1886 p. 60* || thyrearum *L*, thyreatrum *A*, othryadarum *margo A* || 23 inscriptis *Par.* || direptam *LA Par.*, *em. Perizonius* || 24 non *linea m. 2 subducta L* || fata L^2 *et dett.*, facta $L^1 A$ || 25 trophei *LA* || rettulit *Halm*

mi*se*rabilis, lapsus sequitur. Epaminondas, maxima Thebarum felicitas idemque Lacedaemonis prima clades, cum uetustam eius urbis gloriam inuictamque ad id tempus publicam uirtutem apud Leuctram et Mantineam secundis proeliis contudisset, traiectus hasta, sanguine et spiritu deficiens recreare se conantes primum an clypeus suus saluus esset, deinde an penitus fusi hostes forent interrogauit. quae postquam ex animi sententia conperit, 'non finis' inquit, 'conmilitones, uitae meae, sed melius et † athius initium aduenit: nunc enim uester Epaminondas nascitur, quia sic moritur. Thebas ductu et auspiciis meis caput Graeciae factas uideo, et fortis et animosa ciuitas Spartana iacet armis nostris abiecta: amara dominatione Graecia liberata est. orbus quoque, non tamen sine liberis morior, quoniam mirificas filias Leuctram et Mantineam relinquo'. e corpore deinde suo hastam educi iussit eoque uultu expirauit, quo, si eum di inmortales uictoriis suis perfrui passi essent, sospes patriae moenia intrasset.

6. Ac ne Theramenis quidem Atheniensis in publica custodia mori coacti parua mentis constantia, in qua xxx tyrannorum iussu porrectam ueneni

1 mirabilis LA^1 ‖ sequitur*** *A* ‖ 2 tebarum *L* ‖ lacedaemoniis *LA*, *em. Aldus* ‖ 3 eius *in ras. A* ‖ 5 contudisset *L et dett.*, contulisset *A* ‖ 7 clypeus *LA*, clipeus *Par.*, *Halm* ‖ 8 paenitus LA^1 ‖ 10 athius *L et, ut uid.*, A^1, aptius (*sed* pti *in ras.*) *A*, altius *margo A et dett.*, auctius *Γ et dett. pauci*, *Halm*, amplius *Novak*, lautius *Gertz**, *an* beatius? *cf. II 6, 12* ‖ 12 sic moritur *m. 2 inductum A et litt.* ori *in ras. L* ‖ auspitiis *A* ‖ 14 sparthana *A* ‖ 15 quoque *LA*, *an* quidem? ‖ 17 mantineā (t *s. l. et* eā *m. 2 corr.*) *L* ‖ e *in ras. 2 litter. A* ‖ 18 educi *edd. uett.*, deduci *LA* ‖ uultu *Maduig I 113*, uulnere *LA Halm* ‖ 19 quo si *LA*, quod si *dett.*, Quid si *Foertsch II 14 et Halm inserentes* et *ante* sospes ‖ uictoris L^1A^1 ‖ 20 sospes gloriosior patriae moenia non intrasset (*antea* Quod si *retinentes*) *edd. uett.*, sospes Spartae moen. intr. *Gelbke 29*, quae spes patriae moen. intr.! *Blaum 36*, *sed egregia Maduigii coniectura* eoq. uultu *nihil in his mutandum esse euincit* ‖ 21 in publica custodia *in ras. L* ‖ 23 in *delend. cens. Heller Philol. 1868 p. 346 recte, ut uid.* ‖ 23 tyranorum L^1

potionem non dubitanter hausit quodque ex ea superfuerat iocabundus inlisum humo clarum edere sonum coegit renidensque seruo publico, qui eam tradiderat, 'Critiae' inquit 'propino: uide igitur ut hoc poculum ad eum continuo perferas'. erat autem is ex XXX tyrannis crudelissimus. profecto supplicio est se liberare tam facile supplicium perpeti. itaque Theramenes perinde atque in domestico lectulo moriens uita excessit, inimicorum existimatione punitus, suo iudicio finitus.

7. Sed Theramenes a litteris et doctrina uirilitatem traxit, Numantino uero Rhoetogeni ad consimilem uirtutem capessendam quasi magistra gentis suae ferocitas extitit: perditis namque et adflictis rebus Numantinorum, cum omnes ciues nobilitate, pecunia, honoribus praestaret, uicum suum, qui in ea urbe speciosissimus erat, contractis undique nutrimentis ignis incendit protinusque strictum gladium in medio posuit ac binos inter se dimicare iussit, ut uictus incisa ceruice ardentibus tectis superiaceretur. qui, cum tam forti lege mortis omnis absumpsisset, ad ultimum se ipse flammis inmersit.

8. Verum ut aeque populo Romano inimicae urbis excidium referam, Karthagine capta uxor Hasdrubalis exprobrata ei impietate, quod a Scipione soli sibi impetrare uitam contentus fuisset, dextra laeuaque communes filios mortem non recusantis trahens incendio se flagrantis patriae obiecit.

1 exhausit *Par.* || 5 perferam *L* || 6 his *L*[1], is *L*[2]*A*, hic *Par.* || 8 theramenis *LA* || 11 theramenis *A*[2] || 12 traxit (*sed* xit *in ras.*) *L* || nummantino uero theogeni *LA*, *emendaui e Par.* || 17 speciosissim' (*sed* im' *in ras.*) *L* || 19 bino *L*[1] || 20 incysa *L*[1] || 21 adsumpsisset *L*[1]*A*[1] || 22 ultinum *L* || inmersit (*sic*) *LA*, inmisit *Par.*, *quod probat Halm*, *at u. Foertsch III 13* || 23 ut eq; (*cum litura*) *L*, ut*aq̄ *A*[1] || 24 Kartigine capita *L*[1] || hasdrybalis *LA*[1] || 25 exprobata *L*[1]*A*[1] || impietate] *add. m. 3 s. l.*, s. a ciuib; *A* || a scipione *in ras. A* || 26 contenta *A*[2] || 27 leuaq. *LA* || recusantes *A*[2] || 28 fraglantis *A*[1] || subiecit *cod. Bamb. Modii*, superiecit *Par.*, *quod uerum uid. Halmio*, *at cf. III 3 ext. 6*

9. Mulieris fortitudinis exemplo aeque fortem duarum puellarum casum adiciam. cum pestifera seditione Syracusarum tota regis Gelonis stirps euidentissimis exhausta cladibus ad unicam filiam Harmoniam uirginem esset redacta et in eam certatim ab inimicis impetus fieret, nutrix eius aequalem illi puellam regio cultu ornatam hostilibus gladiis subiecit, quae, ne cum ferro quidem trucidaretur, cuius esset condicionis [ediceret] proclamauit. admirata illius animum Harmonia [et] tantae fidei superesse non sustinuit reuocatosque interfectorẹs professa quaenam esset in caedem suam conuertit. ita alteri tectum mendacium, alteri ueritas aperta finis uitae fuit.

III. DE PATIENTIA.

Egregiis uirorum pariter ac feminarum operibus fortitudo se oculis hominum subiecit patientiamque in medium procedere hortata est, non sane infirmioribus radicibus stabilitam aut minus generoso spiritu abundantem, sed ita similitudine iunctam, ut cum ea uel ex ea nata uideri possit. 1. quid enim his, quae supra retuli, facto Mucii conuenientius? cum a. Porsenna rege Etruscorum urbem nostram graui ac diutino bello urgueri aegre ferret, castra eius clam ferro cinctus intrauit immolantemque ante

1 mulieres L^1, muliebris L^2 *et edd. ante Halm, ut I 7, 2; III 5, 3; VII 8, 3; VIII 3, 2 et 13, 6* ‖ 3 tota] cum tota *L et* cum *m. 2 induct. A* ‖ 7 hostib; L^1A^1 ‖ 8 *an* obiecit? *Gertz** ‖ quae cum ne cum (*sic*) *Γ et edd. uett.* ‖ 9 conditionis (*corr.* condic.) ediceret proclamauit *L*, condicionis proclamauit**** ad- (*totus hic uersus in ras.*) *A* ‖ ediceret *om. Par., ego deleui*, cuius condicionis esset ederet: proclamauit admir. *priores edd.* ‖ 10 et *om. Par., inclusit Halm* ‖ fidei] *add.* constantiam *margo A* ‖ 13 tecum mendatium L^1 18 ortata L^1A^1 ‖ 19 stabilita*m *L*, stabilitã*** (*sed* tã *in ras.*) *A* ‖ 20 similitudinem L^1A^1 ‖ 21 posset LA^1 ‖ 22 rettuli *Halm* ‖ 23 porsina *margo A e Par.*[1], porsena *Par.*[2] ‖ rege* *A* ‖ etruscorum *in ras. A*, *antea* et etruscorum *fuisse uid.* ‖ 24 I. P. diuturno *margo A e Par.* ‖ aegrẹ A^1 et (*extr.* e *in ras.*) *L*

altaria conatus occidere est. ceterum inter molitionem pii pariter ac fortis propositi oppressus nec causam aduentus texit et tormenta quantopere contemneret mira patientia ostendit: perosus enim, credo, dexteram suam, quod eius ministerio in caede regis uti nequisset, iniectam foculo exuri passus est. nullum profecto di inmortales admotum aris cultum adtentioribus oculis uiderunt. ipsum quoque Porsennam oblitum periculi sui ultionem suam uertere in admirationem coegit: nam 'reuertere' inquit 'ad tuos, Muci, et eis refer te, cum uitam meam petieris, a me uita donatum'. cuius clementiam non adulatus Mucius tristior Porsennae salute quam sua laetior urbi se cum aeternae gloriae cognomine Scaeuolae reddidit.

2. Pompei etiam probabilis uirtus, qui, dum legationis officio fungitur, a *rege* Gentio interceptus, cum senatus consilia prodere iuberetur, ardenti lucernae admotum digitum cremandum praebuit eaque patientia regi simul et desperationem tormentis quicquam ex se cognoscendi incussit et expetendae populi Romani amicitiae magnam cupiditatem ingenerauit. ac ne plura huiusce generis exempla domi scrutando saepius ad ciuilium bellorum detestandam memoriam progredi cogar, duobus Romanis exemplis contentus, quae ut clarissimarum familiarum commendationem, ita nullum publicum maerorem continent, externa subnectam.

2 ne causam LA^1 || 5 *malim* in caedem || 7 immort. *h. l.* L || 8 inuiderunt A, *ut nos* L || 9 sui *dett.* *mei omn.*, sui*** (*ras. 6—7 litter.*) L, sui fere (*in ras. totidem litterar.*) A, summi *coni. Foertsch III 13, fort.* subiti (*uel* suscepti) *Halm* || 11 petiaeris A^1 || 14 s*e (a *eras.*) L || se cum — gloriae *in ras.* A || 16 quidem A^1 || 17 rege *om.* LA^1, *supplent post* Gentio A^2 *et dett. nonnulli*, *ut nos Par.* || 18 iuberet A^1 || 21 incussit A^2, excussit L^2A^1 *et dett. omn.*, excusit L^1, iniecit *Par.* || 22 ingenerauit (*sed* ui *s. l.*) L || 24 sepius L || *dtestandam (a *eras. uid.*) L^1 || 25 contentusque ut L^1 || 27 publicum — subnectam *om. sed in mrg. m. 1 suppl.* L || mẹrorem *in ras.* A, memoriam $LBCE$ || 28 subiectam A^1, subiecta L

Ext. 1. Vetusto Macedoniae more regi Alexandro nobilissimi pueri praesto erant sacrificanti. e quibus unus turibulo arrepto ante ipsum adstitit. in cuius brachium carbo ardens delapsus est. quo etsi ita urebatur, ut adusti corporis eius odor ad circumstantium nares perueniret, tamen et dolorem silentio pressit et brachium inmobile tenuit, ne sacrificium Alexandri aut concusso turibulo impediret aut edito gemitu re*li*gio*ne* aspergeret. rex, quo patientia pueri magis delectatus est, hoc certius perseuerantiae experimentum sumere uoluit: consulto enim sacrificauit diutius nec hac re eum proposito repulit. si huic miraculo Dareus inseruisset oculos, scisset eius stirpis milites uinci non posse, cuius infirmam aetatem tanto robore praeditam animaduertisset.

Est et illa uehemens et constans animi militia, litteris pollens, uenerabilium doctrinae sacrorum antistes, philosophia. quae ubi pectore recepta est, omni inhonesto atque inutili adfectu dispulso, totum [in] solidae uirtutis munimento confirmat potentiusque metu facit ac dolore.

2. Incipiam autem *a* Zenone Eleate. qui cum esset in dispicienda rerum natura maximae prudentiae inque excitandis ad uigorem iuuenum animis promptissimus, praeceptorum fidem exemplo uirtutis suae publicauit: patriam enim egressus, in qua frui secura libertate poterat, Agrigentum miserabili ser-

2 ex quibus *Par.* ‖ 3 accepto *Par. Halm*, *at u. II 6, 8; VIII 1 abs. 5 et N. Q. p. 16* ‖ astitit A^2, constitit *Par.* ‖ 4 brachio *LA*, *em. Halm e Par.* ‖ 6 silentium L^1A^1 ‖ 7 praessit L^1 ‖ 9 religione *Foertsch II 16*, regio LA^1, regias aures A^2 ‖ quo *Torrenius*, quoque *LA* ‖ 10 est] *add.* et A^2 ‖ 12 diucius necacre *L* ‖ reppulit L^2, depulit A^2 *e Par. Halm*, *at u. Cic. or. 11, 36* ‖ 14 uici L^1A ‖ 17 doctrinarum A^2 ‖ 18 omni *E et Perizonius*, homini LA^1, hominem A^2, *quod incluseram in ed. mai.* ‖ 19 in *delend. esse uidit Gertz p. 272* ‖ 20 solido *idem mauult*, *at u. II 8, 5; V 4 ext. 5* ‖ monimento L^1A^1 ‖ 22 a *om.* L^1A^1. *cf. tamen IIII 1, 1* ‖ zenonem A^1 ‖ aeleatę *L et* ‚ *eras. A* ‖ 23 maxime *L* ‖ 25 promptissimis L^1A^1 ‖ *an* public⟨e conprob⟩auit?

uitute obrutum petiit, tanta fiducia ingenii ac morum suorum fretus, ut sperauerit et tyranno et Phalari uaesanae mentis feritatem a se deripi posse. postquam deinde apud illum plus consuetudinem dominationis quam consilii salubritatem ualere animaduertit, nobilissimos eius ciuitatis adulescentes cupiditate liberandae patriae inflammauit. cuius rei cum indicium ad tyrannum manasset, conuocato in forum populo torquere eum uario cruciatus genere coepit subinde quaerens quosnam consilii participes haberet. at ille neque eorum *quemquam* nominauit et proximum quemque ac fidissimum tyranno suspectum reddidit increpitansque Agrigentinis ignauiam ac timiditatem effecit ut subito mentis inpulsu concitati Phalarim lapidibus prosternerent. senis ergo unius eculeo inpositi non supplex uox nec miserabilis eiulatus, sed fortis cohortatio totius urbis animum fortunamque mutauit.

3. Eiusdem nominis philosophus, cum *a* Nearcho tyranno, de cuius nece consilium inierat, torqueretur supplicii pariter atque indicandorum gratia consciorum, doloris uictor, sed ultionis cupidus, esse dixit quod secreto audire eum admodum expediret, laxatoque eculeo, postquam insidiis opportunum animaduertit, aurem eius morsu corripuit nec ante dimisit quam et ipse uita et ille parte corporis priuaretur.

4. Talis patientiae aemulus Anaxarchus, cum a tyranno Cypriorum Nicocreonte torqueretur nec ulla

1 petit *LA* ‖ tantum *nos in Fleckeis. ann. 1886 p. 60 et sane aut sic scribend. aut* fretus *delend. cum W. Boehmio ibid. p. 800* ‖ 3 uaesane *L* ‖ 5 consilli *L* ‖ 9 cruciutus *L*[1] ‖ 10 quosnam *LDΓ*, quodnam *A*[1], quotnam *A*[2] ‖ 11 quemquam *Γ*, quempiam *margo A et dett.*, *om. L*[1]*A*[1] ‖ 19 *litt.* cũ a nearcho ty *in ras. A e Par.*, cum de archo *L*, cum a dearco *uel* clearco *dett.* ‖ 20 inierant *L*[1] ‖ 23 I. P. laxatusq: ecul: *margo A e Par. Halm, at u. N. Q. p. 16 et ext. § 5* ‖ 24 oportunum *LA* ‖ 25 arripuit *Par.* ‖ 28 nico|creonte (*sed* nico *partim in ras. partim extra uersum*) *A*, nicocreone *Par.*, I. P. nicocreonte in pilã coniect' tunderetur follẽ inquit anax|xarchi feris *margo A e Par. cf. Diog. Laert.*

ui inhiberi posset quo minus eum amarissimorum maledictorum uerberibus inuicem ipse torqueret, ad ultimum amputationem linguae minitanti 'non erit' inquit, 'effeminate adulescens, haec quoque pars corporis mei tuae dicionis', protinusque dentibus abscisam et conmanducatam linguam in os eius ira patens expuit. multorum aures illa lingua et in primis Alexandri regis admiratione sui adtonitas habuerat, dum terrae condicionem, habitum maris, siderum motus, totius denique mundi naturam prudentissime et facundissime expromit. paene tamen occidit gloriosius quam uiguit, quia tam forti fine inlustrem professionis actum conprobauit, Anaxarchique † non uitam modo deseruit, sed mortem reddidit clariorem.

5. In Theodoto quoque uiro grauissimo Hieronymus tyrannus tortorum manus frustra fatigauit: rupit enim uerbera, fidiculas laxauit, soluit eculeum, lamminas extinxit prius quam efficere potuit ut tyrannicidii conscios indicaret. quin etiam satellitem, in quo totius dominationis summa quasi quodam cardine uersabatur, falsa criminatione inquinando fidum lateri eius custodem eripuit beneficioque patientiae non solum quae occulta fuerunt texit, sed etiam tormenta sua ultus est. quibus Hieronymus, dum inimicum cupide lacerat, amicum temere perdidit.

6. Apud Indos uero patientiae meditatio tam obstinate usurpari creditur, ut sint qui omne uitae tempus nudi exigant, modo Caucasi montis gelido

VIIII 59. Plut. de uirt. moral. p. 449 F. ‖ torqueretur — quo mi *om., sed in mrg. suppl. m. 1 L*

1 possit *L*, posse A^1 ‖ 5 dictionis L^1, ditionis A^1 ‖ 8 adtonitus A^1, adtonitos L^2 ‖ 9 conditionem A^1 ‖ 10 totius (ti *in ras.*) *L* ‖ 11 exprompsit A^2 ‖ 13 non uitam modo non des. *Pighius et dett. pauci*, non uitam eo modo des. *Torrenius*, non uitam des. *Perizonius*, uitam non des. *Maduig. II 319*, non uitam modo decorauit *Foertsch II 17*, non uitae modo deseruiuit *Blaum p. 37*, non uitam modo adseruit (= *uitae dignitatem tutata est*) *uel* non uitae modo de⟨cus ad⟩seruit *Gertz** ‖ 15 *et* 24 hieronimus *LA* ‖ 17 fidicula *LA* ‖ 20 *an* in quodam? ‖ 26 hindos *LA* ‖ 27 omni L^1A ‖ 28 nudi (*litt.* udi *in ras.*) *A* ‖ gelido *L et dett. pleriq.*, glaciali (*corr. e* gladio) A^2 *Halm*

rigore corpora sua durantes, modo flammis sine ullo gemitu obicientes. atque his haud parua gloria contemptu doloris adquiritur titulusque sapientiae datur.

7. Haec e pectoribus altis et eruditis orta sunt, illud tamen non minus admirabile seruilis animus cepit. seruus barbarus Hasdrubalem, quod dominum suum occidisset grauiter ferens, subito adgressus interemit, cumque conprehensus omni modo cruciaretur, laetitiam tamen, quam ex uindicta ceperat, in ore constantissime retinuit. non ergo fastidioso aditu uirtus: excitata uiuida ingenia ad se penetrare patitur neque haustum sui cum aliquo personarum discrimine largum malignumue praebet, sed omnibus aequaliter exposita quid cupiditatis potius quam quid dignitatis attuleris aestimat inque captu bonorum suorum tibi ipsi pondus examinandum relinquit, ut quantum subire animo sustinueris, tantum tecum auferas. quo *e*uenit ut et humili loco nati ad summam dignitatem consurgant et generosissimarum imaginum fetus in aliquod reuoluti dedecus acceptam a maioribus lucem in tenebras conuertant. quae quidem planiora suis exemplis reddentur, ac prius de his ordiar, quorum in meliorem statum facta mutatio splendidam relatu praebet materiam.

2 genitu L^1 || haud — contemptu *in ras. A*, parua aut (*corr.* haut) gloria cont. *L* || 7 concepit *mauult Halm* || 9 conprehensus *nos*, conpressus L^1A, conprensus L^2 *Halm*, *Maduig II 318, at Val. semper pleniore, Par. fere breuiore forma utitur. cf. III 2, 19 et 7 ext. 3; VII 2 ext. 15; VIIII 13, 3; II 1, 10* || 10 caeperat *L*, coeperat A^1, *add.* I. P. lętitia uindictę risu testatus est *margo A e Par.* || 12 uirtus excitata, *prior. edd.*, *recte distinxit Lipsius* || uiuida *L A*, ac uiuida *Lipsius*, ui uilia *Ern. Schulze in Philol. 1878 p. 572, at* sua ui uilia *mallem*, efferata seruilia *Wensky p. 6* || 15 aequabiter (*an ortum ex* aequabiliter?) *L* || 16 atuleris A^1 || 17 exanimandum *L et litt.* inandum relinquit *in ras. maiore A* || 18 sustinuerit (*extr.* t *in ras.*) *L* || 19 uenit LA^1 || 21 deuoluti A^2 || 23 redduntur *L A*, *em. Pighius e cod. Susiano* (?) || de iis *Halm* || 25 relatui *coni. Perizonius*

IIII. DE HIS QVI HVMILI LOCO NATI CLARI EVASERVNT.

1. Incunabula Tulli Hostili agreste tugurium cepit: eiusdem adulescentia in pecore pascendo fuit occupata: ualidior aetas imperium Romanum rexit et duplicauit: senectus excellentissimis * * decorata in altissimo maiestatis fastigio fulsit.

2. Verum Tullus etsi magnum admirabilis incrementi, domesticum tamen exemplum est: Tarquinium autem ad Romanum imperium occupandum fortuna in urbem nostram aduexit, alienum, quod † exactu, alieniorem, quod ortum Corintho, fastidiendum, quod merca*to*re genitum, erubescendum, quod etiam exule [Demarato] natum patre. ceterum tam prosperum condicionis suae euentum industria sua pro inuidioso gloriosum reddidit: dilatauit enim fines, cultum deorum nouis sacerdotiis auxit, numerum senatus amplificauit, equestrem ordinem uberiorem reliquit, quaeque laudum eius consummatio est, praeclaris uirtutibus effecit ne haec ciuitas paenitentiam ageret, quod regem a finitimis potius mutuata esset quam de suis legisset.

3. In Tullio uero fortuna praecipue uires suas

1 DE HVMILI LOCO NATIS QVI CLARI EVASERINT *L*, QVI EX HVMILI LOCO EVASERINT *Par.* ‖ 3 tullii L^1 ‖ coepit LA^1 ‖ 5 *litt.* exit *in ras.* *L* ‖ 6 excellentissimis] *add.* ornamentis *margo A et dett. pauci*, *Halm*, *haud scio an recte*, *om.* *LA* ‖ decorata *A*, decoribus decorata *Foertsch II 18*, decoribus *idem III 18* ‖ 8 magnum *Halm*, magnus *LA*, magni et *E* ‖ 12 exactu *LA*, Etruscum *Perizonius*, *cf. Liu. I 40, 2*, extraneum *Foertsch l. c.*, extra natum *idem III 13*, ex coetu ⟨alieno⟩, alieniorem *Gertz**, *malim* ex tractu ⟨alieno⟩. *cf. VII 6, 6; VIII 13, ext. 7; Cic. pr. Planc. 9, 22* ‖ alienorum *A* ‖ artum LA^1 ‖ horintho *LA* ‖ 13 mercare L^1A^1 ‖ 14 ex*ule *L*, extule A^1 ‖ demorato *LA*, *suspect. Perizonio inclusi*, *defend. Foertsch II 18*, Demarato natum patre *om. Torrenius* ‖ 15 prospero — euentu A^2 ‖ conditionis L^1A^1 ‖ industria sua *Γ*, industriosum *LA* ‖ 16 inuidioso *dett. nonnulli*, indiuiso L^1A^1, inuiso L^2A^2 ‖ 17 noui *LA* ‖ sacerdociis A^1, sacerdotii *L* ‖ 19 reliquid A^1 ‖ 21 finittimis (*sic*) L^1A, finitumis *Halm*

ostendit, uernam huic urbi natum regem dando. cui quidem diutissime imperium obtinere, quater lustrum condere, ter triumphare contigit. ad summam autem unde processerit et quo peruenerit statuae ipsius titulus abunde testatur seruili cognomine et regia appellatione perplexis.

4. Miro gradu Varro quoque ad consulatum macellaria patris taberna conscendit. et quidem fortuna parum duxit sordidissimae mercis capturis alito duodecim fasces largiri, nisi etiam L. Aemilium Paulum dedisset collegam. atque ita se in eius sinum infudit ut, cum apud Cannas culpa sua uires populi Romani exhausisset, Paulum, qui proelium committere noluerat, occidere pateretur, illum in urbem incolumem reduceret. quin etiam senatum gratias ei agentem, quod redire uoluisset, ante portas eduxit extuditque ut grauissimae cladis auctori dictatura deferretur.

5. Non paruus consulatus rubor M. Perpenna est, utpote [quam] consul ante quam ciuis, sed in bello gerendo utilior aliquanto rei publicae Varrone imperator: regem enim Aristonicum cepit Crassianaeque stragis punitor extitit, cum interim, cuius uita trium-

1 natum huic urbi *Lipsius* ‖ 2 optinere A^2 ‖ 3 conderetur triumphare L^1 *et* (tur *expunct.*) *A* ‖ autem *dett.*, aud A^1, aut A^2BC *et* t *in litura L* ‖ 4 et quo *Foertsch II 18*, aut quo *LA*, *idem mendum VIII 1 abs. 6* ‖ 7 e macellaria *Halm e Par.*, *at u. N. Q. p. 13 et Blaum p. 19* ‖ 8 taberna (*ultim.* a *corr.*, *ut uid.*, *ex* ũ) *A* ‖ escendit *Novak*, *sed legend. uid.* ascendit. *cf. V 10 ext. 1* ‖ equidem *LA* ‖ 9 salito L^1A^1, sallito A^2, solito L^2 ‖ 11 infidit A^1 ‖ 13 exhausisse L^1A^1 ‖ qui] quiq. L^1A^1, quoq: qui L^2 ‖ praelium A^1 ‖ 14 incolomem L^1A^1 ‖ 16 *eduxit (s *eras. uid.*) *LA* ‖ 17 ut] *add.* in L^3 ‖ auctore (*corr.* auctori) *dictatura *A*, auctore in (*corr.* auctorem *m. 3*) *L*, auctori etiam dictatura *Pighius e codd. suis* (?), *Halm* ‖ 19 consulatur robor A^1 ‖ Perpenna ẽ *Gertz**, perpennae *LA*, Perpenna (*om.* est) *Halm* ‖ 20 quam cons. L^1A^1, qui cons. L^2A^2 *dett. Halm*, *delet* qui *Eberhard p. 162* ‖ 21 *uarrone (u *eras. uid.*) *L* ‖ imperatore *LA Halm*, *em. Kellerbauer* ‖ 22 coepit LA^1 ‖ crassianaeq. *in ras. mai. A*, grassia neq; (*corr.* grassianeque) *L*

phauit, mors Papia lege damnata est: namque patrem illius, nihil ad se pertinentia ciuis Romani iura conplexum Sabelli iudicio petitum redire in pristinas sedes coegerunt. ita M. Perpennae nomen adumbratum, falsus consulatus, caliginis simile imperium, caducus triumphus, † aliena in urbe inprobe peregrinatus est.

6. M. uero Porci Catonis incrementa publicis uotis expetenda fuerunt, qui nomen suum Tusculi ignobile Romae nobilissimum reddidit: ornata sunt enim ab eo litterarum Latinarum monumenta, adiuta disciplina militaris, aucta maiestas senatus, prorogata familia, in qua maximum decus posterior ortus est Cato.

Ext. 1. Sed ut Romanis externa iungamus, Socrates, non solum hominum consensu, uerum etiam Apollinis oraculo sapientissimus iudicatus, Phaenarete matre obstetrice et Sophronisco patre marmorario genitus ad clarissimum gloriae lumen excessit. neque immerito: nam cum eruditissimorum uirorum ingenia in disputatione caeca uagarentur mensurasque solis ac lunae et ceterorum siderum loquacibus magis quam certis argumentis explicare conarentur, totius etiam mundi habitum conplecti auderent, primus ab his indoctis erroribus abductum animum suum intima condicionis humanae et in secessu pectoris repositos adfectus scrutari coegit, si uirtus per se ipsa aestimetur, uitae magister optimus.

2 ciuis *in ras.* *A* ‖ 3 Sabelli] *add.* I. P. pater ei; sabellus genere *margo A e Par.* ‖ 4 itam (*corr.* iam) perpennae *A* ‖ 6 *uu.* aliena — peregrinatus est *non intellegere se fatetur Gertz* recte animaduertens alienam urbem esse Romam, ac ne nos quidem sana putamus* ‖ in *m. 2 s. l. L* ‖ 7 *an* peregrinantis (*om.* est)? ‖ 11 litinarum L^1 ‖ 16 *uerum (*litt.* er *in ras.*) *A* ‖ 17 phanarete LA^2, phanaretē A^1, *habet* Phaenaretem *Par.* ‖ 18 matrẽ L^1, matre* *A* ‖ sophonisco *LA*, sophoniscus *est etiam Paridi* ‖ 22 solis adunae L^1 ‖ 25 doctis *Lipsius, recte, ni fallor. cf. Foertsch III 14* ‖ 26 intima *L*, in intima *A*, uim intimam *Gertz** ‖ conditionis *A* ‖ secessũ *A*, *an* recessu? *cf. idem mendum VII 2 ext. 12* ‖ 27 repositus L^1 ‖ 28 ipsam L^2

2. Quem patrem Euripides aut quam matrem Demosthenes habuerit ipsorum quoque saeculo ignotum fuit. alterius autem matrem *holera*, *alterius patrem* cultellos uenditasse omnium paene doctorum litterae locuntur. sed quid aut illius tragica aut huius oratoria ui clarius?

V. QVI A PARENTIBVS CLARIS DEGENERAVERVNT.

Sequitur duplicis promissi pars adopertis inlustrium uirorum imaginibus reddenda, quoniam quidem sunt referendi qui ab earum splendore degenerauerunt, taeterrimis ignauiae ac nequitiae sordibus inbuta nobilia portenta.

1. Quid enim monstro similius quam superioris Africani filius Scipio, qui in tanta domestica gloria ortus a paruulo admodum regis Antiochi praesidio capi sustinuit, cum ei uoluntaria morte absumi satius fuerit quam inter duo fulgentissima cognomina patris et patrui, altero [maiori] oppressa Africa iam parto, altero maiore ex parte recuperata Asia surgere incipiente, manus uinciendas hosti tradere eiusque beneficio precarium spiritum obtinere, de quo mox L. Scipio speciosissimum deorum hominumque oculis subiecturus erat triumphum.

Idem praeturae petitor candidam togam adeo tur-

1 Quam matrem Eur. aut quem patrem *LA Halm*, *em. certissima coniect. Gertz** ‖ euripidis L^1A ‖ 2 demostenes LA^1 ‖ 3 alte|terius enim patrem holera alte|rius autem patrem (pa *in ras.*) *totus uers. a* terius — alte *in ras. e Par. margo A* ‖ holera — patrem *om. L*, *emendata haec sunt in edd. uett.* ‖ 5 loquuntur L^2A^2 ‖ 6 huius (us *in ras.*) *A* ‖ 7 DEGENERAVERINT *L* ‖ 10 uiuorum L^1A ‖ 11 qui (*litt.* i *in ras.*) *A*, q* (a *eras. et s. l. add.* i) *L*, quae *dett. multi* ‖ 12 teterrimis *LA* ‖ 16 anthioci L^1A^1 ‖ 17 adsumi L^1A^1 ‖ 19 maiori *om. edd. uett. cf. Vahlen mus. Rhen. XI p. 592* ‖ iam parte A^1 ‖ 20 recuperati LA^1 ‖ 21 incipientē L^1 ‖ uinciendas *L et litt.* ciendas *in ras. A* ‖ 22 optinere A^2 ‖ 25 Idem] *add.* I. P. titulum insequentis paginae hoc loco habet *margo A* ‖ tu r pibus (*in ras. maiore e Par.*) *A*

pitudinis maculis obsolefactam in campum detulit, ut, nisi gratia Cicerei, qui patris eius scriba fuerat, adiutus esset, honorem a populo impetraturus non uideretur. quamquam quid interfuit utrum repulsam an sic adeptam praeturam domum referret? quam cum propinqui ab eo pollui animaduerterent, id egerunt, ne aut sellam ponere aut ius dicere auderet, insuperque e manu eius anulum, in quo caput Africani sculptum erat, detraxerunt. dii boni, quas tenebras e quo fulmine nasci passi estis!

2. Age Q. Fabi Maximi Allobrog*ici* et ciuis et imperatoris clarissimi filius Q. Fabius Maximus quam perditam luxuria uitam egit! cuius ut cetera flagitia obliterentur, tamen abunde illo dedecore mores nudari possunt, quod ei Q. Pompeius praetor urbanus paternis bonis interdixit, neque in tanta ciuitate qui illud decretum reprehenderet inuentus est: dolenter enim homines ferebant pecuniam, quae Fabiae gentis splendori seruire debebat, flagitiis dissici. ergo quem nimia patris indulgentia heredem reliquerat publica seueritas exheredauit.

3. Possedit fauorem plebis Clodius Pulcher adhaerensque Fuluianae stolae pugio militare decus muliebri imperio subiectum habuit. quorum filius Pulcher, praeterquam quod eneruem et frigidam iuuentam egit, perdito etiam amore uulgatissimae meretricis infamis fuit mortisque erubescendo genere consumptus est: auide enim abdomine deuorato foedae ac sordidae intemperantiae spiritum redditit.

4. Nam Q. quidem Hortensi, qui in maximo et

1 obsolefactam *L et dett. omn.*, obsoletam (*sed* tam *in ras. mai.*) *A e Par.* ‖ 5 an] ac *L*[1] ‖ 8 capud *A* ‖ africani,s cultũ (*corr. e* uultu) *L* ‖ 9 sculptum erat de *in ras. A* ‖ 10 quod (*sed* d *eras.*) *L* ‖ 11 allobrogi *LA*, I. P. allobrogis *margo A e Par.*, *om. in dett.* ‖ 13 luxoria *LA*[1] ‖ 14 oblitterentur *L*[2]*A*[2] ‖ 15 Q.] q* *L*, q. *in ras. A* ‖ 17 inuectus *A*[1] ‖ 18 pecuniãq: fab. *L*[1] ‖ 19 splendore *L*[1] ‖ 20 hęredem *A* ‖ 21 exhęredauit *L* ‖ 22 adherensq: *L* ‖ 23 fulbianae *LA* ‖ 24 muliebri (b *s. l.*) *L* ‖ 30 Namq̄ quidem hort. *L*, Nam (*corr.* Iam) *q*** hort. *A*

ingeniosorum ciuium et amplissimorum prouentu summum auctoritatis atque eloquentiae gradum obtinuit, nepos Hortensius Corbio omnibus scortis abiectiorem et obsceniorem uitam exegit, ad ultimumque lingua eius tam libidini cunctorum inter lupanaria prostitit quam aui pro salute ciuium in foro excubuerat.

VI. Animaduerto in quam periculosum iter processerim. itaque me ipse reuocabo, ne, si reliqua eiusdem generis naufragia consectari perseuerauero, aliqua inutili relatione inplicer. referam igitur pedem deformesque umbras in imo gurgite turpitudinis suae iacere patiar: satius est enim narrare qui inlustres uiri in cultu ceteroque uitae ritu aliqua ex parte nouando sibi indulserint.

QVI EX ILLVSTRIBVS VIRIS IN VESTE AVT CETERO CVLTV LICENTIVS SIBI QVAM MOS PATRIVS PERMITTEBAT INDVLSERVNT.

1. P. Scipio, cum in Sicilia augendo traiciendoque *exercitu* in Africam opportunum quaerendo gradum Karthaginis ruinam animo uolueret, inter consilia ac molitiones tantae rei operam gymnasio dedit pallioque et crepidis usus *est*. nec hac re segniores Punicis exercitibus manus intulit, sed nescio an ideo alacriores, quia uegeta et strenua ingenia, quo plus

1 ingenuorum *L A Halm*, *em. Torrenius et Maduig I 21* || amplissimorum] *add.* oratorum *Halm* || prouentum (*sic*) A^1, prouentũ L^1, prouentuũ (?) A^2 || 2 sũmam (*corr.* sũmvm) *L*, sũma *aut* sũmã A^1 || obtinuit (*sic*) A^1, opt. *L* A^2 *Halm* || 3 scorcis (*prior* s *in ras.*) *L*, scortiis A^1 || 4 obscęniorem *L* || 5 cunnorum (= *scortorum*) *recte, si quid uideo, Gertz** || 11 *an* futili? *cf. Paul. Diac. p. 89 M.* || 14 culto L^1 || 16 *titulum om. Par.* || 17 CERTO L^1 || MO*S *L* || 18 INDVLSERVNT *in ras., ut uid., m. 1 A*, indulseřt permittebat (*sic*) *L* || 19 traiciendiqiafricã (*sic, sed* di *corr. in* do) *L*, traiciendoq. africam *A*, *supplet* exercitum *ante* augendo *margo A e Par., ut nos dett. mei omn.* || 22 *tantęrei (*corr. uid. e* stante regi) *L* || gymnas*io (c *eras. uid.*) *L* || 23 est *om. L A* || re* (g *eras. uid.*) *L*, re** *A*

recessus sumunt, hoc uehementiores impetus edunt. crediderim etiam fauorem eum sociorum uberiorem se adepturum existimasse, si uictum eorum et sollemnes exercitationes conprobasset. ad quas tamen ueniebat, cum multum ac diu * * fatigasset umeros et cetera membra *ac* militari agitatione firmitatem suam probare coegisset, consistebatque in his labor eius, in illis remissio laboris.

2. L. uero Scipionis statuam chlamydatam et crepidatam in Capitolio cernimus. quo habitu uidelicet, quia aliquando usus erat, effigiem suam formatam poni uoluit.

3. L. quoque Sulla, cum imperator esset, chlamydato sibi et crepidato Neapoli ambulare deforme non duxit.

4. C. autem Duellius, qui primus naualem triumphum ex Poenis retulit, quotienscumque *publice* epulatus erat, ad funalem cereum praeeunte tibicine et fidicine a cena domum reuerti solitus est, insignem bellicae rei successum nocturna celebratione testando.

5. Nam Papirius quidem Masso, cum bene gesta

1 recessus *dett. cf. Maduig II 319*, recessui *L A Halm* 2 eum *om.* L^1, *sed add. in marg.* ‖ 3 existima sese (*om.* si) L^1 ‖ uitũ L^1, uitã L^2, si uitã* *in ras. A* ‖ 4 ad (*corr. ex* at) *L* ‖ 5 diu muum (*corr. m. 2* militum) *L*, diũ**** (*non ex* diutius, *ut uid. Halmio. litt. erasae legi non possunt*) *A*. *post h. u. complura intercidisse, quorum uestigia remanserint in L recte, ut uid., suspicatur B Keil. quid si suppleas* diu in armorum tractatione uersatus *uel simile aliquid?* ‖ humeros L^2 ‖ 6 ac *suppleui, om. L A Halm, possis etiam scribere* et firmitatem *cum Gertzio p. 273* ‖ 9 statutam L^1 ‖ clamydatam A^2 *et* (*corr. e* damyd.) *L*, clamidatam A^1, *nec aliter u. 13, ut nos Par.* ‖ 14 deformi A^1 ‖ 16 dulius *Par.*[1] ‖ primus L^2 *Par.*, prius L^1 *A* ‖ 17 rettulit *Halm* ‖ quotiescumq. L^1 A^1, quotiens *Par.* ‖ publice *suppleui e Par. cf. auct. de u. ill. 38* ‖ 18 aepulaturus *L*, epulaturus *A*, *em. Perizonius, Par.* ‖ praecinente *margo A e Par. Halm coll. Liu. perioch. 17 et Flor. I 18 (II 2), 10; at u. Plin. n. h. X 43, 60 et N. Q. p. 16* ‖ 22 Nam *L*, **m. *A e Par.*, Nam M. *Halm, habetq. M. Papirium falso praenomine Par. cf. C. I. L. I p. 458 a. 523 et N. Q. p. 15* ‖ Maso *est in fast. triumph. l. c.*

re publica triumphum a senatu non inpetrauisset, in Albano monte triumphandi et ipse initium fecit et ceteris postea exemplum praebuit proque laurea corona, cum alicui spectaculo interesset, myrtea usus est.

6. Iam C. Marii paene insolens factum: nam post Iugurthinum Cimbricumque et Teutonicum triumphum cantharo semper potauit, quod Liber pater Indicum ex Asia deducens triumphum hoc usus poculi genere ferebatur, *ut* inter ipsum haustum uini uictoriae eius suas uictorias conpararet.

7. M. autem Cato praetor M. Scauri ceterorumque reorum iudicia nulla indutus tunica, sed tantum modo praetexta amictus egit.

VII. Sed haec atque his similia uirtutis aliquid sibi in consuetudine nouanda licentiae sumentis indicia sunt: illis autem, quae deinceps subnectam, quantam sui fiduciam habere soleat cognoscetur.

DE FIDVCIA SVI.

1. Publio et Gnaeo Scipionibus in Hispania cum maiore parte exercitus acie Punica oppressis omnibusque prouinciae eius nationibus Karthaginiensium amicitiam secutis, nullo ducum nostrorum illuc ad corrigendam rem proficisci audente, *P.* Scipio quartum et uicesimum agens annum iturum se pollicitus est. qua quidem fiducia populo Romano salutis ac uictoriae spem dedit.

1a. Eademque in ipsa Hispania usus est: nam cum oppidum Badiam circumsederet, tribunal suum

1 inpetrasset *Par.* ‖ 3 pro quae A^1 ‖ 5 pene *L* ‖ 6 cymbricumq. *A* ‖ 7 in cantharo *Par.* ‖ quod *margo A e Par.*, q̧ *L*, ꝙ *A*, quam *BC* ‖ 9 ut *om.* $L^1 A^1$ ‖ 10 uictorias (*sed* s *in ras.*) *A* ‖ 11 cato p̃. r̃. m̃ *L*, *litt.* cato p̃tor m̃ scau *in ras. A* ‖ 17 quantã (*sed* tã *in ras.*) *A*, quantum *L dett.* ‖ sui — cognoscetur *in ras. A*, cognoscitur *L* ‖ 19 p̃ et gn. $L^1 A$ ‖ hispaniam L^1 ‖ 22 amititiam L^1 ‖ 23 audentem (*sed* m *eras.*) *L*, audente p. (*sed* p *in ras.*) *A e Par.*, *om. praenomen L et dett.* ‖ 24 et XX mum *LA* ‖ 28 cum *in ras. A* ‖ badiam *LA Par.*, *Βαϑεῖαν codd. Plut. apophth. reg. et imp. Scip. mai. 3* ‖ circumsedere L^1, circumsideret A^2, obsideret *Par.*

adeuntis in aedem, quae intra moenia hostium erat, uadimonia in posterum diem facere iussit continuoque urbe potitus et tempore et loco, quo praedixerat, sella posita ius eis dixit. nihil hac fiducia generosius, nihil praedictione uerius, nihil celeritate efficacius, nihil etiam dignitate dignius.

1b. Nec minus animosus minusue prosperus illius in Africam transitus, in quam ex Sicilia exercitum senatu uetante transduxit, quia, nisi plus in ea re suo quam patrum conscriptorum consilio credidisset, secundi Punici belli finis inuentus non esset.

1c. Cui facto par illa fiducia, quod, postquam Africam attigit, speculatores Hannibalis in castris deprehensos et ad se perductos nec supplicio adfecit nec de consiliis ac uiribus Poenorum percontatus est, sed circa omnis manipulos diligentissime ducendos curauit interrogatosque an satis ea considerassent, quae speculari iussi erant, prandio dato ipsis iumentisque eorum incolumes dimisit. quo tam pleno fiduciae spiritu prius animos hostium quam arma contudit.

1d. Verum ut ad domestica eius eximiae fiduciae acta ueniamus, cum a L. Scipione ex Antiochensi pecunia sestertii quadragies ratio in curia reposceretur, prolatum ab eo librum, quo acceptae et expensae summae continebantur refellique inimicorum accusatio poterat, discerpsit, indignatus de ea re dubitari, quae sub ipso legato administrata fuerat. quin etiam in

1 adeuntes A^2, *add.* I. P. et iudicia. f. cras inquit in urbe audiam *margo* A ‖ 2 uadimoniam L, uadimoniũ A^2 ‖ 3 potitis L^1 — 4 nihilac L^1 ‖ 9 senatũ L, senatu* A ‖ ue*ante (t *eras.*) L ‖ 11 puni (*corr.* punici) A ‖ bellici L^1A ‖ 12 illud *Gertz**, *at u.* *V 1, 7* ‖ fidutia L ‖ 13 attiit L^1 ‖ 15 penorũ L ‖ percunctatus LA, *at u. V 1 ext. 3; VIII 14 ext. 4* ‖ 19 incolomes LA^1, *ut nos etiam Par.* ‖ 21 domesticam L *et extr. litt. eras.* A ‖ 22 anthiocensi LA^1, anthiochensi A^2 ‖ 23 sestertii Γ, sestertium LA, *sed paulo post recte* sestertii ‖ 24 prolato ab eo libro A^2 *et dett. mei omn.* ‖ 24 habeo L ‖ et L *et dett.*, *om.* A ‖ 26 discessit LA, *em. in edd. uett.*

hunc modum egit: 'non reddo, patres conscripti, aerario uestro sestertii quadragies rationem, alieni imperii minister, quod meo ductu meisque auspiciis bis milies sestertio uberius feci: neque enim huc puto [eo] malignitatis uentum, ut de mea innocentia quaerendum sit: nam cum Africam totam potestati uestrae subiecerim, nihil ex ea, quod meum diceretur, praeter cognomen retuli. non me igitur Punicae, non fratrem meum Asiaticae gazae auarum reddiderunt, sed uterque nostrum inuidia magis quam pecunia locupletior est'. tam constantem defensionem Scipionis uniuersus senatus conprobauit, sicut illud factum, quod, cum ad necessarium rei publicae usum pecuniam ex aerario promi opus esset, idque quaestores, quia lex obstare uideretur, aperire non auderent, priuatus claues poposcit patefactoque aerario legem utilitati cedere coegit. quam quidem ei fiduciam conscientia illa dedit, qua meminerat omnes leges a se esse seruatas.

1e. Non fatigabor eiusdem facta identidem referendo, quoniam ne ille quidem in consimili genere uirtutes edendo fatigatus est. diem illi ad populum M. Naeuius tr. pl. aut, *ut* quidam memorant, duo Petilii dixerant. quo ingenti frequentia in forum deductus rostra conscendit capitique suo corona triumphali inposita 'hoc ego' inquit, 'Quirites, die Karthaginem magna spirantem leges nostras accipere iussi: pro-

3 doctum eisq. L^1A^1 ‖ 4 milie L^1, milites A^1 ‖ huc LA^1, adhuc A^2, hic (*sc. in senatu*) *Foertsch II 19* ‖ 5 eo *om. dett. pauci. cf. c. 8 § 3, e compend.* eē (*i. e.* esse) *ortum suspicatur Halm* ‖ 8 rettuli *Halm* ‖ 9 aurum L^1A^1 ‖ 11 locupletiorem (*om.* est) *A* ‖ tā* (*sed* ā *in ras.*) *L* ‖ 18 qua *Perizonius*, quia *LA* ‖ 20 facta *om. sed suppl. in marg. L* ‖ 21 quoniam — edendo *om.* A^1, *supplet. m. 2 marg. A* ‖ 21 uirtutes *A*, uirtutis *L dett.* ‖ 22 sedendo L^1 ‖ 23 neuius *LA* ‖ ut *om. LA* ‖ quid ad memorant *L*, quid a*memorant A^1 ‖ Petilli L^1 *Halm, at u. I 1, 12* ‖ 24 deducturus LA^1, deductus rus (*sed* rus *punctat.*) A^2 ‖ 25 coronas L^1A^1 ‖ triumphales L^1 ‖ 26 dee A^1 ‖ 27 magnā LA^1 ‖ spirantem *dett. pauci*, sperantem *LA*

inde aecum est uos mecum ire in Capitolium supplicatum'. speciosissimam deinde eius uocem aeque clarus euentus *secutus* est, si quidem et senatum totum et uniuersum equestrem ordinem et cunctam plebem Iouis optimi maximi puluinaria petens comitem habuit. restabat ut tribunus apud populum sine populo ageret desertusque in foro cum magno calumniae suae ludibrio solus moraretur. cuius deuitandi ruboris causa in Capitolium processit deque accusatore Scipionis uenerator factus est.

2. Auiti spiritus egregius successor Scipio Aemilianus, cum urbem praeualidam obsideret, suadentibus quibusdam ut circa moenia eius ferreos murices spargeret omniaque uada plumbatis tabulis consterneret habentibus clauorum cacumina, ne subita eruptione hostes in praesidia nostra impetum facere possent, respondit non esse eiusdem et capere aliquos uelle et timere.

3. In quamcumque memorabilium partem exemplorum conuertor, uelim nolimue, in cognomine Scipionum haeream necesse est: qui enim licet hoc loci Nasicam praeterire, fidentis animi dicti[que] clarissimum auctorem? annonae caritate increscente C. Curiatius tr. pl. productos in contionem consules conpellebat ut de frumento emendo adque id negotium explicandum mittendis legatis in curia referrent. cuius instituti minime utilis interpellandi gratia Nasica contrariam actionem ordiri coepit. obstrepente deinde plebe 'tacete, quaeso, Quirites', in-

1 aecum *L*, ęcũ A^1, aequum A^2 ‖ 3 secutus *om.* *LA*, *suppl. edd. uett.* ‖ 7 agere dedertusq. L^1A^1 ‖ 8 diuitandi roboris L^1A^1 ‖ 10 acusatores *L*, accusatores A^1 ‖ 15 acumina *Γ* ‖ 18 uelle et timere (*litt.* e et *in ras.*) *L*, uellet timere A^1 ‖ 20 conuertor *margo A*, coruerto (*sic*) *in ras. A*, conuerti *LBC*, *an* me conuerti? ‖ 22 dictique *LA*, que *cum Gertzio p. 147 inclusi* ‖ 23 caritatem A^1 ‖ increbrescente *LA*, *ut nos Par.* ‖ 25 coemendo *coll. Par. coni. Halm* ‖ atq. LA^1, atq. ad *EF*, *cf. VII 3 ext. 9* ‖ 26 curia C^2, curiam *LA*, Suriam *Perizonius* ‖ 29 tacite LA^1

quit: 'plus ego enim quam uos quid rei publicae expediat intellego'. qua uoce audita omnes pleno uenerationis silentio maiorem auctoritatis eius quam suorum alimentorum respectum egerunt.

4. Liui quoque Salinatoris aeternae memoriae tradendus animus. qui cum Hasdrubalem exercitumque Poenorum in Vmbria delesset et ei diceretur Gallos ac Ligures ex acie sine ducibus et signis sparsos ac palantes parua manu opprimi posse, respondit in hoc eis oportere parci, ne hostibus tantae cladis domestici nuntii deessent.

5. Bellica haec praestantia animi, togata illa, sed *non* minus laudabilis, quam P. Furius Philus consul in senatu exhibuit: Q. enim Metellum Quintumque Pompeium consulares uiros, uehementes inimicos suos, cupidam sibi profectionem in prouinciam Hispaniam, quam sortitus erat, identidem exprobrantis, legatos secum illuc ire coegit: fiduciam non solum fortem, sed paene etiam temerariam, quae duobus acerrimis odiis latera sua cingere ausa est usumque ministerii uix tutum in amicis e sinu inimicorum petere sustinuit!

6. Cuius factum si cui placet, necesse est L. etiam Crassi, qui apud maiores eloquentia clarissimus fuit, propositum non displiceat: nam cum ex consulatu prouinciam Galliam obtineret atque in eam C. Carbo, cuius patrem damnauerat, ad speculanda acta sua uenisset, non solum eum inde non summouit, sed insuper locum ei in tribunali adsignauit nec ulla de re nisi eo in consilium adhibito cognouit. itaque acer

1 plus] melius *Par.* ‖ enim ego A^2 *Par.* ‖ qūc (*pro* qucc̄ = quā) *L* ‖ 5 Liuii $L^2 A^2$ ‖ 6 animus***** qui (animus *bis script. fuisse uid.*) *A* ‖ 9 in *L et dett. mei omn.*, *om. A Halm*, *at u. V 4, 3; VII 3, 1; N. Q. p. 23* ‖ 12 praesentia *LA Halm*, *em. Gertz**. *cf. § 7* ‖ 13 non *om.* LA^1 ‖ philius L^1 ‖ 14 senatum *LA* ‖ 17 sortius L^1 ‖ 19 poene A^1 ‖ 21 amicis*e (e *in ras.*) A^2 *Par.*, amicisse $L^1 A^1$ ‖ sine *L* ‖ 23 l. etiam classi *LA* ‖ 24 quia (a *expunct.*) *L* ‖ 25 consulatu *LDΓ*, consul* *A*, consule *dett.* ‖ 26 prouintiam *LA* ‖ optineret *Halm* ‖ 29 ulla dare *A*

et uehemens Carbo nihil aliud Gallica peregrinatione consecutus est quam ut animaduerteret sontem patrem suum ab integerrimo uiro in exilium missum.

7. Cato uero superior saepe numero ab inimicis ad causae dictionem uocatus nec ullo umquam crimine conuictus ad ultimum tantum fiduciae in sua innocentia reposuit, ut ab his in quaestionem publicam deductus Ti. Gracchum, a quo in administratione rei publicae ad multum odium dissidebat, iudicem deposceret. qua quidem animi praestantia pertinaciam eorum insectandi se inhibuit.

8. Eadem M. Scauri fortuna, aeque senectus longa ac robusta, idem animus. qui cum pro rostris accusaretur, quod ab rege Mitridate ob rem publicam prodendam pecuniam accepisset, causam suam ita egit: 'est enim inicum, Quirites, cum inter alios uixerim, apud alios me rationem uitae reddere, sed tamen audebo uos, quorum maior pars honoribus et actis meis interesse non potuit, interrogare: Varius Seuerus Sucronensis Aemilium Scaurum regia mercede corruptum imperium populi Romani prodidisse ait, Aemilius Scaurus huic se adfinem esse culpae negat: utri creditis'? cuius admiratione populus conmotus Varium ab illa dementissima actione pertinaci clamore depulit.

9. Contra M. Antonius ille disertus — non enim

2 sortem L^1A^1, sorte* L^2A^2 ‖ 3 suã *A* ‖ 4 cato**uero *L* ‖ numero* *L* ‖ 7 iis *Halm* ‖ questionem *L* ‖ 8 gracchum (h *s. l.*) *L* ‖ 10 prestantia *L*, praesentia *Halm e coni. Vorstii* ‖ pertinatiam *L* ‖ 12 fortunaeque L^1 ‖ 16 enim] quidem *Pighius*, enimuero *Gertz p. 273, coll. Maduig em. Liu. p. 244. mihi delenda uid. particula, quae inter litt.* ē ini *facile nasci poterat* ‖ iniquum L^2A^2 ‖ 20 Seuerus *om. in edd. uett. reuocaui ex L A dett.* ‖ ueronensis *L*, ueronemsis (*sic*) A^1, mucronensis A^2 ‖ 20 *et* 22 emilium *L*, *praenomen* m. *utroque loco add. margo A* ‖ 23 cuius], ciues? *uel*, Quirites? *Eberhard p. 156, post h. u. add.* dicti *EF*, defensionis *Γ*. *malim, si quid exciderit, id quod factum esse negat Foertsch II 19, supplere* animi *cum Blaumio p. 38 uel* fiduciae ‖ cuius adseueratione pop. *Wensky 1882 p. 372 coll. V 9, 4* ‖ 26 non enim — testatus est *parenthesi inclus. Halm*

respuendo, sed amplectendo causae dictionem quam innocens esset testatus est — quaestor proficiscens in Asiam, Brundisium iam peruenerat, ubi litteris certior incesti se postulatum apud L. Cassium praetorem, cuius tribunal propter nimiam seueritatem scopulus reorum dicebatur, cum id uitare beneficio legis Memmiae liceret, quae eorum, qui rei publicae causa abessent, recipi nomina uetabat, in urbem tamen recurrit. quo tam pleno fiduciae bonae consilio cum absolutionem celerem tum profectionem honestiorem consecutus est.

10. Sunt et illa speciosa fiduciae publicae exempla: nam cum eo bello, quod aduersus Pyrrum gerebatur, Karthaginienses c ac xxx nauium classem in praesidium Romanis Ostiam ultro misissent, senatui placuit legatos ad ducem eorum ire, qui dicerent populum Romanum bella suscipere solere, quae suo milite gerere posset: proinde classem Karthaginem reducerent.

Idem post aliquot annos Cannensi clade exhaustis Romani imperii uiribus supplementum in Hispaniam exercitu mittere ausus fecit ne locus hostilium castrorum tum maxime Capenam portam armis Hannibale pulsante minoris ueniret quam si illum Poeni non obtinerent. ita se gerere in aduersis rebus quid aliud est quam saeuientem fortunam in adiutorium sui pudore uictam conuertere?

11. Magno spatio diuisus est a senatu ad poetam Accium transitus. ceterum ut ab eo decentius ad

2 questor *L* ‖ 4 certior] acceptis *coni. Wensky 1884 p. 783, add.* factus *edd. uett.* ‖ 9 quo tam *edd. uett.*, que uota L^1, quae uota L^2A^1, quo A^2, *cf. ed. meam maior.* ‖ fiduae L^1 ‖ 12 speciosae fiduciae publica *LA*, *em. Perizonius* ‖ 13 qđ *in ras.* LA^2, q*em (?) L^1, qu** A^1 ‖ phyrrhum A^2 ‖ 14 XXX ta *LA*, XX *F*, *ut Iustin. XVIII 2* ‖ 15 hostiam *LA* ‖ missent *L* ‖ 18 clasem L^1 ‖ 20 canensi L^1 ‖ 21 supplimentum L^1, supplici mentum A^1 ‖ 22 exercitu *nos*, exercitum *L*, exerciti A^1, exercitui A^2 *Halm*, *at u. ad VI 5, 4* ‖ effecit *Stanger* ‖ 23 hannibalem A^1 ‖ 24 minoris (*corr.* minor iis) *A* ‖ 25 optinerent A^2 ‖ 26 seuientem *L* ‖ 29 acium L^1

externa transeamus, producatur in medium. is Iulio Caesari amplissimo ac florentissimo uiro in conlegium poetarum uenienti numquam adsurrexit, non maiestatis eius inmemor, sed quod in conparatione communium studiorum aliquanto se superiorem esse confideret. quapropter insolentiae crimine caruit, quia ibi uoluminum, non imaginum certamina exercebantur.

Ext. 1. Ne Euripides quidem Athenis arrogans uisus est, cum postulante [ui] populo ut ex tragoedia quandam sententiam tolleret progressus in scaenam dixit se, ut eum doceret, non ut ab eo disceret, fabulas conponere solere. laudanda profecto fiducia est, quae aestimationem sui certo pondere examinat, tantum sibi adrogans, quantum a contemptu et insolentia distare satis est. itaque etiam quod Alcestidi tragico poetae respondit probabile. apud quem cum quereretur quod eo triduo non ultra tres uersus maximo inpenso labore deducere potuisset, atque is se centum perfacile scripsisse gloriaretur, 'sed hoc' inquit 'interest, quod tui in triduum tantum modo, mei uero in omne tempus sufficient': alterius enim fecundi cursus scripta intra primas memoriae metas conruerunt, alterius cunctante stilo elucubratum opus per omne aeui tempus plenis gloriae uelis feretur.

2. Adiciam scaenae eiusdem exemplum. Antigenidas tibicen discipulo suo magni profectus, sed parum feliciter populo se adprobanti cunctis audientibus dixit 'mihi cane et Musis', quia uidelicet perfecta ars fortunae lenocinio defecta iusta fiducia non

4 conparationem LA^1 ‖ 9 atheniensis *Stanger*, *at u.* Thebis *infra § 5* ‖ adrogans *Halm* ‖ 10 ui *LA Halm*, *om. dett. mei omn. quod ortum a librario desiderante* postulanti *nec satis aptum inclusi*, enixe *coni. Novak* ‖ tragoed *a*A* ‖ 14 exanimat L^1 ‖ examinat tantũ sibi (*haec exceptis litt.* ex *in ras.*) *A* ‖ 19 deducere (*sic*) *LA* ‖ 20 gloriaretur (are *in ras.*) *L* ‖ 21 tu in L^1A^1 ‖ 22 omni L^1A^1 ‖ sufficient (*litt.* ient *in ras.*) *LA* ‖ secundi *Foertsch II 19 et operarum errore in ed. Torrenii* ‖ 24 elugubratum LA^1 ‖ 26 scaene *L* ‖ 27 tibicem A^1

exuitur, quamque se scit laudem mereri, eam si [eam] ab aliis non impetrat, domestico tamen acceptam iudicio refert.

3. Zeuxis autem, cum Helenam pinxisset, quid de eo opere homines sensuri essent expectandum non putauit, sed protinus [se ad] hos uersus adiecit:

οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐυκνήμιδας Ἀχαιοὺς
τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.

adeone dextrae suae multum pictor adrogauit, ut ea tantum formae conprehensum crederet, quantum aut Leda caelesti partu edere aut Homerus diuino ingenio exprimere potuit?

4. Phidias quoque Homeri uersibus egregio dicto adlusit: simulacro enim Iouis Olympii perfecto, quo nullum praestantius aut admirabilius humanae †fabricae manus, interrogatus ab amico quonam mentem suam dirigens uultum Iouis propemodum ex ipso caelo petitum eboris liniamentis esset amplexus, illis se uersibus quasi magistro usum respondit,

ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων·

1 eam si *nos*, etiamsi eam *Halm*, eam si eam (*sic*) *LA*[1], tametsi eam *A*[2] ‖ 4 helenã (*sed* h *in ras.*) *A* ‖ pinsisset *L*[1] ‖ 6 puta**uit *L* ‖ se ad *L et dett. mei omn.*, **|** *A*, *inclusi inepta uerba*, *quae ex repetita u.* sed *orta putat in mus. Rhen. XII 594 Vahlen*, pinxisse se ad *Wensky p. 6* ‖ 7 NEMECICI | PΩΩC KAI *LA* ‖ ЄYKNHNHMIΔAC (*sed alterum* NH *s. l.*) *A*, ЄYKNNNHMIΔA *L*, ЄYK|NNMЄIΔAC (*altera* N *corr.* H) *Par.* ‖ 8 TOIHAΛΩΦI *LA* ‖ ΠOΛYN YNXPONON *A et litt. λυν χρονον in ras. L* ‖ AATЄAI *A*, ATЄI *in ras. L* ‖ ΠAXЄIN (*corr.* ΠACXЄIN) *A* ‖ 10 formae *Aldus et Perizonius*, forma *LA* ‖ 11 laeda *A* ‖ partu edere *dett. et in ras. L*, par̃ dae re *A* ‖ 13 aegregio *LA* ‖ 14 quod nullum *L*, quo*nullũ (*sed* llũ *in ras.*) *A* ‖ 15 fabricę (fabricae *L*) manus *LA*[1], fabrice manus *BC*, fabricatae manus sunt *E Halm*, fabricatę sunt manus *A*[2], fecere manus *Γ*, fabricauere *D* ‖ 16 quonã *A*[2] *et margo L*, qu*dã (*sed* o *add. s. l.*) *L*, quodam *A*[1] ‖ 18 aeboris *LA*[1] ‖ 19 magistro usum *dett. mei omn.*, magistrum usus *LA*, magistris usum *Halm e cod. Susiano* (?) *Pighii*, *at u. N. Q. p. 24* ‖ 20 HKYAЄNHCIN *LA* ‖ NЄYOЄ *LA* ‖ KPONЄIΩN *LA Par.*

ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο· μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

5. Non patiuntur me tenuioribus exemplis diutius insistere fortissimi duces. si quidem Epaminondas, cum ei ciues irati sternendarum in oppido uiarum contumeliae causa curam mandarent, — erat enim illud ministerium apud eos sordidissimum — sine ulla cunctatione id recepit daturumque se operam ut breui speciosissimum fieret adseuerauit. mirifica deinde procuratione abiectissimum negotium pro amplissimo ornamento expetendum Thebis reddidit.

6. Hannibal uero, cum apud regem Prusiam exularet auctorque ei conmittendi proelii esset, atque is non idem sibi extis portendi diceret, 'ain tu'? inquit, 'uitulinae carunculae quam imperatori ueteri mauis credere'? si uerba numeres, breuiter et abscise, si sensum aestimes, copiose et ualenter: Hispanias enim dereptas populo Romano et Galliarum ac Liguriae uires in suam redactas potestatem et nouo transitu Alpium iuga patefacta et Trasimennum lacum dira inustum memoria et Cannas, Punicae uictoriae clarissimum monumentum, et Capuam possessam et Italiam laceratam ante pedes hominis effudit unius-

1 ΑΜΒΙΟΥϹΙΑ ΑΡΑ *LA* ‖ ΧΙΤΑΙ *Par.* ‖ ЄΠЄΡωϹΑΝΤω *LA* ‖ 2 ΚΡΑΤΟ *LA* ‖ ΚΑΑΘΙΤΑΝΑΤΟΙΟ *L*, ΚΑΠΑΘΑΝΑΤΟΙΟ *A* ‖ ΜЄΤΑΝΑΙ ΛЄΝΞЄΝ *A*, ΜЄΤΑΝΛΙΛЄΛΞЄΝ *L* ‖ ΜЄΓΑ ΔЄΛЄΝΛΙΞЄΝ *Par.* ‖ ΟΛΥΝΙΤΟΝ *LA* ‖ 3 tenuioribus *edd. quaedam uett. Wensky p. 6*, tenerioribus *LA Halm* ‖ 6 mandaret L^1 ‖ 9 adseuerant L^1 ‖ mirificam deinde procurationem L^1A^1 ‖ 11 Thebanis *Perizonius, at u. ext. § 1* Athenis ‖ 12 plusiam *LA*, prusian *Par.* ‖ exolaret *Par.*[1] ‖ 13 proelii (*corr.* prę*lii) *L* ‖ 14 extis (*sed* tis *in ras.*) *A* ‖ ain (*sed* i *punctat.*) *L et sic cum cod. Leid. ap. Cic. de diu. II 24, 52 Halm*, a*n (i *eras. uid.*) *A*, an *dett. omn.*, ita *Par.* ‖ 15 uitulinae *L dett. Cic. l. c.*, ui*l*i* (*sed* li *in ras.*) *A*, uili *Par.* ‖ carnunculae *Par.* ‖ 16 abscisse L^1 ‖ 17 examinaes (?) L^1 ‖ 18 dereptas *nos*, direptas *LA dett.* ‖ 19 re actas L^1A^1 ‖ 20 iuga (a *in litura*) *A* ‖ Trasimennum *nos, u. ad I 6, 6*, transhymenũ *L et* ns *induct. A*, Trasymennum *Halm* ‖ 21 iniustum L^1A^1

que hostiae iocineri longo experimento testatam gloriam suam postponi aequo animo non tulit. et sane, quod ad exploranda bellica artificia aestimandosque militaris ductus adtinebat, omnis foculos, omnis aras Bithyniae Marte ipso iudice pectus Hannibalis praegrauasset.

7. Capax generosi spiritus illud quoque dictum regis Cotyis: ut enim ab Atheniensibus ciuitatem sibi datam cognouit, 'et ego' inquit 'illis meae gentis ius dabo'. aequauit Athenis Thraciam, ne uicissitudini talis beneficii imparem iudicando humilius de origine sua sentire existimaretur.

8. Nobiliter etiam uterque Spartanus, et qui increpitus a quodam, quod in aciem claudus descenderet, pugnare, non sibi fugere propositum esse respondit, et qui referente quodam sagittis Persarum solem obscurari solere, 'bene narras' inquit: 'in umbra enim proeliabimur'. eiusdem uir urbis atque animi hospiti suo patriae muros excelsos latosque ostendenti dixit, 'si mulieribus istos conparastis, recte, si uiris, turpiter'.

VIII. DE CONSTANTIA.

Ap*er*tum et animosum bonae fiduciae pectus emenso quasi debitum opus superest constantiae repraesentatio: natura enim sic conparatum est ut,

3 bellica *sed* i *in ras.* *L et* ica *in ras.* *A* ‖ artificia *Gelbke p. 29*, *Madu. I 20*, sacrificia *LA Halm* ‖ 5 bythiniae *LA* ‖ 8 coti: (*sic*) *L*, cotyi (i *ex* e, *ut uid.*, *non ex* s *corr.*) *A* ‖ 10 trachiam *LA*[1] ‖ uicissitudine *LA*, *em. Perizonius*, *quem non recte uituperat* uicissitudinem *coniciens Maduig II 319; non uidit* imparem *pertinere ad* Thraciam ‖ 11 imparem (a *in ras.*) *L*, imperem *A*[1] ‖ 13 sparthanus *A*[2] ‖ 14 quadam *L*[1] ‖ quod — referente quodam *om.*, *sed m. 1 supplet. in mrg. L* ‖ 15 non sibi *LBC*, sibi non *dett. Halm et in ras. A; u. N. Q. p. 20* ‖ 17 inquid *A*[1] ‖ 18 proeliabitur (*corr. m. 1.* mur) *L* ‖ 20 conparasti* (s *eras.*) *L* ‖ 23 Aptum *LA*, *em. e cod. Susiano (?) Pighius* ‖ bene *A*[1] ‖ 24 repraesentatio. natura *Lipsius*, reprehensione cura *LA*, reip̄. apprehensione *margo A*, repraesentatione cura *dett.*

quisquis se aliquid ordine ac recte mente complexum confidit, uel iam gestum, si obtrectetur, acriter tueatur, uel nondum editum, si interpelletur, sine ulla cunctatione ad effectum perducat.

1. Sed dum exempla propositae rei persequor, latius mihi circumspicienti ante omnia se Fului Flacci constantia offert. Capuam fallacibus Hannibalis promissis Italiae regnum nefaria defectione pacisci persuasam armis occupauerat. tam deinde culpae hostium iustus aestimator quam speciosus uictor Campanum senatum impii decreti auctorem funditus delere constituit. itaque catenis onustum in duas custodias, Teanam Calenamque diuisit consilium executurus, cum ea peregisset, quorum administrandorum citerior esse necessitas uidebatur. rumore autem de senatus mitiore sententia orto, ne debitam poenam scelerati effugerent, nocte admisso equo Teanum contendit interfectisque qui ibi adseruabantur e uestigio Cales *est* transgressus perseuerantiae suae opus execut*ur*us et iam deligatis ad palum hostibus litteras a patribus conscriptis nequiquam salutaris Campanis accepit: in sinistra enim eas manu, sicut erant traditae, reposuit ac iusso lictore lege agere tum demum aperuit, postquam illis obtemperari non poterat. qua constantia uictoriae quoque gloriam antecessit, quia, si eum intra se ipsam par-

4 conctatione (*corr. e* cont.) *L* ‖ 5 exempla *E Torrenius, Maduig II 319*, exemplar *LA Halm* ‖ 6 circũ inspicienti *LA* ‖ 10 aestimator (ator *in ras.*) *L*, aestimor *A*[1] ‖ 12 delere c̄stituit (*litt.* re c̄ *in ras.*) *LA* ‖ honustum *L*[1]*A* ‖ 13 *fort.* Teanensem *Halm, at u. ed. meam mai.* ‖ ex*ecuturus (s *eras.*) *A* ‖ 15 citerior *Gertz p. 273 coll.* citerioris curae *h. cap. ext. 1*, celerior *LA Halm* ‖ rumore (ru *m. 2*) *L* ‖ 17 pęnam (, *m. 2*) *L* ‖ 18 theanum *LA* ‖ 19 est *om. LA, suppleuit Torrenius* ‖ 20 executurus *EF*, executus *L*[1]*A*[1], executus est *A*[2] *et Wensky 1844 p. 783*, executum *Blaum p. 38* ‖ etiam *A*[2], nam *Wensky l. c., an om.* est *scribend.* executurus, iam *deleto* et? ‖ 21 salutares *L*[2] ‖ 22 campanus *L*[1]*A* ‖ 24 aparuit *A*[1] ‖ 26 antecessit *nos e Γ in Fleckeis. ann. 1886 p. 60. cf. I 6 ext. 2; VIIII 6, 2*, antecellit *LA Halm* ‖ ipsam *nos in ed. mai. probante Gertzio p. 273*, ipsum *LA Halm*

tita laude aestimes, maiorem punita Capua quam capta reperias.

2. Atque ista quidem seueritatis, illa uero pietatis constantia admirabilis, quam Q. Fabius Maximus infatigabilem patriae praestitit. pecuniam pro captiuis Hannibali numerauerat, fraudatus ea publice tacuit: dictatori ei magistrum equitum Minucium iure imperii senatus aequauerat, silentium egit: conpluribus praeterea iniuriis lacessitus in eodem animi habitu mansit nec umquam sibi rei publicae permisit irasci. tam perseuerans in amore ciuium: quid? in bello gerendo nonne par eius constantia? imperium Romanum Cannensi proelio paene destructum uix sufficere ad exercitus conparandos uidebatur. itaque frustrari et eludere Poenorum impetus quam manum cum his tota acie conserere melius ratus, plurimis conminationibus Hannibalis inritatus, saepe etiam specie bene gerendae rei oblata numquam a consilii salubritate ne parui quidem certaminis discrimine recessit, quodque est difficillimum, ubique ira ac spe superior apparuit. ergo ut Scipio pugnando, ita hic non dimicando maxime ciuitati nostrae succurrisse uisus est: alter enim celeritate sua Karthaginem oppressit, alter cunctatione id egit, ne Roma opprimi posset.

3. C. etiam Pisonem mirifice et constanter turbulento rei publicae statu egisse consulem narratione insequenti patebit. M. Palicani seditiosissimi homi-

1 punita* *LA* ‖ 2 reperies *A*[2] ‖ 3 quidẽ* seueritatis (*corr., ut uid., ex* quid esse ueritatis) *LA* ‖ 5 pecuniam *L* ‖ 6 publice *dett. omn.*, pecublice (*sic*) *L*[1]*A*[1], pupublice *A*[2], pecunia publice *Halm, at u. N. Q. p. 24* ‖ 7 ei magistrum *edd. uett.*, et magistro *LA* ‖ aequitum *L*[1] ‖ 8 equauerat *L* ‖ 10 sibi r̃. p̃. *A* ‖ 11 amorem *LA* ‖ 13 pene *L* ‖ 14 uidebaτ· (*sic pro* uidebaτ~) *A* ‖ 16 iis *Halm* ‖ iusta acie *Kellerbauer* ‖ 17 comminationib; *L*[1] ‖ 18 spetie *L*[1], spe *margo A et dett. plerique* ‖ 19 ne* (c *eras. uid.*) *A* ‖ 20 difficilium (*sed corr. m. 1*) *L* ‖ 23 celeritate] temeritate *margo A* ‖ 27 cons̃. *LA* ‖ 28 pallicani *LA*[1], pollacini *A*[2] *e Par.* ‖ seditiosissimi* *L*

nis pestiferis blanditiis praereptus populi fauor consularibus comitiis summum dedecus admittere conabatur amplissimum ei deferre imperium cupiens, cuius taeterrimis actis exquisitum potius supplicium quam ullus honos debebatur. nec deerat consternatae multitudini furialis fax tribunicia, quae temeritatem eius et ruentem comitaretur et languentem actionibus suis inflammaret. in hoc miserando pariter atque erubescendo statu ciuitatis tantum non manibus tribunorum pro rostris Piso conlocatus, cum hinc atque illinc ambissent ac Palicanum *num* suffragiis populi consulem creatum renuntiaturus esset interrogaretur, primo respondit non existimare se tantis tenebris offusam esse rem publicam, ut huc indignitatis ueniretur. deinde, cum perseueranter instarent ac dicerent 'age, si uentum fuerit?' 'non renuntiabo' inquit. quo quidem tam absciso responso consulatum Palicano prius quam illum adipisceretur eripuit. multa et terribilia Piso contempsit, dum speciosum mentis suae flecti non uolt rigorem.

4. Metellus autem Numidicus propter consimile perseuerantiae genus excepit quoque indignam maiestate ac moribus suis procellam: cum enim animaduerteret quo tenderent Saturnini tribuni pl. funesti conatus quantoque malo rei publicae, nisi his occurreretur, erupturi essent, in exilium quam in legem eius ire maluit. potest aliquis hoc uiro dici constantior, qui, ne sententia sua pelleretur, patria, in qua summum dignitatis gradum obtinebat, carere sustinuit?

1 pestiferi $L^1 A^1$ ‖ 4 teterrimis L ‖ 6 multitudinis $L^1 A^1$ ‖ tribunitia LA ‖ 7 et languentem *in ras. m. 2* L ‖ 11 abissent LA^1, abiissent A^2, *corr. in dett.* ‖ ac A^1, an A^2 ‖ paliganum $L^1 A$, pallig. L^2 ‖ num *h. l. addidi, post* creatum *Halm, om.* LA ‖ 12 renuntiaturusne esset *Novak* ‖ 18 palicano $L^1 A^1$, pallic. L^2, pollacino A^2 ‖ 20 fleti $L^1 A^1$ ‖ 21 consimile* L ‖ 22 maiestatem $L^1 A^1$ ‖ 26 in exilium ire quam in legem eius iurare maluit *Wensky p. 6 coll. Cic. pro Sest. 47, 101 et 16, 37; Liu. perioch. lib. 69; Vell. II 15; Flor. III 16*

5. Ceterum ut neminem ei praetulerim, ita Q. Scaeuolam augurem merito conparauerim. dispulsis prostratisque inimicorum partibus Sulla occupata urbe senatum armatus coegerat ac summa cupiditate ferebatur ut C. Marius quam celerrime hostis iudicaretur. cuius uoluntati nullo obuiam ire audente solus Scaeuola de hac re interrogatus sententiam dicere noluit. quin etiam truculentius sibi instanti Sullae 'licet' inquit 'mihi agmina militum, quibus curiam circumsedisti, ostentes, licet mortem identidem miniteris, numquam tamen efficies ut propter exiguum senilemque sanguinem meum Marium, a quo urbs et Italia conseruata est, hostem iudicem'.

6. Quid feminae cum contione? si patrius mos seruetur, nihil: sed ubi domestica quies seditionum agitata fluctibus est, priscae consuetudinis auctoritas conuellitur, plusque ualet quod uiolentia cogit quam quod suadet et praecipit uerecundia. itaque te, Sempronia, Ti. et C. Gracchorum soror, uxor Scipionis Aemiliani, non ut absurde *te* grauissimis uirorum operibus inserentem, maligna relatione conprehendam, sed quia ab tribuno plebei producta ad populum in maxima confusione nihil a tuorum amplitudine degenerasti, honorata memoria prosequar. coacta es eo loci consistere, ubi principum ciuitatis perturbari frons solebat, instabat tibi toruo uultu minas profundens amplissima potestas, clamore imperitae multitudinis obstrepens totum forum acer-

4 senatus armatũ L^1A^1 ‖ 5 ferebat *Gertz p. 274, at u. Nep. Alcib. 9, 4 et Att. 10, 4* ‖ 6 nullos L^1 *et* s (?) *eras. A* ‖ audiente (i *eras.*) *L* ‖ 7 sceuola *A* ‖ sententia L^1A, I. P. rogatus sententiam *margo A e Par.* ‖ 8 instanti *LBCE*, intanti A^1, minitanti $A^2DF\Gamma$ ‖ 9 sillę A^1, syllę LA^2 ‖ 11 mini*teris *L*, ministeris A^1 ‖ 15 sedubi* *L*, sedubii A^1 ‖ 17 conuelletur L^1A^1 ‖ 19 te** simproniaque et g. *LA*, *sed* sempr. *corr.* A^2 *et* sempronaiquę *L* ‖ gra*chorum *L* ‖ 20 te *addidit Maduig II 320, om. LA. cf. VI 2 ext. 1, an post* inserentem *addendum?* ‖ inserentem *Maduig l. c.*, inferens A^1, inserens LA^2 ‖ 22 a trib. *dett. Halm* ‖ 23 turum L^1A^1 ‖ 26 *an* solet? ‖ 27 minans L^1A^1 ‖ clamor A^2, cum clamor L^2 *et dett. multi* ‖ 28 obstrepens A^2, obstreper& LA^1, obstrepente *Halm*

rimo studio nitebatur ut Equitio, cui Semproniae gentis falsum ius quaerebatur, tamquam filio Tiberii fratris tui osculum dares. tu tamen illum, nescio quibus tenebris protractum portentum, execrabili audacia ad usurpandam alienam propinquitatem tendentem reppulisti.

7. Non indignabuntur lumina nostrae urbis, si inter eorum eximium fulgorem centurionum quoque uirtus spectandam se obtulerit: nam ut humilitas amplitudinem uenerari debet, ita nobilitati fouenda magis quam spernenda bonae indolis nouitas est. an abigi debet Titius ab horum exemplorum contextu? qui pro Caesaris partibus excubans, Scipionis praesidio interceptus, cum uno modo salus ab eo daretur, si se futurum Cn. Pompei generi ipsius militem adfirmasset, ita respondere non dubitauit: 'tibi quidem, Scipio, gratias ago, sed mihi uti ista condicione uitae non est opus'. sine ullis imaginibus nobilem animum!

8. Idem constantiae propositum secutus Maeuius centurio diui Augusti, cum Antoniano bello saepe numero excellentes pugnas edidisset, inprouisis hostium insidiis circumuentus et ad Antonium Alexandriam perductus interrogatusque quidnam de eo statui deberet, 'iugulari me' inquit 'iube, quia non salutis beneficio neque mortis supplicio adduci possum ut aut Caesaris miles *esse* desinam aut tuus incipiam. ceterum quo constantius uitam contempsit, eo facilius impetrauit: Antonius enim uirtuti eius incolumitatem tribuit.

1 aequitio *LA* ‖ 4 prostractum A^1 ‖ 5 audatia LA^1 ‖ 9 optulerit A^2 ‖ 10 nobilitate LA^1, a nobilitate A^2, *em. Pighius* ‖ 12 abici A^2 ‖ titius *L*, totius *ABC Halm*, T. Pontius *cum dett. paucis edd. uett.*, T. Occius *ipse conieceram* ‖ ab orum L^1A^1 ‖ 13 cesaris *A* ‖ 16 adfirmisset A^1 ‖ 20 secut*****us (*deleto nomine*, *cuius uestigia tantum quaedam*, mei *in A*, s *in L manserunt*) *LA*, secutus meuius *C*, sec. menius *DE* ‖ 21 diui** augusti *A* ‖ 24 de eo A^2, deo A^1 ‖ 27 esse *FΓ*, *om. LA*, *alii post* tuus, *alii utroq. loco supplent* ‖ 30 incolomitatem L^1A^1

Ext. 1. Conplura huiusce notae Romana exempla supersunt, sed satietas modo uitanda est. itaque stilo meo ad externa iam delabi permittam. quorum principatum teneat Blassius, cuius constantia nihil pertinacius: Salapiam enim patriam suam praesidio Punico occupatam Romanis cupiens restituere Dasium acerrimo studio secum in administratione rei publicae dissidentem et alioquin toto animo Hannibalis amicitiae uacantem, sine quo propositum consilium peragi non poterat, ad idem opus adgrediendum maiore cupiditate quam spe certiore temptare ausus est. qui protinus sermonem eius, adiectis quae et ipsum commendatiorem et inimicum inuisiorem factura uidebantur, Hannibali retulit. a quo adesse iussi sunt, ut alter crimen probaret, alter defenderet. ceterum, *cum* pro tribunali res gereretur et quaestioni illi omnium oculi essent intenti, dum aliud forte citerioris curae negotium tractatur, Blassius uultu dissimulante ac uoce summissa monere Dasium coepit ut Romanorum potius quam Karthaginiensium partes foueret. enimuero tunc ille proclamat se in conspectu ducis aduersus eum sollicitari. quod quia et incredibile existimabatur et ad unius tantum auris penetrauerat et iactabatur ab inimico, ueritat*is* fide caruit. sed non ita multo post Blasii mira constantia Dasium ad se traxit Marcelloque et Salapiam et quingentos Numidas, qui in ea custodiae causa erant, tradidit.

2 supersunt *nos. cf. int. huius cap*, superunt (*corr.* ant) *L*, superant *A et dett.*, supererant *coni. Halm* ‖ modo *LA*, omni modo *Kellerbauer*, *an* modo adhibito? ‖ 3 tam delabi $L^1 A^1$, tandē labi L^2 ‖ 4 pertinatius A^1 ‖ 5 salapiam *DE*, selariam *L*, selapiam *in ras. A* ‖ 6 *cupiens (c. *in ras.*) *L* ‖ 10 peragi (*litt.* i *in ras.*) *A*, peragere *F* ‖ 12 adiectisque L^1 ‖ 14 rettulit *Halm* ‖ 16 cum *om.* LA^1, *post* tribunali *suppl. dett.* ‖ 17 omniomoculi A^1 ‖ citioris *Eberhard p. 164 cum Pighio. at u. VI 3, 11; VIII 15, 1* ‖ 21 conspectum LA^1 ‖ 23 aures L^2 ‖ 24 iactabatur *L et dett.*, ictabatur A^1, dictabatur A^2 ‖ ueritatis *Wensky 1884 p. 784 coll. V 7 ext. 2; III 2, 24; Gell. VI (VII) 3, 25*, ueritas *LA Halm* ‖ 26 selapiam *LA* ‖ 27 causa (*sed extr.* a *in ras.*) *L*, causę *A*

2. Phocion uero, cum Athenienses rem aliter atque ipse suaserat prospere administrassent, adeo perseuerans sententiae suae propugnator extitit, ut in contione laetari quidem se successu eorum, sed consilium tamen suum aliquanto melius fuisse diceret: non enim damnauit quod recte uiderat, quia quod alius male consuluerat bene cesserat, felicius illud existimans, hoc sapientius. et sane blandum animum temeritati casus facit, ubi prauo consilio propitius aspirat, quoque uehementius noceat, *in*speratius prodest. placidi et misericordes et liberales omnique suauitate temperati mores Phocionis, quos optime profecto consensus omnium bonitatis cognomine decorandos censuit. itaque constantia, quae natura rigidior uidetur, lenis e mansueto pectore fluxit: Socratis autem uirilitatis robore uallatus animus aliquanto praefractius perseuerantiae exemplum edidit.

3. Vniuersa ciuitas Atheniensium iniquissimo ac truculentissimo furore instincta de capite decem praetorum, qui apud Arginussas Lacedaemoniam classem deleuerant, tristem sententiam tulerat. forte tunc eius potestatis Socrates, cuius arbitrio plebei scita ordinarentur, indignum iudicans tot et tam bene meritos [et] indigna causa impetu inuidiae abripi, te-

3 perseueranī (*sed* nī *in litura A*, *ut nos L et margo A* ‖ 7 alius] populus *Wensky p. 7* ‖ gesserat L^1*A Wensky*, *at u. e*^ *meam maior.* ‖ 8 etiam sane *LA*, *emendaui coll. IIII 1 ext. 9; V 2, 8 et ext. 4; VI 3, 9; VII 2, 1* ‖ blandum — facit] inflando animum temeritate casus nocet *Wensky* ‖ 9 iacit *LA*, *em. in dett. paucis* ‖ propicius A^1 ‖ 10 insperatius *dett. nonnulli*, speratius *LA* ‖ 11 leberales A^1 ‖ 12 obtime profecto A^1, profecto optime A^2 ‖ 15 uidetur (*litt.* tur *in ras.*) *LA*, uidebatur *BE*, uideretur *CD* ‖ e LA^2, et A^1, ex *Halm* ‖ 16 uallatus L^2, ballatus *L*, pallatus A^1, palliatus A^2 *et dett. cf. VIIII 2, 4; 13 ext. 2; 15, 1* ‖ 17 praefractius *in ras. A*, p̃factius L^1, pfectius L^2, praestructius *margo A*, prostractius *C*, praestantius *dett. multi* ‖ 18 ac truculentissimo *om. A* ‖ 19 furore *Wensky p. 7 coll. IIII 6, 4 et infra*, errore *LA Halm* ‖ 20 arginussas *nos e Γ*, arginnussas *L*, arriginnussas (*sic*) *A* ‖ 21 deuerant L^1A^1 ‖ 24 et *L*, *eras. in A*, ex *dett. pauci Halm*, *ego inclusi*

meritati multitudinis constantiam suam obiecit maximoque contionis fragore et incitatissimis minis conpulsus non est ut se publicae dementiae auctorem ascriberet. quae opposita eius legitima grassari uia prohibita iniusto praetorum cruore manus suas contaminare perseuerauit. nec timuit Socrates ne consternatae patriae undecimus furor mors ipsius existeret.

4. Proximum, etsi non eiusdem splendoris est, at aeque certum constantiae haberi potest experimentum. efficacis operae forensis, fidei non latentis Athenis Ephialtes accusare publice iussus et inter ceteros Demostrati nomen deferre coactus est, cuius filius erat Demochares excellentis formae puer, animo eius flagrantissimo inhaerens amore. itaque communis officii sorte truculentus accusator, priuati adfectus condicione miserabilis reus, puerum ad se exorandum quo parcius patris criminibus insisteret uenientem neque repellere neque supplicem genibus suis aduolutum intueri sustinuit, sed operto capite flens et gemens preces expromere passus est nihilominusque sincera fide accusatum Demostratum damnauit. uictoriam nescio laude an tormento maiore partam, quoniam prius quam sontem opprimeret se ipsum uicit Ephialtes.

5. Quem Syracusanus Dio seueritate exempli

2 mimis $L^1 A^1$, animis *margo* A ‖ 4 adscriberet (d *eras.*) L, ascriberet (*sed* as *m. 2 ante lin.*) A ‖ 5 uita L^1 ‖ cruorem $L^1 A^1$ ‖ 9 at aeque *nos*, adaeque L, *quod Plautinum non improbat Halm*; adeaq. A^1, adeoq. A^2 ‖ 10 experimentum] *add.* tamen A^2 ‖ 11 *uu.* efficacis — latentis *ab antecedente sententia seiunxi, nec recte coniunctionem ante* fidei *desiderat Halm. u. ed. meam mai. p. 307 et N. Q. p. 13* ‖ opere L ‖ laetentis A^1 ‖ 12 a**tenis (*s. l. add.* h) L ‖ acussare L^1 ‖ publicę $L^2 A$ ‖ 13 demo*stra*ti L^2, demonstranti $L^1 A^1$ ‖ 15 fraglantissimo A^1 ‖ inhęres A^1 ‖ ammore L^1 ‖ 18 quo parcius *in ras.* A ‖ 19 repellere* LA ‖ suplicem L ‖ 21 Nihilominus qui LA, *em. in marg.* A ‖ 22 accussatum L^1 ‖ demonstratum $L^1 A^1$ ‖ 23 laude* LA ‖ 24 partem A^1 ‖ 26 Dio *nos*, diu LA, Dion *prior. edd.*

praegrauat. quibusdam monentibus ut aduersus Heraclidem et Callippum, quorum fidei plurimum credebat, tamquam insidias ei nectentis cautior esset respondit uita se malle excedere quam [in] metu uiolentae mortis amicos inimicis iuxta ponere.

6. Quod sequitur et rei ipsius admiratione et claritate auctoris inlustre. Alexander Macedonum rex incluta iam pugna excellentissimis opibus Darei contusis aestu et itineris feruore in Cilicia percalefactus Cydno, qui aquae liquore conspicuus Tarson interfluit, corpus suum inmersit. subito deinde ex nimio haustu frigoris obstupefactis neruis ac torpore hebetatis artubus maxima cum exanimatione totius exercitus in oppidum castris propinquum defertur. iacebat aeger Tarsi, inque ualitudine eius aduersa instantis uictoriae spes fluctuabat. itaque conuocati medici adtentissimo consilio salutis remedia circumspiciebant. quorum cum ad unam potionem *se* sententiae direxissent, atque eam Philippus medicus suis manibus temperatam Alexandro — erat autem ipsius amicus et comes — porrexisset, a Parmenione missae litterae superueniunt admonentes ut rex insidias Philippi perinde ac pecunia corrupti a Dareo caueret. quas cum legisset, sine ulla cunctatione medicamentum hausit ac tum legendas Philippo tradidit. pro

1 qui quibusdam A^2, *nescio an recte*, is quibusd. *margo* *A* ‖ eraclidem LA^1, eraclydem A^2 ‖ 2 calippum *LA*, *em. Halm* ‖ 3 caucior A^1 ‖ 4 excidere LA^1 ‖ in *AL Halm*, *om. D et edd. uett.*, *ego inclusi. cf. Maduig II 320* ‖ metu] me *L* ‖ 5 uioletę A^1, uiolento A^2 ‖ mertis L^1, meritis L^2 ‖ inimicosq: A^2 ‖ 8 inclyta A^2 *et* ly *in ras. L* ‖ 10 tharson A^2 ‖ 12 rigoris *LA Halm*, *em. Ern. Schulze, Philolog. 1877 p. 572. cf. V 1 ext. 1* ‖ 15 ager A^1 ‖ tharsi A^2 ‖ inq: *margo A*, in qu** (*ex* in quae??) A^1, in qua A^2 ‖ 18 quorum *LA*, *quod* (*om.* se) *prob. referens ad* remedia *Foertsch II 20*, qui *edd. uett. Meiser* ‖ se sententiae direxissent *nos in N. Q. p. 29 et Gertz**, sententiam direxissent *A et ultim.* n *m. 1 s. l. L*, sententiae se dir. *Torrenius et om.* se *Lipsius*, se sententia direxisset *coni. Halm* ‖ 19 atq* eam *A* ‖ 20 alexandro (*sed* o *in litura*) *A* ‖ 21 ab Antipatro *Par.* ‖ missa A^1 ‖ 23 daraeo L^1, darȩo A^1, dario *Par.*[1]

quo tam constanti erga amicum iudicio dignissimam a dis inmortalibus mercedem recepit, qui incolumitatis eius praesidium falso interpellari indicio noluerunt.

LIBER QVARTVS.

I. DE MODERATIONE.

Transgrediar ad saluberrimam partem animi, moderationem, quae mentes nostras inpotentiae *et* temeritatis incursu transuersas ferri non patitur. quo euenit ut reprehensionis morsu sit uacua et laudis quaestu sit opulentissima. itaque effectus suos in claris uiris recognoscat.

1. Atque ut *ab* incunabulis summi honoris incipiam, P. Valerius, qui populi maiestatem uenerando Publicolae nomen adsecutus est, cum exactis regibus imperii eorum uim uniuersam omniaque insignia sub titulo consulatus in se translata cerneret, inuidiosum magistratus fastigium moderatione ad tolerabilem habitum deduxit fasces securibus uacuefaciendo et in contione populo summittendo. numerum quoque eorum dimidia ex parte minuit ultro Sp. Lucretio collega adsumpto, ad quem, quia maior natu erat, priorem fasces transferri iussit. legem etiam comitiis centuriatis tulit, ne quis magistratus ciuem Romanum aduersus prouocationem uerberare aut necare uellet. ita, quo ciuitatis condicio liberior esset, im-

2 diis A^2 ‖ incolomitatis L^1A^1 ‖ 3 iudicio A^1 ‖ 5 VALERI MAXIMI EXPL. LIB. III INCIP. LIB. IIII *LA* ‖ 6 DE MODERATIONE *Par.*, *om. LA* ‖ 8 inpotentiae et A^2, impotentis (*sine* et) *margo A*, impotenti *Γ*, inprouidae *coni. Wensky 1884, p. 784 coll. VIIII 7, 2,* temeritatis *glossam esse cens. Torrenius, inclusit Halm* ‖ 13 ab *om.* L^1A^1. *cf. tamen III 3 ext. 2* ‖ 16 uim *om. L* ‖ omniaquae LA^1 ‖ 18 moderationem A^1 ‖ 19 uacuęfaciendo *LA* ‖ 20 populũ L^2 ‖ 21 ulcro *L* ‖ spurio lucetio *A*, u. lucretio *margo A e Par.* ‖ 23 priorum A^2

perium suum paulatim destruxit. quid quod aedes suas diruit, quia excelsiore loco positae instar arcis habere uidebantur, nonne quantum domo inferior, tantum gloria superior euasit?

2. Vix iuuat abire a Publicola, sed uenire ad Furium Camillum libet, cuius tam moderatus ex magna ignominia ad summum imperium transitus fuit, ut, cum praesidium eius ciues capta urbe a Gallis Ardeae exulantis petissent, non prius Veios ad accipiendum exercitum iret quam de dictatura sua omnia sollemni iure acta conperisset. magnificus Camilli Veientanus triumphus, egregia Gallica uictoria, sed ista cunctatio longe admirabilior: multo enim multoque se ipsum quam hostem superare operosius est, nec aduersa praepropera festinatione fugientem nec secunda effuso gaudio adprehendentem.

3. Par Furio moderatione Marcius Rutilus Censorinus: iterum enim censor creatus ad contionem populum uocatum quam potuit grauissima oratione corripuit, quod eam potestatem bis sibi detulisset, cuius maiores, quia nimis magna uideretur, tempus coartandum iudicassent. uterque recte, et Censorinus et populus: alter enim ut moderate honores crederent praecepit, alter [se] moderato credidit.

4. Age, L. Quintius Cincinnatus qualem consulem gessit! cum honorem eius patres conscripti continuare uellent non solum propter illius egregia opera, sed etiam quod populus eosdem tribunos in proximum annum creare conabatur, quorum neutrum iure fieri poterat, utrumque discussit senatus simul studium inhibendo et tribunos uerecundiae suae exemplum sequi cogendo atque unus causa fuit, ut

1 paulati* (s *eras. uid.*) *A*[1] ‖ 2 quia *LA*[2] *dett. omn.*, qui *A*[1], quae *Par.* ‖ 4 gloria *om., sed m. 1 in mrg. add. L* ‖ 11 iure *LA Par.*, more *dett. pauci, Stanger* ‖ 13 conctatio *A* ‖ 15 prępopera (*sic*) *A* ‖ 16 secunda* *LA* ‖ 17 marcus rutilius *LA*, m. rutilius *Par.*, *quod emendaui. cf. C. I. L. I p. 432 a. 444* ‖ 24 se *delend. esse uidit Wensky 1884 p. 784* ‖ 28 populos *A*[1] *et, ut uid.*, *L*[1] ‖ 29 conabatur] I. P destinabat *margo A e Par.*

amplissimus ordo populusque tutus esset ab iniusti facti reprehensione.

5. Fabius uero Maximus, cum a se quinquies et a patre, auo, proauo maioribusque suis saepe numero consulatum gestum animaduerteret, comitiis, quibus filius eius summo consensu consul creabatur, quam potuit constanter cum populo egit ut aliquando uacationem huius honoris Fabiae genti daret, non quod uirtutibus filii diffideret, erat enim inluster, sed ne maximum imperium in una familia continuaretur. quid hac moderatione efficacius aut ualentius, quae etiam patrios adfectus, qui potentissimi habentur, superauit?

6. Non defuit maioribus grata mens ad praemia superiori Africano exsoluenda, si quidem maxima eius merita paribus ornamentis decorare conati sunt. uoluerunt illi statuas in comitio, in rostris, in curia, in ipsa denique Iouis optimi maximi cella ponere, uoluerunt imaginem eius triumphali ornatu indutam Capitolinis puluinaribus adplicare, uoluerunt ei continuum per omnes uitae annos consulatum perpetuamque dictaturam tribuere: quorum *nihil* sibi neque plebiscito dari neque senatus consulto decerni patiendo paene tantum se in recusandis honoribus gessit, quantum egerat in emerendis.

Eodem robore mentis causam Hannibalis in senatu protexit, cum eum ciues sui missis legatis tamquam seditiones apud eos mouentem accusarent. adiecit quoque non oportere patres conscriptos se rei publicae Karthaginiensium interponere altissimaque moderatione alterius saluti consuluit, alterius digni-

3 Fabius uero *in ras. A* ‖ 8 huius *om., sed. m. 1 in mrg. add. L*, eius *Par.* ‖ fabia egenti L^1, fabi egenti A^1 ‖ daret *nos e Par.*, darent *LA Halm* ‖ qđ *L* (*et* đ *in ras. corr. non ex* quo, *sed, ut uid., ex* qui, *ut habet B*) *A*, quia L^2 ‖ 11 efficatius A^1 ‖ quae A^2, quam L^1A^1 ‖ 15 ex*oluenda (s. *eras.*) *A* ‖ 18 in ipsa (*litt.* in i *in ras. maiore*) *A* ‖ 19 triumphali* (s. *eras. uid.*) *A* ‖ indutum A^1 ‖ 22 nihil *om.* LA^1, *post* sibi *add.* A^2 ‖ 27 sui* (s *eras.*) *L* ‖ 28 molientem *EF*, *at cf. Vell. II 68, 2*

tati, uictoria tenus utriusque hostem egisse contentus.

7. At M. Marcellus, qui primus et Hannibalem uinci et Syracusas capi posse docuit, cum in consulatu eius Siculi de eo questum in urbem uenissent, nec senatum illa de re habuit, quia collega Valerius Laeuinus forte aberat, ne ob id Siculi in querendo timidiores essent, et, ut is rediit, ultro de his admittendis retulit querentisque de se patienter sustinuit. iussos etiam a Laeuino discedere remanere, ut suae defensioni interessent, coegit, ac deinde, † utraque parte perorata excedentes curia subsecutus est, quo liberius senatus sententias ferret. inprobatis quoque eorum querellis supplices et orantes ut ab eo in clientelam reciperentur clementer excepit. super haec Siciliam sortitus ea prouincia collegae cessit. totiens laudatio Marcelli uariari non potest, quotiens ipse nouis gradibus moderationis aduersus socios usus est.

8. Quam Ti. etiam Gracchus admirabilem se exhibuit! tribunus enim pl., cum ex professo inimicitias cum Africano et Asiatico Scipionibus gereret, et Asiaticus iudicatae pecuniae satisdare non posset at-

4 siracusas A^1 ‖ consulatum L^1A ‖ 6 illa *Gelbke p. 30, Stanger*, ulla *LA* ‖ de re (*corr. ex* dare) *A* ‖ quia — ob id *om., sed in calce paginae m. 2 add.* quia collega — aberat ne * * * *, *ita ut* siculi *uideatur eras., cuius prima litt.* s *cognoscitur*) *A, ut nos L* ‖ 7 inquirendo A^1 ‖ 8 et ut is A^2, et in his A^1, *ut* is *L* ‖ de iis adm. *Halm*, de intromittendis iis *Par.* ‖ 9 rettulit L^2A^2, set tulit L^1, sed tulit A^1 ‖ 10 Iussos (*sed. litt.* Iu *in litura*) *A* ‖ a. l. lęuinio *LA* ‖ 11 utraque parte perorata** (*eras. uid.* et, *quod est in dett.*) *A*, ut ab utraq. parte peroratum est *Wensky p. 8*, ex utraque parte perorato *Gertz p. 274*, ⟨causa ab⟩ utraq. p. perorata, *nos. cf. Fleckeis. ann. 1886 p. 53; habet enim* causa perorata *Par.* ‖ 12 quo* (d *eras. uid.*) *A* ‖ 13 sententiam *A dett. Halm, ut nos L. cf. Cic. ad Q. fr. II 1, 1* ‖ 14 quaerellis L^1A^1, quęrelis L^2 ‖ 15 cliente iam A^1 ‖ 16 ea prouincia LA^1BC, eā prouinciā A^2 *Halm, at u. V 7 ext. 2; VII 3, 3. cf. etiam edit. meam mai. p. 315* ‖ 16 toties — quoties L^1A^1 ‖ 18 nouis (u *in ras.*) *L*, nobis A^1 ‖ 20 t. etiam *LA* ‖ 22 Asiatico] *add.* I. P. gnaeo *e Par. margo A* ‖ 23 posse A^1

que ideo a consule in uincula publica duci iussus esset appellassetque collegium tribunorum, nullo uolente intercedere secessit a collegis decretumque conposuit. nec quisquam dubitauit quin in eo scribendo ira tinctis aduersus Asiaticum uerbis usurus esset. at is primum iurauit se cum Scipionibus in gratiam non redisse, deinde tale decretum recitauit: cum L. Cornelius Scipio die triumphi sui ante currum actos hostium duces in carcerem coniecerit, indignum et alienum maiestate rei publicae uideri, eodem ipsum duci: itaque id non passurum fieri. libenter tunc opinionem suam populus Romanus a Graccho deceptam cognouit moderationemque eius debita laude prosecutus est.

9. C. quoque Claudius Nero inter cetera praecipuae moderationis exempla numerandus est. Liui Salinatoris in Hasdrubale opprimendo gloriae particeps fuerat. tamen eum triumphantem equo sequi quam triumpho, quem senatus ei aeque decreuerat, uti maluit, quia res in prouincia Salinatoris gesta erat. atque ita sine curru triumphauit, eo quidem clarius, quod illius uictoria tantummodo laudabatur, huius etiam moderatio.

10. Ne Africanus quidem posterior nos de se tacere patitur. qui censor, cum lustrum conderet inque solitaurilium sacrificio scriba ex publicis tabulis sol-

2 collegium] auxilium *Kellerbauer*, *at u. Eberhard p. 164* || 3 collegiis *LA* || 5 ira tinctis *nos*, irati noctis *LA*, iracundis *et alia manu* ira extortis *margo A*, irati pectoris *Blaum p. 28*, irae tenacis *Wensky 1883 p. 638 at u. Fleckeis. ann. 1886 p. 63* || 7 redisse (se *in ras. A et extrem.* e *corr. ex* et?) *L* || 9 actus L^1A || 10 et *om.* A^1 || a maiestate A^2 || rei publicae *uel* r. p. *dett. mei omn. cf. Gell. VI 19*, p. r. *L et in ras. A*, populi Romani *Halm* || 11 eundem LA^1 *dett. omn.* || 12 populos L^1 || 18 eq* (*s. l. add.* uo) *L* || 19 senatus ei *om., sed in mrg. m. 2 add.* ei senatus *L* || 20 ut maluit A^1 || gesta (*sed* a *m. 2 add.*) *L* || 21 erat atque ita *nos*, *om. L et dett. mei*, erat atque is *A*, erat. atqui *Halm* || solitaurilium *nos*, solita u*ri *L*, solita uiri *ABC*, solito uiri A^2, solito fieri *D*, solitaurili *Cuiacius obscru. IIII 7*

lemne ei precationis carmen praeiret, quo di immortales ut populi Romani res meliores amplioresque facerent rogabantur, 'satis' inquit 'bonae et magnae sunt: itaque precor ut eas perpetuo incolumes seruent', ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emendari iussit. qua uotorum uerecundia deinceps censores in condendis lustris usi sunt: prudenter enim sensit tunc incrementum Romano imperio petendum fuisse, cum intra septimum lapidem triumphi quaerebantur, maiorem autem totius terrarum orbis partem possidenti ut auidum esse quicquam ultra adpetere, ita abunde felix, si nihil ex eo, quod optinebat, amitteret.

Neque alia eius in censura moderatio pro tribunali apparuit. centurias recognoscens equitum, postquam C. Licinium Sacerdotem citatum processisse animaduertit, dixit se scire illum uerbis conceptis peierasse: proinde, si quis eum accusare uellet, usurum testimonio suo. sed nullo ad id negotium accedente 'transduc equum' inquit, 'Sacerdos, ac lucrifac censoriam notam, ne ego in tua persona et accusatoris et testis et iudicis partes egisse uidear'.

11. Quod animi temperamentum etiam in Q. Scaeuola excellentissimo uiro adnotatum est: testis namque in reum productus, cum id respondisset, quod salutem periclitantis magnopere laesurum uidebatur, discedens adiecit ita sibi credi oportere, si et alii idem adseuerassent, quoniam unius testimonio aliquem cadere pessimi esset exempli. et religioni

1 p̃cationis *L*, p̃dicationis *A* ‖ carm̃ (*sed* m̃ *in ras.*) *A* ‖ quo* (d *eras*) *L* ‖ dii *in ras.* *A* ‖ 3 inquid A^1 ‖ et bonae et *Par.* ‖ 4 incolomes *L* A^1, incolumis *Par. Halm* ‖ seruent (*litt.* t *in ras.*) *A* ‖ 5 protmus L^1 ‖ 6 uerecondia L^1 ‖ 11 quidquam *L* A^1 *Halm* ‖ 12 habunde L^1 ‖ 13 eo *in ras.* *A* ‖ 19 testimonio (*extr.* o *in ras.*) *L* ‖ 20 traduc *Par.* ‖ 22 testis] *add.* et censoris *margo A e Par.* ‖ 23 quinto scęuola *L A*, I. P. m. scaeuola *margo A e Par.* ‖ 27 discendens L^1 ‖ credi A^2 *e Par.*, cedi *L* A^1 ‖ 28 et *L*, *om. Par.* et in A^1 ‖ 29 cadere *Perizonius*, cedere *L* A^1, credere A^2. *cf. VIII 6*, 3 ‖ pessime A^1 ‖ essent L^1

igitur suae debitam fidem et communi utilitati salubre consilium reddidit.

12. Sentio quos ciues quaeue facta eorum ac dicta quam * * * ambitu orationis amplectar. sed cum magna * * * multa breuiter dicenda sint, claritate excellentibus infinitis personis rebusque circumfusus utrumque praestare * * *. propositi quoque nostri ratio non laudanda sibi omnia, sed recordanda sumpsit. quapropter bona cum uenia duo Metelli, Macedonicus et Numidicus, maxima patriae ornamenta strictim se narrari patientur.

Acerrime cum Scipione Africano *Metellus* Macedonicus dissenserat, eorumque ab aemulatione uirtutis profecta concitatio ad graues testatasque inimicitias progressa fuerat: sed tamen, cum interemptum Scipionem conclamari audisset, in publicum se proripuit maestoque uultu et uoce confusa 'concurrite, concurrite' inquit, 'ciues! moenia nostrae urbis euersa sunt: Scipioni enim Africano intra suos penates quiescenti nefaria uis allata est'. o rem publicam pariter Africani morte miseram et Macedonici tam humana tamque ciuili lamentatione felicem! eodem enim tempore et quantum amisisset

1 salubrae A^1 ‖ 4 quam] *addunt* angusto *BCEF Halm*, breuissimo *DΓ*, incongruo *in ras. m. 2 A*, indecenti, minus digno aut conciso, minus apto *margo A* ‖ amplecter A^2 ‖ 5 magna multa *L*, magna mihi atque permulta *A Halm*, magna et multa *dett. mei omn.*, magna mihi permulta *Foertsch I 12*, magna mihi magnifice et permulta *Heller in Philol. 1868 p. 346*, magna abundanter, multa *Gertz p. 275* ‖ breuiter *cum Foertschio I 12 inclus. Halm*, pariter *Foertsch III 15* ‖ 6 excellentibus] *add.* uiris sermo *Halm et litt. paulo angustioribus, ut spatium antea uacuum iis m. 1? expletum uideatur A*, *add.* l' stilus *margo A*, uiris sermo *non habent L et dett.*, *add.*, numeroque *Gertz l. c.* ‖ 7 praestare] *add.* non potuit itaq. *A Halm*, *quod om. L B C D*, non potui. itaque *Gertz. mihi explenda uid. prima lacuna add.* angusto, *altera* copiose, *tertia* non potui ‖ 10 duę A^1 ‖ m*etelli *L* ‖ 11 patriae (*sed* ae *m. 2*) *L*, patria *A* ‖ patiantur (ur *in ras.*) *A* ‖ 12 Metellus *om. AL dett.*, *suppl. e Par. Gertz** ‖ 14 concitatio *LA*, contentio *BC*, concertatio *Maduig II 320* ‖ 15 *litt.* inimicias pro *in ras. A* ‖ 21 mortem L^1A^1 ‖ 22 humanã L^1A^1

principem et qualem haberet recognouit. idem filios suos monuit ut funebri eius lecto humeros subicerent, atque huic exequiarum illum honorem uocis adiecit, non fore ut postea id officium ab illis maiori uiro praestari posset. ubi illa tot in curia iurgia? ubi tot [multae] pro rostris altercationes? ubi maximorum ciuium et ducum tantum non togata proelia? omnia nimirum ista praecipua ueneratione prosequenda deleuit moderatio.

13. Numidicus autem Metellus populari factione patria pulsus in Asiam secessit. in qua cum ei forte ludos Trallibus spectanti litterae redditae essent, quibus scriptum erat maximo senatus et populi consensu reditum illi in urbem datum, non e theatro prius abiit quam spectaculum ederetur, non laetitiam suam proxime sedentibus ulla ex parte patefecit, sed summum gaudium intra se continuit. eundem constat pari uultu et exulem fuisse et restitutum. adeo moderationis beneficio medius semper inter secundas et aduersas res animi firmitate uersatus est.

14. Tot familiis in uno genere laudis enumeratis Porcium nomen uelut expers huiusce gloriae silentio † praetereundum se negat fieri debere posterior Cato non paruo summae moderationis fisus indicio. Cypriacam pecuniam maxima cum diligentia et sanctitate in urbem deportauerat. cuius ministerii gra-

2 humeros *h. l.* *LA*, umeros *Par.* *Halm* ‖ 3 exequiarum *L* *et* (exe *in ras.*) *A* ‖ 4 forte *L* ‖ illis (*sed* ill *in ras.*) *A*, aliis *L*, his *Par.* ‖ 5 possit *Par.* ‖ 6 tot multae *LA*, *unde* tot *uel* tot illae *coni.* *Halm*, tam multae *dett.* *mei omn.*, tumultuosae *Wensky p. 8* ‖ 7 tanta *A*[2] ‖ togatā *LA*[1] ‖ 12 tralibus *Par.*[1] ‖ 14 e *om.* *Par.* ‖ theathro *LA* ‖ 15 ederetur *nunc defend.* *Gertz* coll. Curt. Ruf. III 7 (17 Z) 5, cum p. 276* cluderetur *coniecisset*, peragerετur *Par.* ‖ 19 medicus *A*[1] ‖ 22 Porcium nomen — silentione praetereundum? negat fieri debere *Pighius*, Porciumne — praetereundumst? negat f. d. *Halm*, Porcium — praetereundum se negat. ⟨Negat⟩ f. d. *Torrenius*, Porcium — praetereundum ⟨es⟩se negat posterior Cato *Maduig I 91*, *deletis* fieri debere, *quae punctata sunt m. 2 in A*, *recte, si quid uideo* ‖ 25 cypriacam (cam *in ras.*) *A*, cypriācā *L*[1]

tia senatus relationem interponi iubebat, ut praetoriis comitiis extra ordinem ratio eius haberetur. sed ipse id fieri passus non est, iniquum esse adfirmans quod nulli alii tribueretur sibi decerni, ac ne quid in persona sua nouaretur, campestrem experiri temeritatem quam curiae beneficio uti satius esse duxit.

15. Ad externa iam mihi exempla transire conanti M. Bibulus uir amplissimae dignitatis et summis honoribus functus manus inicit. qui, cum in Syria prouincia moraretur, duos egregiae indolis filios suos a Gabinianis militibus Aegypti occisos cognouit. quorum interfectores ad eum uinctos regina Cleopatra misit, ut grauissimae cladis ultionem arbitrio suo exigeret. at ille oblato beneficio, quo nullum maius lugenti tribui poterat, dolorem moderationi cedere coegit carnificesque sanguinis sui intactos e uestigio ad Cleopatram reduci iussit, dicendo potestatem huius uindictae non suam, sed senatus esse debere.

Ext. 1. Tarentinus Archytas, dum se Pythagorae praeceptis Metaponti penitus inmergit, magno labore longoque tempore solidum opus doctrinae conplexus, postquam in patriam reuertit ac rura sua reuisere coepit, animaduertit neglegentia uilici corrupta et perdita intuensque male meritum 'sumpsissem' inquit 'a te supplicium, nisi tibi iratus essem': maluit enim inpunitum dimittere quam propter iram iusto grauius punire.

2. Nimis liberalis Archytae moderatio, temperatior Platonis: nam cum *ad*uersus delictum serui

1 l'. dilationem *margo* *A* ‖ 2 se ipse *L*[1] *A*[1] ‖ 3 adfirmans (ns *in ras.*) *L*, adfirmatis *A*[1] ‖ 5 noueretur *A*[1] ‖ 6 dixit *A*[1] ‖ 7 conanti (n[ti] *in ras.*) *L*, conati *A*[1] ‖ 8 uibulus *L A*[1] ‖ 10 prouā *L* ‖ morereretur *A*[1] ‖ indolis (is *in ras.*) *L* ‖ 11 in aegypto *Par.* ‖ occissos *L*[1] ‖ 14 nullṽ (ṽ *in ras.*) *L* ‖ 15 dolore *L*[1] ‖ *litt.* tioni cedere *in ras.* *A*, cede (*corr. m. 2* cędere) *L* ‖ 20 architas *L* ‖ pytagorae *L A* ‖ 21 paenitus *L A Par.*[1] ‖ 24 negligentia *L*[2] ‖ 27 enim] *an* eum? *Perizonius* ‖ 30 cum aduersus *A*[2] *Par.*, conuersus *L*, cum uersus *A*[1]

uehementius exarsisset, ueritus ne ipse uindictae modum dispicere non posset, Speusippo amico castigationis arbitrium mandauit deforme sibi futurum existimans, si conmisisset ut parem reprehensionem culpa serui et animaduersio Platonis mereretur.

Quo minus miror quod in Xenocrate discipulo suo tam constanter moderatus fuit. audierat eum de se multa inpie locutum: sine ulla cunctatione criminationem respuit. instabat certo uultu index causam quaerens, cur sibi fides non haberetur: adiecit non esse credibile ut, quem tantopere amaret, ab eo inuicem non diligeretur. postremo, cum ad ius iurandum inimicitias serentis malignitas confugisset, ne de periurio eius disputaret, adfirmauit numquam Xenocratem illa dicturum fuisse, nisi ea dici expedire sibi iudicasset. non in corpore mortali, sed in arce caelesti et quidem armatum animum eius uitae stationem putes peregisse, humanorum uitiorum incursus a se inuicta pugna repellentem cunctosque uirtutis numeros altitudinis suae sinu clausos custodientem.

3. Nequaquam Platoni litterarum commendatione par Syracusanus Dio, sed quod ad praestandam moderationem adtinuit, uehementioris experimenti. patria pulsus a Dionysio tyranno Megaram petierat. ubi cum Theodorum principem eius urbis domi conuenire uellet neque admitteretur, multum diuque ante fores retentus comiti suo ‘patienter hoc ferendum est’ ait: ‘forsitan enim et nos, cum in gradu digni-

2 pseusoppo LA^1, pleusippo A^2 *Par. cf. Plut. de liber. educ. 14* ‖ 5 et adanim aduersio *A* ‖ 6 senocrate L^1 ‖ 8 inpiae *A* ‖ 10 obiecit *Eberhard p. 157* ‖ 12 cũ*ad (*sed* ˜ *m. 2*) *L*, cũiã (*sed* ˜ *et* ã *m. 2*) *A*, *ut nos* L^2 *et dett. mei omn., an* cum etiam ad? *Halm* ‖ 13 inimici*as serentis *L* ‖ 15 expedire (re *in ras.*) *L*, expediri A^1 ‖ 18 pute spregisse A^1 ‖ 22 cōmendationẽ L^1A^1 ‖ 23 dio A^2 *Par.*, diu LA^1 ‖ 25 dyonisio (*corr. e* dionisi) *L*, dyonysio *A*, *add.* I. P. pulsus ac̃tii pro *margo A e Par., ap. quem haec ita leguntur:* pulsus acontii pro patria cum principem *etc.* ‖ 26 thodorum LA^1 ‖ 27 anteferes A^1 ‖ 29 fortasse *Par.*

tatis nostrae essemus, aliquid tale fecimus'. qua tranquillitate consilii ipse sibi condicionem exilii placidiorem reddidit.

4. Thrasybulus etiam hoc loci adprehendendus est, qui populum Atheniensem xxx tyrannorum saeuitia sedes suas relinquere coactum dispersamque et uagam uitam miserabiliter exigentem, animis pariter atque armis confirmatum in patriam reduxit. insignem deinde restitutione libertatis uictoriam clariorem aliquanto moderationis laude fecit: plebei enim scitum interposuit, ne qua praeteritarum rerum mentio fieret. haec obliuio, quam Athenienses amnestian uocant, concussum et labentem ciuitatis statum in pristinum habitum reuocauit.

5. Non minoris admirationis illud. Stasippus Tegeates hortantibus amicis ut grauem in administratione rei publicae aemulum, sed alioqui probum et ornatum uirum qualibet ratione uel tolleret uel summoueret negauit se facturum, ne quem in tutela patriae bonus ciuis locum obtineret, malus et inprobus occuparet, seque potius uehementer *ab* aduersario urgueri quam patriam egregio aduocato carere praeoptauit.

6. Pittaci quoque moderatione pectus instructum. qui Alcaeum poetam et amaritudine odii et uiribus ingenii aduersus se pertinacissime usum tyrannidem a ciuibus delatam adeptus tantum modo quid in *eo* opprimendo posset admonuit.

7. Huius uiri mentio subicit ut de septem sapien-

2 conditione (*corr. ex* condicione) *A* ‖ platidiorem L^1 ‖ 11 praeteritarum * *A*, *add.* se *L* ‖ 16 ortantibus $L^1 A^1$ ‖ grauem] *add.* sibi *e Par. Halm*, *at u. H. Busch p. 4* ‖ 19 ne quē (*corr. ex* neq;) in tuentelā *L*, ne eum quem in tutela *in ras. A*, ne quem in tutelam *dett. mei omn.* ‖ 20 optineret $L A^2$ *Par.*[2] ‖ eum malus *Par.* ‖ 21 uehementi A^2 ‖ ab *om. LA*, *add. Halm* ‖ 22 urgeri $L^2 A^2$ ‖ 25 alchaeum A^2 *Par.*[2], achaeum *Par.*[1] ‖ 27 delatam *L et dett. mei omn.*, mytilene *in ras. A e Par.* ‖ tantum modum *A* ‖ eo *om. LA*, *suppl. Halm e Par.* ‖ 28 possit *L et corr. e Par. A*

tium moderatione referam. a piscatoribus in Milesia regione euerriculum trahentibus quidam iactum emerat. extracta deinde magni ponderis aurea Delphica mensa orta controuersia est, illis piscium se capturam uendidisse adfirmantibus, hoc fortunam ductus emisse dicente. qua cognitione propter nouitatem rei et magnitudinem pecuniae ad uniuersum ciuitatis eius populum delata placuit Apollinem Delphicum consuli cuinam adiudicari mensa deberet. deus respondit illi esse dandam, qui sapientia ceteros praestaret, his uerbis:

τίς σοφίᾳ πρῶτος πάντων; τούτῳ τρίποδ' αὐδῶ.

tum Milesii consensu Thaleti mensam dederunt. ille cessit ea Bianti, Bias Pittaco, is protinus alii, deincepsque per omnium VII sapientium orbem ad ultimum ad Solonem peruenit, qui et titulum amplissimae prudentiae et praemium ad ipsum Apollinem transtulit.

8. Atque ut Theopompo quoque Spartanorum regi moderationis testimonium reddamus, [qui] cum primus instituisset ut ephori Lacedaemone crearen-

1 moderationẽ L^1 ‖ melesia *LA*, *add.* I. P. mytilena *margo A e Par.*, *qui habet* piscatores mytilenaei ‖ 2 *uerriculũ (e *eras.*) *L* ‖ 3 deinde (*extrem.* de *in ras.*) *A* ‖ pondoris A^1 ‖ 6 se emisse *edd. multae uett.*, *at u. VIII 4, 1; VIIII 5 ext. 3* ‖ dicentem L^1A^1 ‖ cognitione *Lipsius*, conditione *LA*, contentione *dett. pauci*, *Halm*, contradictione *Gertz** ‖ 12 ΤΙCCΟΦΙΑ ΠΡΩΤΟC (ΤΙΡΩΤΟC *A*) ΙΤΑΝΤΩ (ΙΤΑΝΤΩΝ *A*) ΤΟΥCΟC ΤΡΙΠΩ ΑΛΔΩΙ (ΛΑΩΙ *A*) *LA*, *emendaui e Diodor. exc. Vat. 18* ‖ 13 tumilli sothaleti (*extr.* i *in* illi *ex* e *corr. et post eam una hasta eras.*) *L*, tum ille (*corr.* illi) consen|so (*corr.* su) thaleti *A*, tum milesii consensu thaleti *codd. Cauch. et Camp. Pighii*, tum illi sothadeti *Γ*, tum (*uel* tunc) miles iothaleti *BC*, *in archetypo igitur fuit aut* tũ millesuthaleti *aut* tũ millesu consensu thaleti ‖ 14 ea (*sic*) LA^1BC, eã $A^2D\Gamma$ *Par. Halm, cf. ed. meam mai. p. 315* ‖ uianti L^1A, liianti L^2 ‖ pitaco A^1 ‖ 15 ad ultimum *om. L* ‖ 16 *litt.* mũ ad solonẽ *in ras. A* ‖ 17 proemium *A* ‖ 19 atque ut *LA*, atquin *Lipsius*, Atque (*om.* ut) *Gertz p. 276*, *at u. IIII 1, 1; V 1, 2; VI 1 ext. 1; VIII 1 amb. 1; 4 init.; 7 ext. 2 et 9; 11, 7; 14, 5; VIIII 5, 1* ‖ 20 qui *om. in F et edd. uett. seclusi* ‖ 21 uti*phori (*prior* i *in ras.*) *L*, ut ἔφοροι *Vahlen in mus. Rhen. XI p. 589*, ut ephoroe *Halm*

tur, ita fu*tu*ri regiae potestati oppositi, quemadmodum Romae consulari imperio tribuni pl. sunt obiecti, atque illi cum uxor dixisset id egisse illum, ut filiis minorem potestatem relinqueret, 'relinquam' inquit, 'sed diuturniorem'. optime quidem: ea enim demum tuta est potentia, quae uiribus suis modum inponit. igitur Theopompus regnum legitimis uinculis constringendo, quo longius a licentia retraxit, hoc ad beniuolentiam ciuium propius admouit.

9. Antiochus autem a L. Scipione ultra Taurum montem imperii finibus summotis, cum Asiam prouinciam uicinasque ei gentes amisisset, gratias agere populo Romano non dissimulanter tulit, quod nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis uteretur. et sane nihil est tam praeclarum aut tam magnificum, quod non moderatione temperari desideret.

II. QVI EX INIMICITIIS IVNCTI SVNT AMICITIA AVT NECESSITVDINE.

Quae quoniam multis et claris auctoribus inlustrata est, transgrediamur ad egregium humani animi ab odio ad gratiam deflexum et quidem eum laeto stilo persequamur: nam si placidum mare ex aspero caelumque ex nubilo serenum hilari aspectu sentitur, si bellum pace mutatum plurimum gaudii adfert, of-

1 furi (*sic*) L^1A^1 *ut VII 2 ext. 1,* fori L^2, futurę A^2, futuri *BCEF, quod defend. Heller Philol. 1868 p. 347 et Gertz p. 276,* furae *in* A^1 *legi opinantes coni.* fere *Foertsch I 13 et delent u. tamquam dittographia ex* ephoroe *ortum Vahlen et Halm* ‖ 4 inquit] *add.* minorem *margo A* ‖ 9 proprius admonuit A^1 ‖ 10 anthiocus *A* ‖ 11 summotus *LA Par. em. Perizonius* ‖ 12 gratias] *add.* se *Maduig II 320, u. tamen Cic. de leg. agr. II 34, 93* ‖ 13 tulit] coepit *Par.* ‖ 14 modicus A^1 ‖ 18 SINT *Par.* S̄T *L, at u. III capp. 5 et 6, VII 8 et 9; VIII 3 et 6* ‖ AMICITIA AVT NECESSITVDINE *om. Par.* ‖ 21 aegregium *A* ‖ 22 hodio L^1 ‖ deflexũ (*corr.* e deflesũ) *L* ‖ equidem LA^1 ‖ 23 sic (c. *m. 2 s. l.*) *L* ‖ 25 si * *L*, sic A^1

fensarum etiam acerbitas deposita candida relatione celebranda est.

1. M. Aemilius Lepidus, bis consul et pontifex maximus splendorique honorum pari uitae grauitate, diutinas ac uehementes inimicitias cum Fuluio Flacco eiusdem amplitudinis uiro gessit. quas, ut simul censores renuntiati sunt, in campo deposuit existimans non oportere eos priuatis inimicitiis dissidere, qui publice summa iuncti essent potestate. id iudicium animi eius et praesens aetas conprobauit et nobis ueteres annalium scriptores laudandum tradiderunt, 2. sicuti Liui quoque Salinatoris finiendarum simultatium inlustre consilium ignotum posteritati esse noluerunt: is namque, etsi Neronis odio ardens in exilium profectus fuerat testimonio eius praecipue adflictus, tamen, postquam eum inde reuocatum ciues collegam illi in consulatu dederunt, et ingenii sui, quod erat acerrimum, et iniuriae, quam grauissimam acceperat, obliuisci sibi imperauit, ne, si dissidente animo consortionem imperii usurpare uoluisset, pertinacem exhibendo inimicum malum consulem ageret. quae quidem mentis ad tranquilliorem habitum inclinatio in aspero ac difficili temporum articulo plurimum salutis urbi atque Italiae attulit, quia pari uirtutis inpetu conisi terribilis Punicas uires contuderunt.

3. Clarum etiam in Africano superiore ac Ti. Graccho depositarum inimicitiarum exemplum, si quidem ad cuius mensae sacra odio dissidentes uenerant, ab ea et amicitia et adfinitate iuncti discesserunt: non contentus enim Scipio auctore senatu in

1 aceruitas L^1A ‖ 4 splendoremq. L^1A^1 ‖ pari uitae *Gertz p. 276*, par uitę LA^2, paruitate (*sic*) A^1 ‖ 5 diurtinas L^1 ‖ 7 enuntiati A^2, Ī. P. renuntiati sunt *margo A e Par.* ‖ ex*istimans LA ‖ 9 publicae (*corr.* a, e) L, publica A^2 ‖ id LA^2, ad A^1 ‖ 10 eius ut praesens LA^1 ‖ 12 sicuti *Aldus*, sexti LA, *an* set, *quod a compendio* sex. *aegre discernitur? cf. § 4 init.* ‖ simulatium L^1A^1 ‖ 14 ardentis A^2 ‖ 20 pertinacē|se (*sed* cē *m. 2 extra uersum et* se *in ras.*) A ‖ 25 terribiles L^2

Capitolio Iouis epulo cum Graccho concordiam communicasse filiam quoque ei Corneliam protinus ibi despondit.

4. Sed huiusce generis humanitas etiam in M. Cicerone praecipua apparuit: Aulum namque Gabinium repetundarum reum summo studio defendit, qui eum in consulatu suo urbe expulerat, idemque P. Vatinium dignitati suae semper infestum duobus publicis iudiciis tutatus est, ut sine ullo crimine leuitatis, ita cum aliqua laude, quia speciosius aliquanto iniuriae beneficiis uincuntur quam mutui odii pertinacia pensantur.

5. Ciceronis autem factum adeo uisum est probabile, ut imitari id ne inimicissimus quidem illi P. Pulcher dubitauerit. qui incesti crimine a tribus Lentulis accusatus unum ex his ambitus reum patrocinio suo protexit atque in animum induxit et iudices et praetorem et Vestae aedem intuens amicum Lentulo agere, inter quae ille salutem eius foedo crimine obruere cupiens hostili uoce perorauerat.

6. Caninius autem Gallus reum pariter atque accusatorem admirabilem egit, et C. Antonii, quem damnauerat, filiam in matrimonium ducendo et M. Colonium, a quo damnatus fuerat, rerum suarum procuratorem habendo.

7. Caeli uero Rufi ut uita inquinata, ita misericordia, quam Q. Pompeio praestitit, probanda. cui

1 aepulo *L et* a *eras. A* ‖ concordans A^2 ‖ 2 quoq. ei** (*sed* suam *non erat ante ras.*) *L*, quoq: ei suam ** *in ras. A e Par.* ‖ 5 gauinium LA^1 ‖ 6 reputandarum LA^1 ‖ 7 urbe (*sed* be *extra uers. m. 2*) *A* ‖ expulerat *in ras. A*, explerat L^1 ‖ 8 uatinium (*litt.* nium *in ras.*) *A* ‖ 9 tutatus est *in ras. A*, tutus est *L* ‖ 11 ueneficiis L^1 *et litt.* iis *in ras.* A^1, beneficio *BF Halm*, *ut nos* $L^2A^2CDE\Gamma$ ‖ 15 incesti *sed* s. *ut uid.*, *ex* r *corr. L et* sti *in ras. A* ‖ 17 iudices *D Perizonius*, iud̄ *LA*, iudicem *dett.* ‖ praetorum A^1 ‖ 18 uestẽ L^1 *et, ut uid.*, A^1, ueste L^2, uęstę A^2 ‖ 19 interq. ille A^1 ‖ 21 Caninius] I. P. c. annius gallus *margo A e Par.* ‖ reũ* pariter (pa *in ras.*) *A* ‖ 23 m*colonium (a *uel* ae *eras. uid.*) *A*, mecolonium *LB*, I. P. ualerium maximum *margo A e Par.* ‖ 27 quam*q* (a *corr. ex* u) pompeio *A*

a se publica quaestione prostrato, cum mater Cornelia fidei commissa praedia non redderet, atque iste auxilium suum litteris inplorasset, pertinacissime absenti adfuit: recitauit etiam eius epistolam *in* iudicio ultimae necessitatis indicem, qua impiam Corneliae auaritiam subuertit. factum propter eximiam humanitatem ne sub Caelio quidem auctore repudiandum.

III. DE ABSTINENTIA ET CONTINENTIA.

Magna cura praecipuoque studio referendum est quantopere libidinis et auaritiae furori similis impetus ab inlustrium uirorum pectoribus consilio ac ratione summoti sint, quia ii demum penates, ea ciuitas, id regnum aeterno in gradu facile steterit, ubi minimum uirium ueneris pecuniaeque cupido sibi uindicauerit: nam quo istae generis humani certissimae pestes penetrarunt, iniuria dominatur, infamia flagrat, uis habitat, bella gignuntur. fauentibus igitur linguis contrarios his tam diris uitiis mores commemoremus.

1. Quartum et uicesimum annum agens Scipio, cum in Hispania Karthagine oppressa maioris Karthaginis capiendae sumpsisset auspicia multosque obsides, quos in ea urbe Poeni clausos habuerant, in suam potestatem redegisset, eximiae inter eos formae uirginem aetatis adultae et iuuenis et caelebs et uictor, postquam comperit inlustri loco inter Celti-

1 a se *A* l'. a senatu *margo A* ‖ mater cornelia *margo A et litt.* ter *in ras. L*, matre cornelia A^1, matri corneliae A^2 ‖ 2 iste L^2 *dett. pleriq.*, istae L^1, ita *AF*, ista *B*, *an* is? *Novak* ‖ 4 in *Aldus, Gertz p. 276. cf. VIII 1 abs. 8, om. LA Halm* ‖ indicio L^1A^1 ‖ 10 similes L^2 ‖ 12 sunt L^1 ‖ hi *L* ‖ 15 quo *dett. nonnulli*, quos *LA* ‖ 16 *pestes (p *in ras.*) *A* ‖ penetrarunt] *add.* in eis A^2 ‖ domin*a*tur (a *in ras.*) *L* ‖ 17 uis — igitur *om. omn. codd. et edd.*, *recepi ex uno L. frustra lacunam sarcire studuerunt Halm in ed., Maduig II 321, Foertsch III 16, alii* ‖ fauentibus *nos in ed. mai.*, fabentibus L^1 ‖ 18 linguis (n *m. 1 s. l.*) *L* ‖ 21 in *om. L* ‖ maiores L^1A^1 ‖ 25 celebs L^1A

beros natam nobilissimoque gentis eius Indibili desponsam, arcessitis parentibus et sponso inuiolatam tradidit. aurum quoque, quod pro redemptione puellae allatum erat, summae dotis adiecit. qua continentia ac munificentia Indibilis obligatus Celtiberorum animos Romanis adplicando meritis eius debitam gratiam retulit.

2. Verum ut huius uiri abstinentiae testis Hispania, ita M. Catonis Epiros, Achaia, Cyclades insulae, maritima pars Asiae, prouincia Cypros. unde cum pecuniae deportandae ministerium sustineret, tam auersum animum ab omni uenere quam a lucro habuit in maxima utriusque intemperantiae materia uersatus: nam et regiae diuitiae potestate ipsius continebatur et fertilissimae deliciarum tot Graeciae urbes necessaria totius nauigationis deuerticula erant. atque id Munatius Rufus Cypriacae expeditionis fidus comes scriptis suis significat. cuius testimonium non amplector: propio enim argumento laus ista nititur, quoniam ex eodem naturae utero et continentia nata est et Cato.

3. Drusum etiam Germanicum, eximiam Claudiae familiae gloriam patriaeque rarum ornamentum, et quod super omnia est, operum suorum pro habitu aetatis magnitudine uitrico pariter ac fratri Augustis duobus rei publicae diuinis oculis mirifice respondentem, constitit usum ueneris intra coniugis caritatem clausum tenuisse. Antonia quoque, femina laudibus uirilem familiae suae claritatem supergressa, amorem mariti egregia fide pensauit, quae post eius

1 indebili *A*², indeuili *Par.* ‖ disponsam *L*¹*A*, I. P. desponsam *margo A* ‖ 2 sponso (*sed* n *m. 1 s. l.*) *L* ‖ 7 rettulit *Halm* ‖ 8 abstinentia (*sic*) testis in hispania *A* ‖ 12 homni (*sed* h *eras.*) *L* ‖ 13 materiae *A*¹ ‖ 15 tot graetiae *L*, tot graeciae (*sic*) *A*¹, tot^a^ graecia* *A*², tot* graeciae *A*³, l'. tota *margo A*, *fort.* tot p graeciam *Halm*, *at nec rasura erat in A*¹ *post* tot, *nec extremo loço* m, *sed* e *eras.* ‖ 17 cypriace *L* ‖ 25 Augustis *Pighius*, augusto *LA* ‖ 26 duobus regi *A*¹, duobus***r̃ (r̃ *in ras.*) *L*

excessum forma *et* aetate florens conuictum socrus pro coniugio habuit, in eodemque toro alterius adulescentiae uigor extinctus est, alterius uiduitatis experientia consenuit. hoc cubiculum talibus experimentis summam inponat.

4. Deinceps et his uacemus, quorum animus aliquo in momento † ponendi pecuniam numquam uacuit. Cn. Marcius patriciae gentis adulescens, Anci regis clara progenies, cui Corioli Volscorum oppidum capti cognomen adiecerunt, cum editis conspicuae fortitudinis operibus a Postumo Cominio consule accurata oratione apud milites laudatus omnibus donis militaribus et agri centum iugeribus et x captiuorum electione et totidem ornatis equis, centenario boum grege argentoque, quantum sustinere ualuisset, donaretur, nihil ex his praeter unius hospitis captiui salutem equumque, quo in acie uteretur, accipere uoluit. qua tam circumspecta animi moderatione nescias utrum maiore cum laude praemia elegerit an reiecerit.

5. M'. autem Curius, exactissima norma Romanae frugalitatis idemque fortitudinis perfectissimum specimen, Samnitium legatis agresti se in scamno ad-

1 forma ętate (*sed* aę *corr.*) *L*, forma aetate *A* ‖ c̃uictū̃ *nos*, cuitũ LA^1, coitũ A^2, cubiculum *dett.*, concubitum *Foertsch I 15*, *Halm* ‖ 2 adulescentiae — est alterius *in infimo marg. m. 1 suppleta L* ‖ 6 et his *dett.*, ex his *L*, * his *A*, et iis *Halm* ‖ 7 ponendi pecuniam numquam uacuit (uacauit A^2) *LABC*, ponendo p. n. uacauit *Vorstius*, *Halm in ed.*, *sed* ponendi p. n. auidus fuit *idem in Fleckeisen. ann. 1874 p. 407*, ponendis p. n. annumerauit *uel* aequauit *Maduig II 320* ‖ 8 patri|ci|aegentis (*sed* ci *in litura*) *A*, patriae gentis, *ut uid.*, L^1A^1 ‖ 10 capti *nos*, captiuũ LA^1, *quod defend. Foertsch II 20*, *sed tribuendum uid. librario litt.* i *s. l. mutanti in* um, *ut efficeret* captum, *quod est in* A^2 *et dett.*, capti suum *margo A Lipsius Halm* ‖ 11 postumio *Par.* ‖ cuminio $Par.^1$ ‖ 16 captiui *L et litt.* ui *extra uers. m. 2 A* ‖ 17 salutem — quo *in ras. A*, saltum (s *eras.*) quo *** (*eras.* que) *L*, *ut nos Par.* ‖ utetur *A* ‖ 21 M'. *Torrenius*, M. *LA Par.*¹ ‖ 22 fragalitatis A^1 *et* a *ante et post* g *m. 2 L* ‖ perfectissimum *D*(*Γ*), perspectissimum *LA*

sidentem foco eque ligneo catillo cenantem — quales epulas apparatus indicio est — spectandum praebuit: ille enim Samnitium diuitias contempsit, Samnites eius paupertatem mirati sunt: nam cum ad eum magnum pondus auri publice missum attulissent, benignis uerbis inuitatus ut eo uti uellet, uultum risu soluit *et* protinus 'superuacuae' inquit, 'ne dicam ineptae legationis ministri, narrate Samnitibus M'. Curium malle locupletibus imperare quam ipsum fieri locupletem, atque istud ut pretiosum, ita malo hominum excogitatum munus refertote et memento*te* me nec acie uinci nec pecunia corrumpi posse'.

Idem, cum Italia Pyrrum regem exegisset, nihil omnino ex praeda regia, qua exercitum urbemque ditauerat, adtigit. decretis etiam *a* senatu septenis iugeribus agri populo, sibi autem quinquaginta, popularis adsignationis modum non excessit parum idoneum rei publicae ciuem existimans qui eo, quod reliquis tribueretur, contentus non es*set*.

6. Idem sensit Fabricius Luscinus honoribus et auctoritate omni ciuitate temporibus suis maior, censu par unicuique pauperrimo, qui a Samnitibus, quos uniuersos in clientela habebat, $\overline{\text{x}}$ aeris et v pondo argenti et decem seruos sibi missos in Samnium remisit, continentiae suae beneficio sine pecunia praediues, sine usu familiae abunde comitatus, quia locupletem illum faciebat non multa possidere, sed modica desiderare. ergo domus eius quemadmodum

1 aeque *LA* ‖ catillino *A*[1] ‖ caenantem *L* ‖ 2 aepulas *sic semper L* ‖ 6 ŧl& (*i.e.* uellet) *L*, uellet** *A*, uellet et *dett.* ‖ 7 et *om. LA* ‖ inquid *A*[1] ‖ 8 samnibus *A*[1] ‖ maurium *LA*[1], ma curium *A*[2] ‖ 11 memento *LA*[1] ‖ 13 phyrrum *A*[2] ‖ 14 omnino (*sed* no *m. 2 corr.*) *L* ‖ excitum *A*[1] ‖ 15 decetis *A*[1] ‖ etiam senatu *L*[1]*A*[1] ‖ 16 quinquaginta] .l. *LA* ‖ 18 rep̃ *LA*[1], reip̃ *A*[2] ‖ 19 est *LA* ‖ 20 lucinus *A*[1] *et in ras. L* ‖ 21 ciuitate *DΓ*, *et* e *m. 2 corr. L*, ciuitati *A*, *an* ciui? *Halm* ‖ 23 $\overline{\text{X}}$ (*i. e.* decem milia) *I. F. Gronouius*, X *LA* ‖ 24 et decem *Halm e Par.*, totidem *LA*, *add.* I. P. missum aurum et decem seruos *margo A*

aere et argento et mancipiis Samnitium uacua, ita gloria ex iis parta referta fuit.

Consentanea repudiatis donis Fabricii uota extiterunt: legatus enim ad Pyrrum profectus, cum apud eum Cineam Thessalum narrantem audisset quendam Athenis esse clarum sapientia suadentem ne quid aliud homines quam uoluptatis causa facere uellent, pro monstro eam uocem accepit continuoque Pyrro et Samnitibus istam sapientiam deprecatus est. licet Athenae doctrina sua glorientur, uir tamen prudens Fabricii detestationem quam Epicuri maluerit praecepta. quod euentus quoque indicauit: nam quae urbs uoluptati plurimum tribuit, imperium maximum amisit, quae labore delectata est, occupauit, et illa libertatem tueri non ualuit, haec etiam donare potuit.

7. Curi et Fabrici Q. Tuberonem cognomine Catum discipulum fuisse merito quis existimauerit. cui consulatum gerenti cum Aetolorum gens omnis usus uasa argentea magno pondere et exquisita arte fabricata per legatos misisset, qui superiore tempore gratulandi causa ad eum profecti retulerant fictilia se in eius mensa uidisse, monitos ne continentiae quasi paupertati succurrendum putarent cum suis sarcinis abire iussit. quam bene Aetolicis domestica praetulerat, si frugalitatis eius exemplum posterior

1 samnium A^1 ‖ 2 iis (*i. e. Samnitibus*) A^2 *Foertsch II 21*, is L^1A^1, his L^2 ‖ 4 apud eum *L et dett.*, apud*** *A* ‖ 5 chyneā *LA*, cynean *Par.* ‖ quendam athenis esse *nos, e Par. et Cic. Cat. mai. 13, 43*, quendam atheniensem sed *LA* ‖ 9 phyrro A^2 ‖ depreciatus L^2 ‖ 12 maluit *LA, em. Perizonius* ‖ iudicauit LA^1 ‖ 13 nam quae urbs *E edd. uett. Halm*, namq. urbsq.ue (*sed* ue *m. 2 add.*) *L*, namq. urbs cum *A*, nam quae urbs tum *Foertsch II 21*, namque urbs quae *Gertz p. 277* ‖ 14 delatata *L*, deleta A^1 ‖ 17 curii L^2 ‖ fabricii *LA* ‖ Catum] gatilium LA^2, gentilium A^1, *fort.* Catum Aelium *Halm. cf. Plin. n. h. XXXIIII 11, 142 et not. in ed. mea mai.* ‖ 18 meritae *uel* merito? (*ultima litt. in litura*) *A* ‖ 20 pondore *A* ‖ 21 misiset *L* ‖ 22 rettulerant *Halm* ‖ 23 mensa] *add.*, uasa *A dett. et s. l.* L^2, *quod suspectum Perizonio om.* L^1 *Par.*, *inclus. Halm* ‖ 26 emplum *A*

aetas sequi uoluisset! nunc quo uentum est? a seruis impetrari uix potest ne eam supellectilem fastidiant, qua tunc consul uti non erubuit.

8. At Perse rege deducto Paulus, cum Macedonicis opibus ueterem atque hereditariam urbis nostrae paupertatem eo usque satiasset, ut illo tempore primum populus Romanus tributi praestandi onere se liberaret, penates suos nulla ex parte locupletiores fecit, praeclare secum actum existimans, quod ex illa uictoria alii pecuniam, ipse gloriam occupasset.

9. Atque huic animi eius iudicio Q. Fabius Gurges, N. *Fabius* Pictor, Q. Ogulnius subscripserunt. qui legati *ad* Ptolomaeum regem missi munera, quae ab eo priuatim acceperant, in aerarium, et quidem prius quam ad senatum legationem referrent, detulerunt, scilicet de publico ministerio nihil cuiquam praeter laudem bene administrati officii accedere debere iudicantes. iam illud humanitatis senatus et attentae maiorum disciplinae indicium est: data sunt enim legatis quae in aerarium reposuerant non solum patrum conscriptorum decreto, sed etiam populi permissu †rum at quem legata quaestores prompta uni cuique distribuerunt. ita in isdem Ptolomaei liberali-

2 suplectilē *A* ‖ 3 consul uti *A*², consul** *L*, consulti *A*¹ ‖ 4 perseo *L Γ*, *at u. II 2, 1; 7 ext. 14; IIII 4, 9; ut nos A Par.* ‖ 6 saciasset *L*, satis | set, *ut uid.*, *A*¹ ‖ 7 honere *L*¹ ‖ 8 liberarit *Perizonius* ‖ 9 praedare *A*¹ ‖ 11 Q. *in ras. A*, q*** (que?) *L* ‖ 12 GN fabius *in ras. A e Par.*, *add.* numerius *margo A*, numerius (*om.* fabius) *dett. et litt.* nu *in marg. m. 2 L* ‖ quae (a *punctat.*) ogulnius (ul *in ras.*) *L*, q*** ogolnius (*sed corr.* ugolnius) *A*, q. ugulnius *Par.* ‖ 13 ad ptolomeum *dett. mei omn.*, a ptolomaeo (a *m. 2 corr. in* ab) *L*, *ptolomeo (*una litt. eras.*) *A*, *u. ad I 8, 9*, ad Ptolemaeum *Halm* ‖ rege *LA*¹, regi *A*² ‖ munera (*corr.*, *ut uid.*, *ex* numera) *A* ‖ 17 accidere *L*¹ ‖ 21 permissurum atquem (*sed* permissu;rum *m. 2*) *L*, permissu ***** *A Halm*, permissu ** eaque *A*², permissu, muneraque delata *uel* inlata (*sc.* in aerarium) *Gertz** ‖ 22 legata *LA*¹, legatis *A*², leg⟨e d⟩ata *Foertsch I 15* ‖ prompte *A*² ‖ 23 ptolomei *L*, *tholomei (*corr. e* toholomei), *ut uid.*, *A*, *u. ad I 8, 9*

tas, legatorum abstinentia, senatus ac populi aequitas debitam probabilis facti portionem obtinuit.

10. Fabiorum et Ogulni continentiae Calpurnium Pisonem in consimili genere laudis aemulum fuisse res ipsa documento est. consul graui fugitiuorum bello a se liberata Sicilia eos, quorum praecipua opera usus fuerat, imperatorio more donis prosequebatur. inter quos filium suum aliquot locis proeliatum fortissime titulo trium librarum aureae coronae decorauit praefatus non oportere a magistratu e publica pecunia erogari quod in ipsius domum rediturum esset tantumque ponderis se testamento adulescenti legaturum promisit, ut honorem publice a duce, pretium priuatim a patre reciperet.

11. Age, si quis hoc saeculo uir inluster pellibus haedinis pro stragulis utatur tribusque seruis comitatus Hispaniam regat et quingentorum assium sumptu transmarinam prouinciam petat, eodem cibo eodemque uino quo nautae contentus sit, nonne miserabilis existimetur? atqui ista patientissime superior Cato tolerauit, quia illum grata frugalitatis consuetudo in hoc genere uitae cum summa dulcedine continebat.

12. Multum a prisca continentia spatio annorum posterior Cato discedit, utpote in ciuitate iam diuite et lautitia gaudente natus. is tamen, cum bellis ciuilibus interesset, filium secum trahens XII seruos habuit, numero plures quam superior, temporum diuersis moribus pauciores.

13. Exultat animus maximorum uirorum memoriam percurrens. Scipio Aemilianus post duos in-

4 pissonem A^1 ‖ 8 aliquod $L A^1$ ‖ 9 liberarum A^1 ‖ 13 p̃ciū A ‖ 16 stragulis (lis *in ras.*) L ‖ 17 sumptum $L^1 A^1$ ‖ 19 nautae] *add.* uti *A recc. multi et m. 2 s. l. L, Halm, om.* L^1 *et recc. aliquot. cf. Frontin. Strat. IIII 3, 1* ‖ mirabilis A^1 ‖ 20 atqui L^2 *dett.*, autqui L^1, atq. (*sic*) A ‖ pacientissime A^1 ‖ 21 tato $L^1 A^1$ ‖ 22 consumma A^1 ‖ 24 spatium $L A$ ‖ 25 discedit *edd. uett. Gertz p. 277*, descendit *L A Halm* ‖ in ciuitate $L^2 A^2$, inuitate $L^1 A^1$ ‖ diuite (e *in ras.*) A ‖ 26 lauditia A^1 ‖ is tamen cum *in ras.* A ‖ 30 animos A^1

clytos consulatus totidemque suae praecipuae gloriae triumphos septem seruis sequentibus officio legationis functus est. et, puto, Karthaginis ac Numantiae spoliis conparare plures potuerat, nisi operum suorum ad se laudem, manubias ad patriam redundare maluisset. itaque, cum per socios et exteras gentes iter faceret, non mancipia eius, sed uictoriae numerabantur, nec quantum auri et argenti, sed quantum amplitudinis pondus secum ferret aestimabatur.

14. Continentia uero etiam in uniuersae plebis animis saepe numero cognita est, sed abunde erit ex his duo exempla longe inter se distantium saeculorum retulisse. Pyrrus impetus sui terrore soluto ac iam Epiroticis armis languentibus beniuolentiam populi Romani mercari, quia uirtutem debilitare nequiuerat, cupiens paene totum regiarum opum apparatum in urbem nostram transtulerat. ceterum cum et magni pretii et uarii generis a legatis eius tam uirorum quam feminarum apta usui munera circa domos ferrentur, nulla cuiusquam dono ianua patuit, Tarentinaeque petulantiae animosus magis quam efficax defensor haud scio maiore cum gloria huius urbis moribus * * * repulsus sit.

In illa quoque procella, quam C. Marius et L. Cinna rei publicae inflixerant, abstinentia populi Romani mirifica conspecta est: nam cum a se proscriptorum penates uulgi manibus diripiendos obie-

1 *aut* suae praecipue *legend. aut* suae *delend. censet Perizonius*, suae et praecipuae *Maduig II 321*, *malim* suae *delere* ‖ 2 triumphus $L^1 A^1$ ‖ septum A^1 ‖ 6 gentes *m. 1 s. l. L* ‖ 7 numerabantur *BCEF*, enumerabantur (*L?*) *A Halm* ‖ 9 **** aestimabatur (aestim *eras.*) *L* ‖ 10 in uniuersae $A^2 B$, inuersae (ae *in ras.*) A^1, in uniuersis *LC* ‖ 13 rettulisse *Halm* ‖ phyrrus A^2, pyrrhus *Par.*^{2} ‖ 14 epyroticis LA^2 ‖ 16 totam L^1 ‖ 20 cui; quam (*i. e.* cuiusq.) *Wensky p. 8*, cuiquam *LA Halm* ‖ 21 petulentiae A^1 ‖ 22 defonsor A^1 ‖ ⟨an⟩ maiore (*om. lacunae notis*) *Gertz** ‖ 23 moribus *LBC*, moribus moribus A^1, armis an moribus A^2, l. armis fractus an m. r. sit *margo A. lacunam explerunt* an manibus *Foertsch I 16*, an moenibus *Halm*, an uiribus *Wensky p. 8* ‖ 25 rĕp. LA^1, rĕip. A^2

cissent, inueniri nemo potuit, qui ciuili luctu praedam peteret: unus enim quisque se ab his perinde ac si a sacris aedibus abstinuit. quae quidem tam misericors continentia plebis tacitum crudelium uictorum conuicium fuit.

Ext. 1. Ac ne eiusdem laudis commemorationem externis inuideamus, Pericles Atheniensium princeps, cum tragoediarum scriptorem Sophoclea in praetura collegam haberet, atque is publico officio una districtus pueri ingenui praetereuntis formam inpensioribus uerbis laudasset, intemperantiam eius increpans dixit praetoris non solum manus a pecuniae lucro, sed etiam oculos a libidinoso aspectu continentes esse debere.

2. Sophocles autem aetate iam senior, cum ab eo quidam quaereret an etiam nunc rebus ueneriis uteretur, 'di meliora!' inquit: 'libenter enim istinc tamquam ex aliqua furiosa profugi dominatione'.

3. Aeque abstinentis senectae Xenocratem fuisse accepimus. cuius opinionis non parua fides erit narratio, quae sequitur. in peruigilio Phryne nobile Athenis scortum iuxta eum uino grauem accubuit pignore cum quibusdam iuuenibus posito, an temperantiam eius corrumpere posset. quam nec tactu nec

1 ciuili (li *m. 2 extr. uers.*) *A* ‖ luctu* *LA* ‖ 2 "enim 'quisque (*transponendarum uu. notae m. 2 add.*) *A* ‖ 3 ac si**a *A*, si a *delend. cens. Novak*, *cf. tamen Columell. II 8, 4 et Par. VIIII 14 ext. 1* ‖ 7 pericles (cl *in ras.*) *A* ‖ 8 sophoclea *L margo A e Par.*, sophocle* *A*, sophoclẽ* A^2 ‖ 9 atque is A^2 *Par.*, athis (h *punctat.*) *L*, ac his A^1 ‖ 11 laudaret *Par.* ‖ intemperantia *L* ‖ ei: (*i. e.* eius) *A*, ei *L* ‖ 12 pretori *L* ‖ pecunia elucro (*corr. m. 1?* et lucro) *L* ‖ 13 alibi | dinoro A^1 ‖ continentes L^1 *Par.*, continendes (d *s. l.*) L^2, continentis *A Halm* ‖ 15 sophocles *in ras. A*, sophocle L^1 ‖ 16 etiam num A^2 ‖ ueneris *L*A^1 ‖ 17 dii A^2 ‖ isti notã quã (isti *m. 1 s. l.*) *L* ‖ tanquam A^2 ‖ 18 ex aqua L^1A^1 ‖ 19 &enocraten A^1, xenocratẽ *L* ‖ 21 sequitur *dett. multi et sic semper Val.*, seque*tur *L et litt.* etur *in ras. A Halm* ‖ Phryne *edd. uett.*, phyrne *L*, ophyrne (*sed* o *induct.*) *A* ‖ 22 athenis schortum *L*, athenischortum A^1 ‖ 23 an] ni *Pithoeus*

sermone aspernatus, quoad uoluerat in sinu suo moratam, propositi inritam dimisit. factum sapientia inbuti animi abstinens, sed meretriculae quoque dictum perquam facetum: deridentibus enim se adulescentibus, quod tam formosa tamque elegans poti senis animum inlecebris pellicere non potuisset, pactumque uictoriae pretium flagitantibus de homine se cum iis, non de statua pignus posuisse respondit. potestne haec Xenocratis continentia a quoquam magis uere magisque proprie demonstrari quam ab ipsa meretricula expressa est? Phryne pulchritudine sua nulla parte constantissimam eius abstinentiam labefecit: quid? rex Alexander diuitiis quatere potuit? ab illo quoque statuam et quidem aeque frustra temptatam putes. legatos ad eum cum aliquot talentis miserat. quos in academiam perductos solito sibi, id est modico apparatu et admodum paruulis copiis excepit. postero die interrogantibus cuinam adnumerari pecuniam uellet, 'quid? uos' inquit 'hesterna cena non intellexistis ea me non indigere?' ita rex philosophi amicitiam emere uoluit, philosophus regi suam uendere noluit.

4. Alexander uero cognomen inuicti adsecutus continentiam Diogenis cynici uincere non potuit. ad quem cum in sole sedentem accessisset hortareturque ut, si qua praestari sibi uellet, indicaret, quemadmodum erat in crepidine conlocatus, sordidae appellationis, sed robustae uir praestantiae, 'mox' inquit 'de ceteris, interim uelim a sole mihi non obstes'. quibus uerbis illa nimirum inhaesit sententia: Alexander

1 sino L^1 || moratam *L dett.*, morã A^1, morari A^2 || 5 quod *L Γ*, quia *dett. omn. praeter Γ*, *om. A* || tam formosam tãqu*e (*corr. e* tãquae) *L*, tãq. formosam tãq. *A* || eli gans A^2 || 6 pelicere $L^1 A^1$ || potuisse A^2 || factumq. A^1 || 7 praetium A^1 || 8 his *L A* || 9 potesne $L^1 A$ || 11 Phyrne *A* || pulcritudine L^1 || 13 Alexander] *add.* an *margo A* || deuitiis A^1 || 14 statuam equidem *L A* || 15 aliquod L^1 || 16 perductus A^1 || 20 caena *L* || 21 philosophi* (ã *eras. uid.*) *A*, philosophi* *L* || 28 sed *m. 1 s. l. L* || praestantium *L* || 29 bostes L^1 || 30 nimirum *dett.*, nimium *L A*

Diogenen gradu suo diuitiis pellere temptat, celerius Dareum armis.

Idem Syracusis, cum holera ei lauanti Aristippus dixisset, si 'Dionysium adulari uelles, ista non esses', 'immo', inquit 'si tu ista esse uelles, non adular*ere* Dionysium'.

IIII. DE PAVPERTATE.

Maxima ornamenta esse matronis liberos, apud Pomponium Rufum collectorum libro * sic inuenimus: Cornelia Gracchorum mater, cum Campana matrona apud illam hospita ornamenta sua pulcherrima illius saeculi ostenderet, traxit eam sermone, *donec* e schola redirent liberi, et 'haec' inquit 'ornamenta sunt mea'. omnia nimirum habet qui nihil concupiscit, eo quidem certius † quam cuncta possidet, quia dominium rerum conlabi solet, bonae mentis usurpatio nullum tristioris fortunae recipit incursum. itaque quorsum attinet aut diuitias in prima felicitatis parte aut paupertatem in ultimo miseria-

1 temptat,] *addend. coni.* pellet *uel* set pellet *Eberhard p. 162* ‖ 2 dare*um *L* ‖ 3 siracusasp (*sed* a *ante* s *corr. et* p *punctat.*) *L* ‖ 4 si] sy *L* ‖ dyonisium *A*, *om. h. l. Par.* ‖ adulare LA^1 ‖ 5 inquit *om. Par.* ‖ tu ista *LA*, tu haec *Par. Halm; eodem modo* hoc *pro* istud *substituit Par. IIII 5, 5* ‖ esse uelles *LA*, esses *Par.* ‖ adularere A^2, adulare LA^1, adulareris *Par.* ‖ 6 dyonisium *LA*, I. P. dyonisyo *margo A e Par.* ‖ 8 lib*rorum *A*, *in litt.* um *numerum* V *uel* VIII *latere credo* ‖ 9 inueniemus *LA* ‖ 10 cornelia* gracchorum mater (er *in ras.*) *L*, corneliam gr. matrem A^1 ‖ campanam L^1A^1 ‖ 11 matronam A^1 ‖ suas A^1 ‖ 12 saeculi] *addend. uid.* ei ‖ sermone* *LA* ‖ 13 donec *margo L Gertz**, *om. LA*, dum *dett. Halm*, quousque A^2 *et dett. pauci* ‖ *escola *L* ‖ 14 omnia nimirum] *haec et proxima adeo non cohaerent cum praecedentibus, ut suspicari possis intercidisse huiuscemodi fere sententiam: Optime sane illa quidem inanes spreuit diuitias. u. nos in Fleckeis. 1886 p. 56* ‖ 15 quam cuncta LA^1, quam qui cuncta A^2 *et margo L*, *Halm*, quo cuncta *BCD*, quo tuta *Perizonius*, quo magis tuta *coni. Halm*, *an* quoniam (*uel* quod) tuta?, quam — possidet *delend. cens. Wensky 1884 p. 785* ‖ 17 r*ecipit *L*

rum statu ponere, cum et illarum frons hilaris multis intus amaritudinibus sit referta et huius horridior aspectus solidis et certis bonis abundet? quod melius personis quam uerbis repraesentabitur.

1. Regio imperio propter nimiam Tarquinii superbiam finito consulatus initium Valerius Publicola cum Iunio Bruto auspicatus est idemque postea tres consulatus acceptissimos populo Romano gessit et plurimorum ac maximorum operum praetexto titulum imaginum suarum amplificauit, cum interim fastorum illud columen patrimonio ne ad exequiarum quidem inpensam sufficiente decessit, ideoque publica pecunia ductae sunt. non adtinet ulteriore disputatione tanti uiri paupertatem scrutari: abunde enim patet quid uiuus possederit, cui mortuo lectus funebris et rogus defuit.

2. Quantae amplitudinis Menenium Agrippam fuisse arbitremur, quem senatus et plebs pacis in*ter* se faciendae auctorem legit? quantae scilicet esse debuit arbiter publicae salutis. hic, nisi a populo conlatis in capita sextantibus funeratus esset, — ita pecuniae inops decessit — sepulturae honore caruisset. uerum idcirco perniciosa seditione diuidua ciuitas manibus Agrippae in unum contrahi uoluit, quia eas pauperes quidem, sed sanctas animaduerterat. cuius ut superstitis nullum fuit, quod in censum deferretur, ita extincti hodieque amplissimum est patrimonium Romana concordia.

3. In C. uero Fabricii et Q. Aemilii Papi prin-

2 orridior A^1 ‖ 3 habundet L ‖ 6 inicium A^1 ‖ 13 attinet A ‖ 18 inter *edd. uett.*, in AL ‖ 19 auctorum A^1 ‖ 20 conlatis] *add.* I. P. collatis a populo sext. *margo* A ‖ 22 inobs L ‖ decessit] *add.* ut LA, *quod correcta uerborum distinctione delend. esse uidit Halm* ‖ honere A^1 ‖ 23 sedicione LA^1 ‖ 24 conthrai (*sed m. 1 corr.*) L ‖ 25 pauperas (*sed m. 1 corr.*) L ‖ scanctas (c *post* s *expunct.*) L ‖ 26 nullum LA, aes nullum *Halm*, argentum nullum *Wensky p. 9, at* nullum *ad u.* patrimonium *referendum esse docuit Gelbke p. 31* ‖ censo A^2 ‖ 27 ita** A ‖ hodieque LA^2, odio quae A^1, *an* hodie quoque? *Halm, at u. II 2, 6* ‖ 29 C.] grai A^1 ‖ fabriccii A, *add.* I. P. c. fabricius *margo* A

cipum saeculi sui domibus argentum fuisse confitear oportet: uterque enim patellam deorum et salinum habuit, sed eo lautius Fabricius, quod patellam suam corneo pediculo sustineri uoluit. Papus quoque satis animose, qui cum hereditatis nomine ea accepisset, religionis causa abalienanda non putauit.

4. Illi etiam praediuites, qui ab aratro arcessebantur, ut consules fierent, uoluptatis causa sterile atque aestuosissimum Pupiniae solum uersabant deliciarumque gratia uastissimas glebas plurimo cum sudore dissipabant? immo uero, quos pericula rei publicae imperatores adserebant, angustiae rei familiaris — quid cesso proprium nomen ueritati reddere? — bubulcos fieri cogebant.

5. Atilium autem, qui ad eum arcessendum a senatu missi erant ad imperium populi Romani suscipiendum, semen spargentem uiderunt. sed illae rustico opere adtritae manus salutem publicam stabilierunt, ingentes hostium copias pessum dederunt, quaeque modo arantium boum iugum rexerant, triumphalis currus habenas retinuerunt, nec fuit his rubori eburneo scipione deposito agrestem stiuam aratri repetere. potest pauperes consolari Atilius, sed multo magis docere locupletes quam non sit necessaria solidae laudis cupidini anxia diuitiarum conparatio.

1 fuisse *in marg. add. m. 1 L* ‖ 2 eorum A^{2} ‖ 3 laucius A^{1} ‖ frabricius *L* ‖ 4 peduculo $L^{1}A^{1}$, *ut nos Par.* ‖ sustinere *LA*, *em. in dett.* ‖ 5 nominis $L^{1}A$ ‖ 6 abaligenandã *A* ‖ 8 fierint *L* ‖ sterilem $L^{1}A$ ‖ 9 puppiniae LA^{1}, pupinae A^{2} ‖ 10 grati *A* ‖ glaebas *Halm*, *at u. VII 1, 2* ‖ cũ sudore (*litt.* cũ su *in ras.*) *A* ‖ 17 semen spargentem *Vahlen mus. Rhen. XI p. 589 coll. Cic. pr. Rosc. Am. 18, 50;* semen aspergentem *LA*, semina spargentem *DΓ* ‖ 20 triumphales $L^{1}A^{1}$ ‖ 21 hanas A^{1} ‖ rubori *Γ*, *quod probat Blaum p. 40 coll. IIII 6 init.; VIIII 5 ext. 1; II 5, 5; 7, 7; 10, 6;* robur *A*, rubor *L Halm* ‖ 22 *eburneo (h *eras. uid.*) *L* ‖ ęstiuã (*sed* ę *eras.*) *L*, stiuam *dett.*, aestiuam *A* ‖ aratri *suspectum Gelbkio. cf. Eberhard p. 162* ‖ 23 pauperes *margo A*, paup *L*, pauperum *A* ‖ consulari $L^{1}A^{1}$ ‖ 24 necessaria* *A*, necessarias L^{1} ‖ 25 cupidini *dett.*, cupidonisi *L*, cupido nimis (*sed* nimis *in ras. m. 2*) *A*

6. Eiusdem nominis et sanguinis Atilius Regulus, primi Punici belli qua gloria, qua clades maxima, cum in Africa insolentissimae Karthaginis opes crebris uictoriis contunderet ac prorogatum sibi ob bene gestas res in proximum annum imperium cognosset, consulibus scripsit uilicum in agello, quem VII iugerum in Pupinia habebat, mortuum esse, occasionemque nanctum mercennarium amoto inde rustico instrumento discessisse, ideoque petere ut sibi successor mitteretur, ne deserto agro non esset unde uxor ac liberi sui alerentur. quae postquam senatus a consulibus accepit, et agrum Atili ilico colendum locari et alimenta coniugi eius ac liberis praeberi resque, quas amiserat, redimi publice iussit. tanti aerario nostro uirtutis Atilianae exemplum, quo omnis aetas Romana gloriabitur, stetit.

7. Aeque magna latifundia L. Quinti Cincinnati fuerunt: VII enim iugera agri possedit ex hisque tria, quae pro amico ad aerarium subsignauerat, multae nomine amisit. poenam quoque pro filio Caesone, quod ad causam dicendam non occurrisset, huius agelli reditu soluit. et tamen ei quattuor iugera aranti non solum dignitas patris familiae constitit, sed etiam dictatura delata est. anguste se habitare nunc putat cuius domus tantum patet, quantum Cincinnati rura patuerunt.

8. Quid Aelia familia, quam locuples! XVI eodem tempore Aeli fuerunt, quibus una domuncula erat eodem loci, quo nunc sunt Mariana monumenta,

2 qua gloria qua (*sed bis mutat. m. 2 in* quae) *L*, gloria qua *A* ‖ glades A^1 ‖ 5 cognouisset *Par.* ‖ 6 quem in agello *Par.* ‖ 7 punicia (*sed in mrg. add.* pinia) *L*, papinia A^2 *Par.* ‖ 8 nactum A^2 ‖ 11 adiberi L^1 ‖ a**lerentur (le *eras.*) *L* ‖ 12 atilio $L^2 D \Gamma$, adili A^1, aedili A^2 ‖ 14 resq. A^2, isq. $L A^1$ ‖ 18 ex iisque *Halm*, ex his *Par.* ‖ 19 obsignauerat *LA*, *habet* subsignanda *Par.*, *quod probat Halm. coll. Dircksen Man. Lat. p. 920* ‖ 22 reditus L^1 ‖ 24 deleta A^1 ‖ se *in ras. A*, e L^1 ‖ 25 patet *in ras. A* ‖ 27 aelii $L^2 A^2$ ‖ 29 mariana L^2 *dett.*, maria $L^1 A$

et unus in agro Veiente fundus minus multos cultores desiderans quam dominos habebat inque circo maximo et Flaminio spectaculi locus. quae quidem loca ob uirtutem publice donata possidebant.

9. Eadem gens nullum ante scripulum argenti habuit quam Paulus Perse deuicto Q. Aelio Tuberoni genero suo quinque pondo argenti ex praeda donaret: taceo enim quod princeps ciuitatis filiam ei nuptum dedit, cuius pecunia tam ieiunos penates uidebat. qui ipse quoque adeo inops decessit, ut, nisi fundus, quem unum reliquerat, uenisset, unde uxor eius dotem reciperet non extitisset. animi uirorum et feminarum uigebant in ciuitate, eorumque bonis dignitatis aestimatio cunctis in rebus ponderabatur. haec imperia conciliabant, haec iungebant adfinitates, haec in foro, haec intra priuatos parietes plurimum poterant: patriae enim rem unus quisque, non suam augere properabat pauperque in diuite quam diues in paupere imperio uersari malebat. atque huic tam praeclaro proposito illa merces reddebatur, quod nihil eorum, quae uirtuti debentur, emere pecunia licebat, inopiaeque inlustrium uirorum publice succurrebatur.

10. Itaque, cum secundo Punico bello Cn. Scipio ex Hispania senatui scripsisset petens ut sibi successor mitteretur, quia filiam uirginem adultae iam aetatis haberet, neque ei sine se dos expediri posset,

1 uegente $L^1 A^1$ ‖ fundus *marg. A*, .fd. *L A* ‖ multo A^2 | 2 inq. circo (*sic sine ulla litura*) *L A*, in circo m. et f. *margo A, quod sic in cod. scribi ratus recepit Halm* ‖ 4 locus $L A^1$, *an* loca iis? ‖ uirtute publicae *L A* ‖ 5 et 7 argenti *L dett.*, auri *in ras. paulo maiore A*, *add.* argentū sed u. (*i. e.* uetus) aurū h. *margo A e Par.*, *at u. Plin. n. h. XXXIII 11, 142 et Plut. Aem. Paul. 28* ‖ 6 uicto *Par.* ‖ 7 quinque pondo] *add.* I. P. V libras *margo A e Par.* ‖ 8 ei nuptum $L^2 A^2$, enuptum L^1, enuptam A^1 ‖ 9 pecuniam (m *punctat.*) *L et eras., ut uid., A*, *add.* ieiun: pec; (*sic*) *margo A* ‖ 11 ueniisset A^2 ‖ 18 diuitae A^1 ‖ 19 pauperem $L^1 A^1$ ‖ 20 praeposito *typogr. errore Halm* ‖ 22 inopia quae A^1 ‖ publicę A^1 ‖ 25 senatui (*sed* i *m. 2 add. uid.*) *A* ‖ ut *m. 1. s. l. L*

senatus, ne res publica bono duce careret, patris sibi partes desumpsit consilioque uxoris ac propinquorum Scipionis constituta dote summam eius ex aerario erogauit ac puellam nuptum dedit. dotis modus XL milia aeris fuit, quo non solum humanitas patrum conscriptorum, sed etiam habitus ueterum patrimoniorum cognosci potest: namque adeo fuerunt arta, ut Tuccia Caesonis filia maximam dotem ad uirum X̄ aeris attulisse uisa sit, et Megullia, quia cum quinquaginta milibus aeris mariti domum intrauit, Dotatae cognomen inuenerit. idem senatus Fabricii Luscini Scipionisque filias ab indotatis nuptiis liberalitate sua uindicauit, quoniam paternae hereditati praeter opimam gloriam nihil erat quod acceptum referrent.

11. M. autem Scaurus quantulam a patre hereditatem acceperit in primo libro eorum, quos de uita sua tres scripsit, refert: ait enim sibi sex sola mancipia totumque censum quinque atque XXX milium nummum relictum. in hac ille pecunia futurus senatus princeps nutritus est spiritus.

Haec igitur exempla respicere, his adquiescere solaciis debemus, qui paruulos census nostros numquam querellis uacuos esse sinimus. nullum aut admodum parui ponderis argentum, paucos seruos, VII iugera aridae terrae, indigentia domesticae inpensae funera, inopes dotum filias, sed egregios consulatus, mirificas dictaturas, innumerabiles trium-

1 r. puƀ *L*, r. p.** *A* ‖ 4 nuptam A^1 ‖ motus L^1 ‖ 5 XLta mil. *LA* ‖ quo L^2 *dett.*, quum L^1A ‖ 6 p̄ c̄. torū *LA* ‖ 7 p̄mnior̄ LA^1, p̄nior A^2 ‖ 8 tuccia A^2 *Par.*, taccia LA^1 ‖ 9 megallia L^1, negullia A^2 *Par.*, *an* Negilia? *Halm* ‖ 10 cum] tum L^1A^1 ‖ quinquaginta *Par. et litt.* quaginta *in ras. A*, XLta *L*, quingentis *dett.* ‖ 11 fabricii (cii *in ras.*) *L et sine rasura A*, Fabrici *Halm* ‖ 15 referrent (*sed* re *m. 1. s. l.*) *L* ‖ 16 quantulum L^1A^1 ‖ 18 tres scripsit *Halm coll. Cic. Brut. 29, 112*, transcripsit *LA* ‖ sex] ex L^1A^1 ‖ 19 quinque atque *om. Par.* ‖ 24 quaere*lis (*l eras.*) *L* ‖ sinimus (ni *s. l.*) *L* ‖ 26 domestica LA^1 ‖ inpensa (a *in ras.*) *L* ‖ 27 aegregios *LA*

phos cernimus. quid ergo modicam fortunam quasi praecipuum generis humani malum diurnis *atque nocturnis* conuiciis laceramus, quae ut non abundantibus, ita fidis uberibus Publicolas, Aemilios, Fabricios, Curios, Scipiones, Scauros hisque paria robora uirtutis aluit. exurgamus potius animis pecuniaeque aspectu debilitatos spiritus pristini temporis memoria recreemus: namque per Romuli casam perque ueteris Capitolii humilia tecta et aeternos Vestae focos fictilibus etiam nunc uasis contentos iuro nullas diuitias talium uirorum paupertati posse praeferri.

V. DE VERECVNDIA.

A qua tempestiuus ad uerecundiam transitus uidetur: haec enim iustissimis uiris praecepit ut priuatas facultates neglegerent, publicas quam amplissimas esse cuperent, digna cui perinde atque caelesti numini templa extruantur araeque consecrentur, quia parens est omnis honesti consilii, tutela sollemnium officiorum, magistra innocentiae, cara proximis, accepta alienis, omni loco, omni tempore fauorabilem prae se ferens uultum.

1. Sed ut a laudibus eius ad facta ueniamus, a condita urbe usque ad Africanum et Ti. Longum consules promiscuus senatui et populo spectandorum ludorum locus erat. numquam tamen quisquam ex plebe ante patres conscriptos in theatro spectare sus-

1 modicam *L*, medicam A^1, medi*am A^2, mendicam *dett.* ‖ 2 malus $L^1 A^1$ ‖ diurnis A^1, diuturnis A^2, diutius *Wensky 1882 p. 372* ‖ atque nocturnis *om.* *LA*, *suppl. Maduig I 45* ‖ 5 scipiones (es *in ras.*) *L*, scipionis A^1 ‖ scaurus A^1 ‖ hisq. *L dett. et in ras. A*, iisque *Halm* ‖ 9 humilia (*bis script. fuisse uid. et altero loco eras.*) *L* ‖ 10 etiam num A^2 ‖ 11 paupertati (ta *s. l.*) *L* ‖ 13 uidetur (tur *in ras.*) *A*, uideretur (re *punctat.*) *L* ‖ 14 iustissimis] *an* istis *uel* illis summis? ‖ 15 negligerent L^2 ‖ 16 cui] cu A^1 ‖ 20 om|ni (ni *initio uersus eras. et superiori uersui m. 2 adiect.*) *A*, *sine litura L dett.*, omnique (*id m. 1 scriptum fuisse ratus*) *Halm* ‖ 21 prae se referens *A*, praeferens *Torrenius*, *ut nos L*, *uid. ad II 6, 14* ‖ 22 eius adfecta A^1

tinuit: adeo circumspecta ciuitatis nostrae uerecundia fuit. quae quidem certissimum sui documentum etiam illo die exhibuit, quo L. Flamininus extrema in parte theatri constitit, quia a M. Catone et L. Flacco censoribus senatu *motus* fuerat, consulatus iam honore defunctus, frater etiam T. Flaminini Macedoniae Philippique uictoris: omnes enim transire eum in locum dignitati suae debitum coegerunt.

2. Confregit rem publicam Terentius Varro Cannensis pugnae temerario ingressu. idem delatam ab uniuerso senatu et populo dictaturam recipere non sustinendo pudore culpam maximae cladis redemit effecitque ut acies deorum irae, modestia ipsius moribus imputaretur. itaque titulo imaginis eius speciosius non recepta dictatura quam aliorum gesta adscribi potest.

3. Nos autem ad praeclarum uerecundiae opus transgrediamur. magna cum inuidia fortuna praetoriis comitiis Africani superioris filium Cn. Scipionem et scribam C. Cicereium in campum deduxerat, utque nimis inpotens sermone uulgi carpebatur, quod tanti uiri sanguinem clientelamque comitiali certamine confuderat. ceterum crimen eius in suam laudem Cicereius conuertit: nam ut uidit omnibus se centuriis Scipioni anteferri, templo descendit abiectaque candida toga conpetitoris sui suffragatorem agere coepit, ut scilicet praeturam melius Africani memoriae concederet quam sibi uindicaret. † nec maxi-

1 circum inspecta $L^1 A^1$ ‖ 4 qua a m. *A*, qua marco *L* ‖ 5 senatum *L* ‖ motus *om.* $L A^1$, *ante* senatu *suppleuit* A^2, I. P. motus senatu *margo A*, *ut nos dett. omn.* ‖ 7 uictores $L A^1$ ‖ 8 indignitatis (in *eras.*) *L*, dignitatis *A* ‖ 9 uarro *L Par.*, *om. A et dett.* ‖ cannensis (*altera* n *s. l.*) *L* ‖ 11 dictaturam] censuram *Par.* ‖ 13 facies A^2 ‖ modestis A^2 ‖ 14 impetraretur *A*, *ut nos L* ‖ 18 transgrediatur A^1 ‖ 20 C. *L Par.*, *om. A* ‖ 25 adiectaq. $L^1 A^1$ ‖ 26 conpeditoris L^1 ‖ se agere A^2 ‖ 27 ut] ut qui *Gertz p. 277* ‖ praetura $L^1 A$ ‖ 28 nec maximum esse $L A^1$, nec minimum est A^2, ac maximum ut esset *Foertsch III 16*, *mutata distinctione:* Vt scilicet — uindicaret nec maximum esset u. pretium, Scipio

mum esse uerecundiae pretium: Scipio tunc honorem adeptus est, sed [si] Cicereio magis gratulati sunt.

4. Ac ne protinus comitiis abeamus, consulatum petens L. Crassus, cum omnium candidatorum more circum forum supplex populo ire cogeretur, numquam adduci potuit ut id praesente Q. Scaeuola grauissimo et sapientissimo uiro, socero suo, faceret. itaque rogabat eum ut a se, dum ineptae rei inseruiret, discederet, maiorem uerecundiam dignitatis eius quam candidae togae suae respectum agens.

5. Pompeius autem Magnus Pharsalica acie uictus a Caesare, cum postero die Larisam intraret, oppidique illius uniuersus populus obuiam ei processisset, 'ite' inquit 'et istud officium praestate uictori', dicerem, non dignus qui uinceretur, nisi a Caesare esset superatus, certe modestus in calamitate: nam quia dignitate sua uti iam non poterat, usus est uerecundia.

6. Quam praecipuam in C. quoque Caesare fuisse et saepe numero apparuit et ultimus eius dies significauit: conpluribus enim parricidarum uiolatus mucronibus inter ipsum illud tempus, quo diuinus spiritus mortali discernebatur a corpore, ne tribus quidem et XX uulneribus quin uerecundiae obsequeretur absterreri potuit, si quidem utraque togam

Maduig II 321, Neges maximum esse *haud male Halm*, *at poterat melius* Negas maximum esse u. pretium? *cf.* Negas efficacem esse iram? *VIIII 3, 6*

2 sed si *L A*, etsi *Foertsch II 28*, sed sic *Gertz l. c.*, sed (*om.* si, *quod inclusi*) *dett. Maduig* ‖ magistratulatiš *L*, magistratus | lati sunt (*at* s *in fine uers. m. 2 add.*) *A*, *em. Aldus* ‖ 3 comitus A^1 ‖ habeamus L^1 ‖ consulatum *in mrg. add. L*, cōns. *A* ‖ 7 socero (*corr. e* secero) *L* ‖ 8 deseruiret *Par.* ‖ 9 discerent $L^1 A^1$ ‖ ei: (*i. e.* eius) *in ras. A* ‖ 10 respectu A^2 ‖ 11 farsalica (f *in ras.*) *A*, parsalica A^1, pale pharsali** (li *m. 2*) *Par.* ‖ 12 com L^1 ‖ postero (e *et extr.* o *in ras.*) *L* ‖ larisam *L*, larissam (*prior* s *punctat.*) *A Halm*, I. P. lassã *margo A e Par.* ‖ 14 uictori. dicerem non *Halm*, *rectius distinxit Gertz p. 277* ‖ 18 uerecondia L^1 ‖ 19 praecipuam (m *eras.*) *L* ‖ fuisset et $L A^1$ ‖ 21 uolneratus *Kellerbauer* ‖ 24 uerecondiae $L^1 A^1$

manu demisit, ut inferior pars corporis tecta conlaberetur. in hunc modum non homines expirant, sed di immortales sedes suas repetunt.

Ext. 1. Quod sequitur externis adnectam, quia ante gestum est quam Etruriae ciuitas daretur. excellentis in ea regione pulchritudinis adulescens nomine Spurinna, cum mira specie conplurium feminarum inlustrium sollicitaret oculos ideoque uiris ac parentibus earum se suspectum esse sentiret, oris decorem uulneribus confudit deformitatemque sanctitatis suae fidem quam formam inritamentum alienae libidinis esse maluit.

2. Athenis quidam ultimae senectutis, cum spectatum ludos in theatrum uenisset, eumque nemo e ciuibus sessum reciperet, ad Lacedaemoniorum legatos forte peruenit. qui hominis aetate moti canos eius et annos adsurgendi officio uenerati sunt sedemque ei inter ipsos honoratissimo loco dederunt. quod ubi fieri populus aspexit, maximo plausu alienae urbis uerecundiam conprobauit. ferunt tunc unum e Lacedaemoniis dixisse ‘ergo Athenienses quid sit rectum sciunt, sed id facere neglegunt’.

VI. DE AMORE CONIVGALI.

A placido et leni adfectu ad aeque honestum, uerum aliquanto ardentiorem et concitatiorem pergam legitimique amoris quasi quasdam imagines non sine maxima ueneratione contemplandas lectoris

1 manũ $L^1 A^1$ ‖ dimisit $L A^1$ ‖ 2 expierant A^1 ‖ 3 sedes sas A^1 ‖ 4 Quos A^1 ‖ quia (*corr. e* qua) L ‖ 5 excellentis in *bis scriptum in* A^1, *item maior rasura post* excellentis, *sub qua* Inexcellentis *latere uid. in* L ‖ 7 spurimna $L A^1$ ‖ 10 I. P. confodit *margo A Par.* ‖ sanctitas A^1 ‖ 13 senectutis] *add.* uir *Halm e Par., at u. VI 2 ext. 2 et N. Q. p. 12* ‖ 15 ad (*corr. ex* a) lacędaemoniorum $L A$ ‖ 16 aetatẽ L^2 ‖ moti** (ti *in ras.*) A, modica $L^1 A^1$, modicã L^2 ‖ 20 uerecondiam L^1 ‖ 22 id *suspectum Eberhardo p. 162, at habet Par. quoq.* ‖ negligunt L^2 ‖ 23 DE — CONIVGALI *in ras.* A ‖ 25 uirum $L^1 A^1$ ‖ ardenciorem A^1

oculis subiciam, ualenter inter coniuges stabilitae fidei opera percurrens, ardua imitatu, ceterum cognosci utilia, quia excellentissima animaduertenti ne mediocria quidem praestare rubori oportet esse.

1. Ti. Gracchus anguibus domi suae mare *ac* femina deprehensis, certior factus ab aruspice mare dimisso uxori eius, femina ipsi celerem obitum instare, salutarem coniugi potius quam sibi partem augurii secutus marem necari, feminam dimitti iussit sustinuitque in conspectu suo se ipsum interitu serpentis occidi. itaque Corneliam nescio utrum feliciorem dixerim, quod talem uirum habuerit, an miseriorem, quod amiserit. o te, Thessaliae rex Admete, crudelis et duri facti crimine sub magno iudice damnatum, qui coniugis tuae fata pro tuis permutari passus es, eaque, ne tu extinguere*re*, uoluntario obitu consumpta lucem intueri potuisti, et certe parentum prius indulgentiam temptaueras!

2. Vilior Graccho iniquae fortunae uictima, quamuis senatorii uir ordinis, C. Plautius Numida, sed in consimili amore par exemplum: morte enim uxoris audita doloris inpotens pectus suum gladio percussit. interuentu deinde domesticorum inceptum exequi prohibitus colligatusque, ut primum occasio data est, scissis fasceis ac uulnere diuolso constanti dextra spiritum luctus acerbitate permixtum ex ipsis

1 coniugis *A* ‖ stabilitate *A* ‖ 2 imitatu* *A* ‖ cęterum *L*, ceterum *in ras.* *A* ‖ 3 quia *L*, qui A^1 ‖ animaduertere *u. l. in mrg.* *A* ‖ 5 T. L^1A, tiberius L^3 ‖ domui *Par.*, *cf. Neue Formenl. I 540* ‖ mari *Par.* ‖ ac *Par.*, *om.* *LA* ‖ 6 deprehensis *Maduig I 38*, deprensis *Par.*, adprehensis *LA Halm* ‖ harusp. *Par.* ‖ mare dimisso *in ras.* *A*, arte dimissa (*extr.* a *ex* o *corr.*) *L* ‖ 7 femina* *LA* ‖ 12 anim|seriorem A^1 ‖ 13 admetę A^1 ‖ 14 diri *dett. nonnulli* ‖ facti (i *in ras.*) *L*, fa*ti A^2 ‖ 16 extinguere L^1A^1 ‖ 18 temptaueras] *add.* femineo animo impar inuentus. *edd. multae uett.*, *quod in nullo cod. inuentum deleui* ‖ 19 iniq. (*sed supr.* q *add. m. 2* a) *L* ‖ 20 uiro *L*, uir* *A* ‖ plaucius *A* ‖ 23 incoeptum A^2 ‖ 24 collegatusq. L^1A^1 ‖ 25 diuolsa A^1 ‖ dextrā L^1A^1 ‖ 26 aceruitate A^1, acerbitati A^2

praecordiis et uisceribus hausit, tam uiolenta morte testatus quantum maritalis flammae illo pectore clausum habuisset.

3. Eiusdem ut nominis, ita amoris quoque M. Plautius: nam cum imperio senatus classem sociorum sexaginta nauium in Asiam reduceret Tarentumque appulisset, atque ibi uxor eius Orestilla, quae illuc eum prosecuta fuerat, morbo *op*pressa decessisset, funerata ea et in rogum inposita inter officium unguendi et osculandi stricto ferro incubuit. quem amici, sicut erat, togatum et calceatum corpori coniugis iunxerunt ac deinde subiectis facibus utrumque una cremauerunt. quorum ibi factum sepulcrum est, — Tarenti etiam nunc conspicitur — quod uocatur ΤΩΝ ΔΥΟ ΦΙΛΟΥΝΤΩΝ. nec dubito quin, si quis modo extinctis sensus inest, Plautius et Orestilla fati consortione gestientes uultus tenebris intulerint. saneque, ubi idem et maximus et honestissimus amor est, aliquanto praestat morte iungi quam distrahi uita.

4. Consimilis adfectus Iuliae C. Caesaris filiae adnotatus est. quae, cum aediliciis comitiis Pompei Magni coniugis sui uestem cruore respersam e campo domum relatam uidisset, territa metu ne qua ei uis esset adlata, exanimis concidit partumque, quem utero conceptum habebat, subita animi consternatione et graui dolore corporis eicere coacta est

1 *scribend. uid.* exhausit, *u. Fleckeis. 1886 p. 60* ‖ 2 pec*tore *L* ‖ 5 sociorem A^1 ‖ 6 deduceret *Gertz**, *ut nos Par. quoque* ‖ 8 oppressa *cod. Copes. Pighii*, *Maduig I 35*, pressa *L A Halm* ‖ 9 eã L^1, ea* *A* ‖ 13 sepulchrum est *L* A^1, sepulcrum* A^2 ‖ 14 est, — Tarenti et. n. conspicitur, — quod *Gertz p. 278*, est Tarenti *cum Lipsio inclusit Halm. cf. Par.* ‖ etiam num A^2 ‖ 15 ΤΩΝ ΔΥΟ ΦΙΛΟΥΤΟΝ *L*, ΔΥΟ|ΦΙΛΟΥΝΤΩΝ **** (*om.* *των*) *in ras. A e Par. Halm*, *των* yoφιλoynτon *C* ‖ 18 saneq. *L* A^1, sane A^2 ‖ 21 adfecatus A^1 ‖ 23 aspersam *Par.* ‖ 25 adlatam *A* ‖ partumq. (u *in ras.*) *L* ‖ 27 coacta est] *add.* I. P. atq: ita expirauit *margo A e Par.*, coacta ⟨defuncta⟩ *uel* ⟨atq. ita defuncta⟩ est *Gertz**

magno quidem cum totius terrarum orbis detrimento, cuius tranquillitas tot ciuilium bellorum truculentissimo furore perturbata non esset, si Caesaris et Pompei concordia communis sanguinis uinculo constricta mansisset.

5. Tuos quoque castissimos ignes, Porcia M. Catonis filia, cuncta saecula debita admiratione prosequentur. quae, cum apud Philippos uictum et interemptum uirum tuum Brutum cognosses, quia ferrum non dabatur, ardentes ore carbones haurire non dubitasti, muliebri spiritu uirilem patris exitum imitata. sed nescio an hoc fortius, quod ille usitato, *tu* nouo genere mortis absumpta *es*.

Ext. 1. Sunt et alienigeni amores iusti obscuritate ignorantiae non obruti, e quibus paucos attigisse satis erit. gentis Cariae regina Artemisia uirum suum Mausolum fato absumptum quantopere desideraue*r*it leue est post conquisitorum omnis generis honorum monumentique usque ad VII miracula prouecti magnificentiam argumentari: quid enim aut eos colligas aut de illo inclito tumulto loquare, cum ipsa Mausoli uiuum ac spirans sepulcrum fieri concupierit eorum testimonio, qui illam extincti ossa potioni aspersa bibisse tradunt?

2. Hypsicratea quoque regina Mitridatem coniugem suum effusis caritatis habenis amauit, propter quem praecipuum formae suae decorem in habitum uirilem conuertere uoluptatis loco habuit: tonsis enim capillis equo se et armis adsuefecit, quo facilius laboribus et periculis eius interesset. quin etiam

6 portia *A* ‖ 9 cognouisset *Par.* ‖ 12 illę *LA* ‖ tu *om.* *LA*¹ ‖ 13 absumpta es *dett.*, adsumptae (*om.* es) *L*¹*A*¹, absumptae *L*², adsumpti *A*² ‖ 14 amoris *A*, *add.* cineres *A*² ‖ iusti (*sed prima litt. m. 2 punctat., ut sit* usti) *A*, iuste *Maduig II 321, an iusti amores eidem qui ueri uel legitimi?* ‖ 15 ignorantę *A*¹ ‖ 16 ariae *A*¹ ‖ 17 adsumptum *L*¹*A*¹ ‖ desiderauit *LA* ‖ 18 laeue (*corr. e* laue) *L*, leua *A*¹ ‖ 19 prouicti *A*¹ ‖ 21 inclyto *LA*² ‖ 22 sepulchrum *LA*¹ ‖ 23 ponione *LA*, potione *margo* *L* ‖ 24 aspersę *L*¹, asperse *A*¹ ‖ 25 Hypsicratia *A*² *Par.* ‖ mytridatē *LA* ‖ 26 suam *A*¹

uictum a Cn. Pompeio per efferatas gentes fugientem animo pariter et corpore infatigabili secuta est. cuius tanta fides asperarum atque difficilium rerum Mitridati maximum solacium et iucundissimum lenimentum fuit: cum domo enim et penatibus uagari se credidit uxore simul exulante.

3. Verum quid Asiam, quid barbariae inmensas solitudines, quid latebras Pontici sinus scrutor, cum splendidissimum totius Graeciae decus Lacedaemon praecipuum uxoriae fidei specimen tantum non nostris ostentet oculis, plurimis et maximis patriae suae laudibus admiratione facti conparandum?

Minyae, quorum origo ex inclyto sociorum Iasonis numero Lemniorum in insula concepta per aliquot saeculorum uices stabili in sede manserat, † a Pelasgicis expulsi ramis, alienae opis indigentes excelsa Taygetorum montium iuga supplices occupauerunt. quos Spartana ciuitas respectu Tyndaridarum — namque in illo nobilis famae nauigio destinatum sideribus par fratrum fulserat — deductos inde legibus commodisque suis inmiscuit. sed hoc tantum beneficium in iniuriam bene meritae urbis regnum adfectantes uerterunt. igitur publicae custodiae in-

1 offeratas LA^1 ‖ fugientes L^1 ‖ 2 infatigabilis *F*, *quod praefert Halm* ‖ 3 asperum A^1 ‖ 4 solatium L^2A^1 ‖ 5 domo enī *in ras.* *A* ‖ 8 ponti*ci *L* (*et* ici *in ras.*) *A* ‖ 9 spedidissimū L^1 ‖ gratiae A^1 ‖ lacedaemo *L*, lacedemo* A^1 ‖ 10 uxoriae *dett.*. uxori A^1, uxoris LA^2 ‖ tantum non nostris (*sed* non *eras.*) *L*, ***nostris (*sine* tantum *tribus litt. eras.*) *A*, tantum non *delend. cens. Gertz** ‖ 13 miniae (*prior* i *in ras.*) A^1, minyae A^2, moeniae (*supr.* oe *add. m. 2* o) *L* ‖ 15 stabili* (s *eras. uid.*) *A*, stabilis *L* ‖ 16 a pelasgicis *LA et sine praepos.* a *Torrenius*, a pelasgis *Γ Par. Halm*, *Gertz p. 278* ‖ ramis *dett. pleriq.*, ra*nis *L*, remis *Γ*, armis *in ras. m. 2 A Torrenius*, *Halm*. aduenis *Gertz l. c.*, *fort.* sedibus *uel* agris *Halm*, piratis *Foertsch II 21*, turmis *Novak Listy XI 3*, barbaris *Heller in Philol. 1868 p. 348* ‖ 18 quos (s *s. l. m. 1?*) *L* ‖ spartani A^1 ‖ ciuitas] *add.* recepit A^2, spartani ciuitate susceperunt r. t. *margo A* ‖ 19 destinatus *A* ‖ 20 per *L et punctis notat. A*, l'. p̄ fatorū *margo A* ‖ deductor *A* ‖ 22 in *om.* A^1

clusi capitali adseruabantur supplicio. quod cum uetere instituto Lacedaemoniorum nocturno tempore passuri essent, coniuges eorum inlustris ibi sanguinis uelut adlocuturae perituros uiros inpetrato a custodibus aditu carcerem intrauerunt commutataque ueste per simulationem doloris uelatis capitibus eos abire passae sunt. hoc loco quid aliud adiecerim quam dignas fuisse quibus Minyae nuberent?

VII. DE AMICITIA.

Contemplemur nunc amicitiae uinculum potens et praeualidum neque ulla ex parte sanguinis uiribus inferius, hoc etiam certius et exploratius, quod illud nascendi sors, fortuitum opus, hoc unius cuiusque solido iudicio inchoata uoluntas contrahit. itaque celerius sine reprehensione propinquum auersere quam amicum, quia altera diremptio non utique iniquitatis, altera utique leuitatis crimini subiecta est: cum enim deserta sit futura uita hominis nullius amicitiae cincta praesidio, tam necessarium subsidium temere adsumi non debet, semel autem recte adprehensum sperni non conuenit. sincerae uero fidei amici praecipue in aduersis rebus cognoscuntur, in quibus quidquid praestatur totum a constanti beniuolentia proficiscitur. felicitatis cultus maiore ex parte adulatione quam caritate erogatur, certe suspectus est perinde ac plus semper petat quam inpendat. accedit huc, quod infractae fortunae homines

1 cú*uetere (*corr. e* conuetere) *L* ‖ 8 minyae (*corr. ex* moenia) *A*, moenię (*supr.* e *add.* o) *L* ‖ 9 DE AMICITIA *om.* *LA*, *sed add. margo L m. 3 et margo A e Par.* ‖ 15 auertere *LA*, *em. in dett.* ‖ 16 qui altera L^1A^1 ‖ diremptio non utique *nos probante Maduigio II 321*, directione utiq. LA^1, dilectio neutiquam A^2, diremptio *e codd.* (?) *Pighius*, diremptio neutiquam *uel* neutique *Halm* ‖ 18 diserta L^1A^1 ‖ 19 cincta *dett.*, cuncta L^1A^1, iuncta A^2, *bis, ut uid., corr.* cincta *et* iuncta L^2 ‖ 22 amici *L et dett.*, ami A^1, hami A^2, animi *margo A* ‖ 23 quicquid *LA* ‖ 25 adulationi quam caritati *LA Halm*, *em. Gertz p. 278*

magis amicorum studia desiderant uel praesidii uel solacii gratia: nam laeta quidem et prospera negotia, utpote cum diuina subfragatione foueantur, humana minus indigent. tenacius igitur eorum nomina posteritatis memoria adprehendit, qui aduersos casus amicorum non deseruerunt quam qui prosperum uitae cursum comitati sunt. nemo de Sardanapalli familiaribus loquitur, Orestes Pylade paene amico quam Agamemnone notior est patre, si quidem illorum amicitia in consortione deliciarum et luxuriae contabuit, horum durae atque asperae condicionis sodalicium ipsarum miseriarum experimento enituit. sed quid externa attingo, cum domesticis prius liceat uti?

1. Inimicus patriae fuisse Ti. Gracchus existimatus est, nec inmerito, quia potentiam suam saluti eius praetulerat. quam constantis tamen fidei amicum etiam in hoc tam prauo proposito C. Blossium Cumanum habuerit operae pretium est cognoscere. hostis iudicatus, ultimo supplicio adfectus, sepulturae honore spoliatus beniuolentia tamen eius non caruit: nam cum senatus Rupilio et Laenati consulibus mandasset ut in eos, qui cum Graccho consenserant, *more* maiorum animaduert*ere*nt, et ad Laelium, cuius consilio praecipue consules utebantur, pro se Blossius deprecatum uenisset familiaritatisque excusatione uteretur, atque is dixisset: 'quid? si te Gracchus templo Iouis optimi maximi faces subdere iussisset,

2 solatii A^1 ‖ 3 suffragatione *A Halm* ‖ foueantur (*litt.* e *in litura*) *A* ‖ 4 tenatius A^1 ‖ 5 posteritatis *L et margo A*, potestatis *A* ‖ aduersos casus *nos, quod confirmat nunc L*, aduersus (*om.* casus) A^1, aduersum A^2, *quod probat supplens* uitae cursum *Foertsch II 4*, aduersa *Gertz** ‖ 8 pyladę *A* ‖ 9 agamennone *A* ‖ 10 amicitia* (m *eras.*) *L* ‖ luxoriae L^1A ‖ 11 durae (*corr. ex* duae) *LA* ‖ soladicium (*cum lineola sub* di) *L*, soldadicium A^1 ‖ 12 expedimento (*sic*) LA^1 ‖ 14 fuisset (*corr.* fuisse) gracchus A^1 *et, ut uid.*, L^1 ‖ 17 blosium *LA*, *at* blossius *est ap. Par. et bis postea in LA* ‖ 19 sępulturę A^1 ‖ 21 Rupilio *Pighius*, rutilio *LA Par.* ‖ lenati *LA* ‖ 22 more *margo A*, *om. LA* ‖ 23 maiorē L^1 ‖ animaduertent L^1A^1

obsecuturusne illius uoluntati propter istam, quam iactas, familiaritatem fuisti?' 'numquam istud' inquit 'Gracchus imperasset'. satis, immo etiam nimium: totius namque senatus consensu damnat*os* *ei*us mores defendere ausus est. uerum quod sequitur multo audacius multoque periculosius: conpressus enim perseueranti interrogatione Laeli in eodem constantiae gradu stetit seque etiam hoc, si modo Gracchus annuisset, facturum respondit. quis illum sceleratum putasset fuisse, si tacuisset? quis non etiam sapientem, si pro necessitate temporis locutus esset? at Blossius nec silentio honesto nec prudenti sermone salutem suam, ne qua ex parte infelicis amicitiae memoriam desereret, tueri uoluit.

2. In eadem domo aeque robusta constantis amicitiae exempla oboriuntur: prostratis enim iam et perditis C. Gracchi consiliis rebusque, cum tota eius conspiratio late quaereretur, desertum omni auxilio duo tantum amici Pomponius et Laetorius ab infestis et undique ruentibus telis oppositu corporum suorum texerunt. quorum Pomponius, quo is facilius euaderet, concitatum *in*sequentium agmen in porta trigemina aliquamdiu acerrima pugna inhibuit nec uiuus pelli potuit, sed multis confectus uulneribus transitum eis super cadauer suum, credo etiam post fata inuitus, dedit. Laetorius autem in ponte sublicio constitit et eum, donec Gracchus transiret, ardore spiritus sui saepsit ac ui iam multitudinis obrutus conuerso in se gladio celeri saltu profundum Tiberis petiit, quamque in eo ponte caritatem toti

4 damnatos eius *Halm e Par.*, damnatus (dampnatus *L*) *sine* eius *L* A^1 ‖ 5 defen**|dere *A* ‖ 6 audacius (ac *corr.*) *L*, audicius A^1 ‖ 7 constantiae *L*, constanti *A* ‖ 9 innuisset *recte, ut uid.*, *Perizonius* ‖ 11 essent L^1 ‖ 12 blosius A^1 ‖ onesto L^1 ‖ 15 ⟨Alia⟩ in eadem *coni. Gertz** ‖ 19 lètorius *L A* ‖ 22 insequentium *Eberhard p. 162*, sequentium *L A Halm* ‖ porta trigemina (gemina *in ras. mai.*) *L*, portari gemina A^1, *em. e Par.* ‖ 23 aliquandiu *A* ‖ 25 eis] *ante* super *L Γ*, *post* suum *A Halm*, *delend. cens. B. Keil* ‖ 28 ui* *L*, uim A^1 ‖ 29 saltu (tu *in ras.*) *A*

patriae Horatius Cocles exhibuerat, unius amicitiae adiecta uoluntaria morte praestitit. quam bonos Gracchi, si aut patris aut materni aui sectam uitae ingredi uoluissent, habere milites potuerant! quo enim impetu, qua perseuerantia animi Blossius et Pomponius et Laetorius tropaea ac triumphos eorum adiuuissent, furiosi conatus tam strenui comites, sinistris quidem auspiciis amicitiae condicionem secuti, sed quo miseriora, hoc certiora fideliter cultae [nobilitatis] exempla.

3. L. autem Reginus, si ad debitam publico ministerio sinceritatem exigatur, posteritatis conuicio lacerandus, si amicitiae fido pignore aestimetur, in optimo laudabilis conscientiae portu relinquendus est: tribunus enim plebis Caepionem in carcerem coniectum, quod illius culpa exercitus noster a Cimbris et Teutonis uidebatur deletus, ueteris artaeque amicitiae memor publica custodia liberauit nec hactenus amicum egisse contentus etiam fugae eius comes accessit. pro magnum et inexuperabile tuum numen, amicitia! cum ex altera parte res publica manum iniceret, ex altera tua illum dextera traheret, et illa ut sacrosanctus esse uellet exigeret, tu exilium indiceres — adeo blando uteris imperio — supplicium honori praetulit.

4. Admirabile hoc opus tuum, sed quod sequitur aliquanto laudabilius: recognosce enim quo usque Volumni constantem erga amicum suum caritatem sine ulla rei publicae iniuria eue*x*eris. qui ortus eque-

1 exibuerat L^1 ‖ 3 aut* (t *in ras.*) *L* ‖ patris] paterni *margo A* ‖ 6 trophea *A* ‖ 7 strennui *A* ‖ 9 nobilitatis *delend. esse uidit Maduig I 90, sine uncis Halm* ‖ 12 conui*cio (n *eras.*) L^1 ‖ 14 constantiae *Stanger* ‖ 15 coepionem *LA*, *ut nos Par.* ‖ 18 actenus L^1A^1 ‖ 20 pro magno L^1A^1, permagnū *margo A* ‖ 21 parte r. p. trp. manū *L* ‖ 22 et *induct.* A^2 ‖ 23 sacro scanctus A^1 ‖ 27 recognosces A^2 ‖ 29 iniuri*a*ueris (*post* a *uid.* e *eras. et s. l. add.* iu, *ut fieret* iuueris) *L*, iniuria euexeris *dett. omnes*, iniuriae ceris (*sed* c *in litura*) *A*, iniuria feceris A^2, iniuria egeris *Halm*

stri loco, cum M. Lucullum familiariter coluisset eumque M. Antonius, quia Bruti et Cassii partes secutus fuerat, interemisset, in magna fugiendi licentia exanimi amico adhaesit hucusque in lacrimas et gemitus profusus, ut nimia pietate causam sibi mortis arcesseret: nam propter praecipuam et perseuerantem lamentationem ad Antonium pertractus est. cuius postquam in conspectu stetit, 'iube me' inquit, 'imperator, protinus ad Luculli corpus ductum occidi: neque enim absumpto illo superesse debeo, cum ei infelicis militiae auctor extiterim'. quid hac fidelius beniuolentia? mortem amici hostis odio leuauit, uitam suam consilii crimine astrinxit, quoque illum miserabiliorem redderet, se fecit inuisiorem. nec difficiles Antoni aures habuit ductusque, quo uoluerat, dexteram Luculli auide osculatus, caput, quod abscisum iacebat, sublatum pectori suo adplicauit ac deinde demissam ceruicem uictori gladio praebuit. loquatur Graecia Thesea nefandis Pirithoi amoribus suscribentem Ditis se patris regnis commisisse: uani est istud narrare, stulti credere. mixtum cruorem amicorum et uulneribus innexa uulnera mortique inhaerentem mortem uidere, haec sunt uera Romanae amicitiae indicia, illa gentis ad fingendum paratae monstro similia mendacia.

5. L. quoque Petronius huiusce laudis consortionem merito uindicat: paria enim in cultu amicitiae auso par gloriae portio adserenda est. admodum humili loco natus ad equestrem ordinem et

1 cũ m. (*sed* m *eras.*) *L* || familialiter *L*[1] || 5 nimia *et q. seqq. usq. ad 13* illum misera *m. 2 in ras. angustiore scriptura multis compendiis adhibitis A* || pietate* (*extr.* e *ex* i *corr.*) *L* || causas *in ras. A* || 8 conspectũ *L et in ras. A* || 10 adsumpto *L*[1] || 14 inuisorem *A*[1] || 15 antonii* *L*, antonia *A*[1] || 18 dimissam *LA*[1] || uictoris *dett. pauci* || 19 thesea (e *post* s *corr.*) *L* || piritoi *A* || 22 inherentem (h *s. l.*) *L* || 27 pari etenim *A*[2] || in cultu *And. Schottus e cod. suo i. e. L*, in clutu *exhibente, recepit Halm*, inclitu *A*[1], inclytae *A*[2] || 28 adserenda *L*, adferenda (*corr.* aff.) *A*

splendidae militiae stipendia P. Caeli beneficio peruenerat. cui gratum animum, quia laeta in materia exhibere non contigerat, in ea, quam inicam fortuna esse uoluit, cum multa fide praestitit. erat ob Octauio consule Placentiae praepositus Caelius. qua *a* Cinnano exercitu capta et senior iam et graui ualitudine adfectus, ne in potestatem hostium ueniret, ad auxilium dexterae Petroni confugit. quem is ab incepto consilio frustra conatus abstrahere in isdem perseuerantem precibus interemit caedique eius suam iunxit, ne eo iacente, per quem omnia dignitatis incrementa adsecutus fuerat, superesset. ita alterius fato uerecundia, alterius pietas causam praebuit.

6. Iungendus Petronio Ser. Terentius est, quamquam ei, sicut cupierat, pro amico suo perire *non* contigit: incepto namque egregio, non inrito euentu aestimari debet, quia, quantum in illo fuit, et ipse extinctus est et D. Brutus periculum euasit mortis. qui fugiens a Mutina, ut ad se interficiendum ab Antonio missos equites aduenisse cognouit, quodam in loco iustae poenae debitum spiritum tenebris furari conabatur, eoque iam facta inruptione Terentius fideli mendacio obscuritate ipsa suffragante Brutum se esse simulauit et corpus suum trucidandum equitibus obiecit. uerum cognitus a Furio, cui Brutianae ultionis officium mandatum fuerat, nece sua amici supplicium discutere non potuit. sic inuitus fortuna cogente uixit.

1 publi coeli LA^2, publicolęli A^1, publico*lę L^2, Ti. Coelius *est Paridi* ‖ 3 eã L^1A^1 ‖ inicam *Gertz p. 278*, unicam LA^1 *Halm*, iniquam A^2 ‖ fortunam A^1 ‖ 4 ab*octauio (h *eras.*) *L*, boctauio A^1 ‖ 5 a *edd. uett.*, *Gertz l. c.*, *om.* *LA* ‖ 6 cinnano exercitu *A*, a cassianis militibus *Par. et add.* I. P. cassiano *margo A* ‖ 7 *hostium *L* ‖ 8 petronis A^1, petronii L^2A^2 ‖ 9 incoepto A^2 ‖ 12 alterius fato uerecondia L^1 *dett.*, *om. A*, *add.* alterius fato magnanimitas (*sed ultima u. in ras.*) *margo A* ‖ 14 seruius *A et* i *s. l. m. 1?* *L*, I. P. seuius *mrg. A e Par.*[1] ‖ 15 non *om.* LA^1 ‖ 16 incoepto A^2 ‖ inrito (o *corr.*) *L* ‖ 18 ″euasit ′mortis (*signis transpositioni*[illegible] *m. 2 add.*) *A* ‖ 21 penę A^1 ‖ furari *m. 1* (?) *margo* LA^2, funerari LA^1, foenerari *coni. Lipsius*, tutari *Novak* ‖ 22 te**rentius (ne *eras.*) *L* ‖ 24 equibus A^1 ‖ 26 officio L^1

7. Ab hoc horrido et tristi pertinacis amicitiae ad laetum et serenum uultum transeamus atque in*de* eam euocatam, ubi omnia lacrimis, gemitu, caedibus fuerant referta, in eo, quo dignior est, felicitatis domicilio conlocemus, gratia, honore abundantissimisque opibus fulgentem. orere igitur ab illa, quae sanctorum umbris dicata esse creditur, sede hinc Decime Laeli, illinc M. Agrippa, alter uirorum, deorum alter maximum amicum et certa mente et secundis ominibus sortiti, totumque beatae turbae gregem, qui uestro ductu ueneranda sincerae fidei stipendia laudibus et praemiis onustus peregit, in lucem uobiscum protrahite: uestros enim constantis animos, uestra strenua ministeria, uestram inexpugnabilem taciturnitatem proque dignitate et salute amicorum perpetuam excubationem et stationem beniuolentiae et rursus harum rerum uberrimos fructus posterior intuens aetas in excolendo iure amicitiae qua libentius qua etiam religiosius erit operata.

Ext. 1. Haeret animus in domesticis, sed aliena quoque bene facta referre Romanae urbis candor hortatur. Damon et Phintias Pythagoricae prudentiae sacris initiati tam fidelem inter se amicitiam iunxerant, ut, cum alterum ex his Dionysius Syracusa-

1 tristis A^1 ‖ 4 inde *dett. pleriq.*, in LA^1, hinc A^2 *et ut uid.* L^2 ‖ 3 eam *recte, ut uid., del. Novak* ‖ reuocatam *Perizonius* ‖ 4 quod L^1A^1 ‖ 7 esse* *L*, esset A^1 ‖ sed* (e *eras.*) *A* ‖ decime (*extr.* e *ex* i *corr.*) *L*, decimi* *A* ‖ 8 lelli *LA* ‖ agrippa* *L*, agrippę *A* ‖ alterũ uirorum A^2 ‖ 9 alterum maximum *A*, *em. Pighius* ‖ 10 omnibus L^1A ‖ 12 honustus A^2 ‖ 13 ptrahite *LA*, *em. in edd. uett.* ‖ 14 inexspugnabilẽ A^1 ‖ 16 et stationem *Maduig II 322*, testationem LA^1 *Halm*, testatiorem A^2 ‖ beniuolentiae *Lipsius*, beniuolentiã *A et lin. supr.* a *eras.* *L* ‖ 18 *malim* colendo ‖ iurae L^1 ‖ quã — qua, *ut uid.*, A^1, quã — quã LA^2 ‖ 21 benefacta *Halm* ‖ *candor (s. *eras.*) *L* ‖ ortatur A^1 ‖ 22 pinthias *LA Par. Halm*, pynthiam *optimi codd. Cic. de off. III 10, 45, at Φιντίας est Graecis scriptoribus, Diod. exc. 554, Plut. de amic. multitud. 2, Porphyr. et Iambl. uit. Pythag.* ‖ phytagoricae *L*, pithagoricae *A* ‖ 23 iunxerant *Pighius*, iunxert *L*, iunxer (*i. e.* iunxerunt) *A* ‖ 24 is LA^2 *Par.*, his A^1 ‖ dyonisius siracusanus *L*

nus interficere uellet, atque is tempus ab eo, quo prius quam periret domum profectus res suas ordinaret, impetrauisset, alter uadem se pro reditu eius tyranno dare non dubitaret. solutus erat periculo mortis qui modo gladio ceruices subiectas habuerat: eidem caput suum subiecerat cui securo uiuere licebat. igitur omnes et in primis Dionysius nouae atque ancipitis rei exitum speculabantur. adpropinquante deinde finita die nec illo redeunte unus quisque stultitiae tam temerarium sponsorem damnabat. at is nihil se de amici constantia metuere praedicabat. eodem autem momento et hora a Dionysio constituta et eam qui acceperat superuenit. admiratus amborum animum tyrannus supplicium fidei remisit insuperque eos rogauit ut se in societatem amicitiae tertium sodalicii gradum mutua culturum beniuolentia reciperent. hascine uires amicitiae? mortis contemptum ingenerare, uitae dulcedinem extinguere, crudelitatem mansuefacere, odium in amorem conuertere, poenam beneficio pensare potuerunt. quibus paene tantum uenerationis quantum deorum inmortalium caerimoniis debetur: illis enim publica salus, his priuata continetur, atque ut illarum aedes sacra

2 ordinaret *Par.*, ordinauit $L^1 A^1$, ordinarit A^2 ‖ 3 imperauisset $L^1 A^1$, impetrasset *Par.* ‖ 4 dubitaret *Par.*, dubitauit *LA*, dubitauerit *Halm* ‖ 6 eidem — subiecerat *L et dett. omn.*, *om. A* ‖ 7 dyonisius *LA* ‖ accipitis L^1 ‖ 9 deinde definita *dett. pauci*, *Halm*, *nescio an recte, at u. V 3, 2a; Plin. n. h. II 53, 54; I. Fr. Gronou. ad Liu. XXXV*, 7 ‖ die *s. l. m. 1? L* ‖ 10 at — praedicabat *suppleta in mrg. m. 1 L* ‖ 11 se de $L^2 A^2$, sed $L^1 A^1$ ‖ constantiam L^1 ‖ 13 et eam qui (*i. e. et hora superuenit et eam qui accep.*) *Maduig II 322*, qui eam qui (*alter.* qui *lineola m. rec. subducta*) *L*, *et prius* qui *eras.*, *alter. punctat.*, *sed puncta subiecta eras. A*, eam qui *CEF*, qui eam *DΓ*, ueniam qui *Foertsch I 16 Halm* ‖ 16 tertiū (ū *in ras. 3 litter.*) *L* ‖ soladicii *sic* LA^1 ‖ mutua *Gertz**, utuma *L*, ut*u*na (*post* t *eras. uid.* h *uel* l) *A*, ultima *dett. mei omn.*, ut una *alii dett.*, intima *Pighius Halm* ‖ 17 haecine A^2 ‖ 21 poene A^1 ‖ 22 cerimoniis *A* ‖ 23 sacrae *Lipsius, quod uerum uid.*

domicilia, harum fida hominum pectora quasi quaedam sancto spiritu referta templa sunt.

2. Quod ita esse rex Alexander sensit. Darei castris, in quibus omnes necessarii eius erant, potitus Hephaestione gratissimo sibi latus suum tegente ad eos adloquendos uenit. cuius aduentu mater Darei recreata humi prostratum caput erexit Hephaestionemque, quia et statura et forma praestabat, more Persarum adulata tamquam Alexandrum salutauit. admonita deinde erroris per summam trepidationem excusationis uerba quaerebat. cui Alexander 'nihil est' inquit 'quod hoc nomine confundaris: nam et hic Alexander est'. utri prius gratulemur? qui hoc dicere uoluit an cui audire contigit? maximi enim animi rex et iam totum terrarum orbem aut uictoriis aut spe conplexus tam paucis uerbis se cum comite suo partitus est. o donum inclytae uocis danti pariter atque accipienti speciosum! quod priuatim quoque merito ueneror clarissimi ac disertissimi uiri promptissimam erga me beniuolentiam expertus. nec metuo ne parum conueniat mihi Pompeium meum instar esse Alexandri, cum illi Hephaestio suus alter fuerit Alexander. ego uero grauissimo crimini sim obnoxius, constantis et benignae amicitiae exempla sine ulla eius mentione transgressus, cuius in animo uelut in parentum amantissimorum pectore laetior

1 domicilia] *add.* ita *Vahlen in mus. Rhen. XI p. 588, recte, ut uid.* ‖ ĉdam *L*, quadam A^1 ‖ 2 scancto A^1 ‖ spiritu (tu *m. 2? s. l.*) *L* ‖ referta* *L* ‖ 3 darii *Par.* ‖ 5 *et bis infra* ephestione *LA*, ephesione *Par.* ‖ latus L^2A^2, datus L^1, datis A^1 ‖ 8 et statura *Novak et sic L*, et in statura A^1, ei et** stat. A^2, eum statura *Halm* ‖ 10 erroris (is *corr.*) *A* ‖ 11 excussationis A^1 ‖ 13 uti L^1A^1, cui L^2 ‖ 14 uoluit *L dett.*, uoluerit A^1, *malim* ualuit. *cf. II 7, 6; III 1, 1 et 2, 4; VIIII 3, 4, quo loco idem mendum in LA* ‖ 15 et iam A^2 *Perizonius*, &am *L*, etiam A^1 ‖ 17 domum L^1 ‖ inclytae *LA*, inclitae *Halm* ‖ 19 dissertissimi L^1 ‖ uiri (*corr. e* uim) *L* ‖ 20 promtissimam *h. l. A Halm, at tantum non semper* mpt *est in LA* ‖ 22 illi (*extr.* i *corr.*) *L*, et illi *Perizonius* ‖ 24 be**nignę (ni *eras. uid.*) *L* ‖ 26 pectorum L^1A^1

uitae meae status uiguit, tristior adquieuit, a quo omnium commodorum incrementa ultro oblata cepi, per quem tutior aduersus casus steti, qui studia nostra ductu et auspiciis suis lucidiora et alacriora reddidit. itaque paui inuidiam quorundam optimi amici iactura, uidelicet quia fructu torseram, non quidem meo merito, gratiam meam, quantacumque fuit, cum his, qui ea uti noluerunt, partitus. uerum nulla tam modesta felicitas est, quae malignitatis dentes uitare possit. et quo secessu quosdam fugeris aut quibus infulis misericordiae permulseris, ne alienis malis perinde ac bonis suis laetentur et gestiant? diuites sunt aliorum iacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus. sed illi quatenus alienis incommodis suorum adhuc expertes insultent optima uindex insolentiae uarietas humanae condicionis uiderit.

VIII. DE LIBERALITATE.

1. Nostrum opus pio egressu ad proprium dolorem prouectum in suum ordinem reuocetur, liberalitatisque conmemorationi uacemus. cuius duo sunt maxime probabiles fontes, uerum iudicium et honesta beniuolentia: nam cum ab his orietur, tunc demum ei ratio constat. dono autem ipsi gratiam et magnitudo quidem sua, sed efficaciorem aliquanto opportunitas conciliat: accedit enim pretio rei inaestimabile momentum occasionis. quae Fabio Maximo tot

1 meae status (ae *s. l.*) *L*, mestatus A^1 ‖ 2 ultro (*corr. ex* ultra) *LA*, ultra *bis script. sed prius eras. L* ‖ 3 stetit *A* ‖ 4 ductu & & (*sed prius & eras.*) *L* ‖ 6 quia fructu L^2CE, quia fructũ L^1A *Halm*, *quod sensu caret*, quos fructu *5 codd. Torrenii*, *quod prob. Perizonius* ‖ torsera* (m *non erat in ras.*) L^1, torserũ L^2 ‖ 8 iis *Halm* ‖ qui eã *L*, quietam A^1, quie*a* A^2 ‖ 9 quae L^2A^2, quã L^1A^1 ‖ 10 secessu* (o, *non* s *eras. uid.*) *A* ‖ 14 ili L^1 ‖ quatinus A^2 ‖ 16 humana* A^1 ‖ 18 dolorem *L*, ardorem (*sed* arc *in ras.*) *A*, decorem *et* propriam rem *dett.* ‖ 19 libertatisq. L^1A ‖ 21 onesta A^1 ‖ 22 beniuolentia** *in ras. mai. m. 2 A* ‖ 23 dono A^1, domũ A^2 ‖ gratia *LA* ‖ et *cum codd. suis (?) del. Pighius* ‖ 24 aliquando LA^1 ‖ oportumitas L^2 ‖ 26 fabiũ maximũ L^2A^2, a Fabio *coni. Halm*

ante saecula paruam pecuniae summam erogatam ad hoc usque tempus laudabilem fecit. captiuos ab Hannibale interposita pactione nummorum receperat. qui cum a senatu non praestarentur, misso in urbem filio fundum, quem unicum possidebat, uendidit eiusque pretium Hannibali protinus numerauit, si ad calculos reuocetur, paruum, utpote septem iugeribus et hoc in Pupinia addictis redactum, si animo † praerogantis, omni pecunia maius: se enim patrimonii quam patriam fidei inopem esse maluit, eo quidem maiore cum commendatione, quod proni studii certius indicium est supra uires niti quam uiribus ex facili uti: alter enim quod potest praestat, alter plus etiam quam potest. 2. Itaque eiusdem temporis femina Busa nomine, regionis autem Apulae ditissima, merito quidem liberalitatis testimonium receperit, sed excellentes opes suas Fabianis rei familiaris angustiis non conparauerit: nam etsi circa $\overline{X}$ ciuium nostrorum, Cannensis proelii reliquias, benignissime intra Canusina moenia alimentis sustentauit, saluo tamen statu fortunarum suarum munificam se populo Romano praestitit: Fabius in honorem patriae paupertatem inopia mutauit.

3. In Q. quoque Considio saluberrimi exempli nec sine paruo ipsius fructu liberalitas adnotata est. qui Catilinae furore ita consternata re publica, ut ne a locupletibus quidem debitae pecuniae propter tumultum pretiis possessionum deminutis solui creditoribus possent, cum centies atque quinquagies sestertii summam in faenore haberet, neque de sorte

1 saecula] *add.* propter *margo* *L* ‖ parua pec. summa erogata A^2 ‖ 5 unicum] *add.* I. P. similiter *margo* *A* ‖ 7 *an* e septem? ‖ 8 puppiniam *L A* ‖ ad animo (ad *s. l. et* o *corr. ex* ũ.?) *L* ‖ prerogantis *L*, p̑rogantis *A*, penses erogantis *bene Maduig II 322*, aestimes erogantis *Gertz**, *malim tamen* ponderes *uel* ponderetur erogantis. *cf. IIII, 4, 9; VII, 6, 1* ‖ 9 pecuniam $L^1 A^1$ ‖ 15 regionibus (bu *punctat.*) *L* ‖ 16 sed] *add.* si A^2 ‖ 17 opus A^1 ‖ 18 $\overline{\overline{X}}$ *L*, X *A* ‖ 19 benignissime *margo* *A*, benignissimis (*sed extr.* s *m. 2 add.*) *L A* ‖ 22 honore L^1 *A* ‖ 26 catelinae A^1 ‖ 28 tumulum *L* A^1

quemquam debitorum suorum neque de usura appellari a suis passus est, quantumque in ipso fuit, amaritudinem publicae confusionis priuata tranquillitate mitigauit, opportune mirificeque testatus se nummorum suorum, non ciuilis sanguinis esse faeneratorem: nam qui nunc praecipue negotiatione delectantur, cum pecuniam domum cruentam retulerunt, quam inprobando gaudio exultent cognoscent, si diligenter senatus consultum, quo Considio gratiae actae sunt, legere non fastidierint.

4. Queri mecum iam dudum populus Romanus uidetur, quod, cum singulorum munificentiam consecter, de sua taceam: ad summam enim eius laudem pertinet quem animum regibus et urbibus et gentibus praestiterit recognosci, quod omne praeclari facti decus crebra memoria in se ipso reuirescit. Asiam bello captam Attalo regi muneris loco possidendam tradidit, eo excelsius et speciosius urbi nostrae futurum imperium credens, si ditissimam atque amoenissimam partem terrarum orbis in beneficio quam in fructu suo reponere maluisset. ipsa uictoria donum felicius, quia multum occupasse inuidiam habere potuit, tantum tribuisse gloria carere non potuit.

5. Illius uero Romanae liberalitatis caelestem spiritum nullae litterae satis dignis laudibus prosequentur: Philippo enim Macedoniae rege superato, cum ad Isthmicum spectaculum tota Graecia conuenisset, T. Quintius Flamininus tubae signo silentio facto per praeconem haec uerba recitari iussit: 'S. P. Q. R. et T. Quintius Flamininus imperator omnes

2 pasus *L* ‖ 5 feneratorẽ *L* ‖ 6 negotiationi *LA* ‖ 7 rettulerunt *Halm* ‖ 8 gladio *A*¹ ‖ 11 Quaeri *A*¹ ‖ 15 praeclari* *LA* ‖ 22 quia *L et dett. mei omn.*, qñm (*i. e.* quoniam *corr., ut uid., ex* quam) *A* ‖ 23 tribusse (u *cum litura*) *L*¹, tribui se *A*¹ ‖ 24 non *m. 2 s. l. L* ‖ 25 uero *L margo A*, uere *A*¹, uere *A*² ‖ *celestẽ *L*, scelestem *A*¹ ‖ 27 macedonum *Par.* ‖ 28 isthmicum *CE*, isthimicũ *L*, id tam mirum *in ras. A e Par.* ‖ gratiae *A*¹, gratia *A*² ‖ 29 quinctus *L*, quintus *A*¹ ‖ 31 quinctius *LA* ‖ flaminus *LA*¹

Graeciae urbes, quae sub dicione Philippi regis fuerunt, liberas atque inmunes esse iubet.' quibus auditis maximo et inopinato gaudio homines perculsi primo ueluti non audisse se quae audierant credentes obticuerunt. iterata deinde pronuntiatione praeconis tanta caelum clamoris alacritate conpleuerunt, ut certe constet aues, quae superuolabant, adtonitas pauentesque decidisse. magni animi fuisset a tot captiuorum capitibus seruitutem detraxisse, quot tunc nobilissimis et opulentissimis urbibus populus Romanus libertatem largitus est.

Ad cuius maiestatem pertinet non solum quae ipse benigne tribuit, sed etiam quae alio tribuente sensit commemorari: ut enim illic meritae, ita hic redditae laudis conmendatio est.

Ext. 1. Hiero Syracusarum rex audita clade, qua Romani apud Trasimennum lacum erant adflicti, CCC milia modium tritici et CC hordei aurique ducenta et XL pondo urbi nostrae muneri misit. neque ignarus uerecundiae maiorum nostrorum, ne aurum nollent accipere, in habitum id Victoriae formauit, ut eos religione motos munificentia sua uti cogeret, uoluntate mittendi prius, iterum prouidentia cauendi ne remitteretur liberalis.

4 audierant *DΓ*, audierт̃ *L*, audier̃ (i *s. l. m. 2*) *A* ‖ 5 opticuer̃ (*corr. m. 2 ex* obt.) *A Halm* ‖ 6 tantũ LA^1 ‖ conplerunt (u *in ras. m. 2*) *L* ‖ 7 certo *FΓ* ‖ quae] *add.* forte *Par.* ‖ 8 fuisse *LA* ‖ 9 quot] quod LA^1, quid quod A^2 ‖ 14 meritae *nos*, cõmimoratę (*sic*) A^1, commemoratae LA^2 *Halm*, *qui tamen* commeritae *mauult*, collatae *margo A*, commemoratio partae *Foertsch II 22* ‖ 15 commendatio est A^2, conmendationes LA^1 ‖ 17 trasimennum *nos*, thrasimennũ A^1, thrasymennũ LA^2 *Par. Halm* ‖ $\overline{CCC}$ mĩl modiũ *L*, $\overline{CCC}$ mil; m|*** (*sup.* m *m. 2 add.* o *et in mrg. 2 uel 3 litt. eras.*) *A*, $\overline{CCC}$ m̊ *Par.* ‖ tri*tici *L* ‖ 18 ordei A^1 ‖ ducenta et XL pondo (*sed* X *eras.*) *A*, p̄ CCL *Par.*, pondo ducentum ac uiginti *Liu. XXII 37, 5* ‖ 19 munere (*sed extrem.* e *in ras.*) *A* ‖ 20 uerecondiae L^1 ‖ maiorũ (ũ *corr. ex* e) *L* ‖ nostrorum ne aurum *L*; nrorũ ne id (*in ras. et* id *punctat.*) *A*, nostrorum ne (*om.* aurum) *Halm* ‖ 22 sua *L et dett. nonnulli, om. A Halm* ‖ 23 uoluntatẽ L^1A^1

2. Subnectam huic Acragantinum Gillian, quem propemodum ipsius liberalitatis praecordia constat habuisse. erat opibus excellens, sed multo etiam animo quam diuitiis locupletior semperque in eroganda potius quam in corripienda pecunia occupatus, adeo ut domus eius quasi quaedam munificentiae officina crederetur: illinc enim publicis usibus apta monumenta extruebantur, illinc grata populi oculis spectacula edebantur, illinc epularum magnifici apparatus labentique annonae subsidia oriebantur. et cum haec uniuersis, priuatim alimenta inopia laborantibus, dotes uirginibus paupertate pressis, subsidia detrimentorum incursu quassatis erogabantur. hospites quoque cum urbanis penatibus tum etiam rusticis tectis benignissime excepti, uariis muneribus ornati dimittebantur. quodam uero tempore D simul Gelensium equites ui tempestatis in possessiones suas conpulsos aluit ac uestiuit. quid multa? non mortalem aliquem, sed propitiae Fortunae benignum esse diceres sinum. ergo quod Gillias possidebat omnium quasi commune patrimonium erat. pro cuius salute et incrementis cum Acragantina ciuitas tum etiam uicinae regiones uotis excubabant. conloca e contraria parte arcas inexorabilibus claustris obseratas, nonne praestantiorem aliquanto existimes illam inpensam quam hanc custodiam?

1 agrigentinum callian A^2 *e Par., apud Diod. XIII 83 p. 608 et Athen. I 5 extr. uocatur Γελλίας, ap. Suid. u. Ἀθηναῖος Τελλίας* ‖ 2 consat L^1 ‖ 4 semper quae A^1 ‖ 8 populi *dett. aliquot*, pupillis *LA*, pupillorum *margo A*, publicis *Γ* ‖ 11 uniuersis] *add.* atq: *margo A* ‖ 12 uirgibus L^1 ‖ 18 aliut A^1 ‖ quid (*corr. e* quis) *L* ‖ 20 callias A^2 *Par.* ‖ 21 communē $L^1 A^1$ ‖ 22 cum (*sic, non* tum) *A* ‖ agrigentina A^2 ‖ 23 conlocatę | contraria L^1 *et* (tę *eras. et* e *m. 2 proximo uersui praeposita*) *A* ‖ 24 inexo**rabilib; *A* ‖ 26 custodiam] *add.* VALERI MAXIMI FACTORV̄ ET DICTORV̄ MEMORABILIV̄ LIB̄ IIII EXPL. INCIPIT LIBER V *LA*

LIBER QVINTVS.

I. DE HVMANITATE ET CLEMENTIA.

Liberalitati quas aptiores comites quam humanitatem et clementiam dederim, quoniam idem genus laudis expetunt? quarum prima † inopia, proxima occupatione, tertia ancipiti fortuna praestatur, cumque nescias quam maxime probes, eius tamen commendatio praecurrere uidetur, cui nomen ex ipso numine quaesitum est.

1 a. Ante omnia autem humanissima et clementissima senatus acta referam. qui, cum Karthaginiensium legati ad captiuos redimendos in urbem uenissent, protinus his nulla pecunia accepta reddidit iuuenes numerum duum milium et septingentorum et XL trium explentis † simis rerum tantum hostium exercitum dimissum, tantam pecuniam contemptam, tot Punicis iniuriis ueniam datam: ipsos legatos obstipuisse arbitror ac secum dixisse 'o munificentiam gentis Romanae deorum benignitati aequandam! o etiam nostram legationem supra uota felicem! nam quod beneficium numquam dedissemus, accepimus.'

1 b. Illud quoque non paruum humanitatis senatus indicium est: Syphacem enim, quondam opulentissi-

2 AVT *LA* ‖ 3 Liberalitatis LA^1 ‖ 5 prima inopi, proxima occubanti, tertia ancipiti fortunae *Maduig II 323, an ante* praestatur *excidit* pressis? *cf. I 5 ext. 2; IIII 8 ext. 2; VI 9 ext. 5. nos in Fleckeis. ann. 1886 p. 53* ‖ 6 occupationi L^2 ‖ prestatur *L* ‖ 8 procurrere LA^1 ‖ ex ipso homine *Colerus, quod non improbat Halm, sed comparat Val. tres uirtutes, e quibus liberalitati primum locum tribuit, cuius nomen inepte ad Liberum patrem refert* ‖ 13 his *LA*, eis *Par. Halm* ‖ 15 et XL trium *L*, XL trium *A*, XLII *Par.* ‖ explentis *habet Par.*, expletissimis rerũ L^1, explentes uerũ (*sed litt.* ntes uerũ *in ras. m. 2, non m. 3*) *A*, expletissimos rerum L^2 *et dett.*, explentis, si modo uerum *e coniect. Rumpfii Halm, at u. Maduig l. c. not., litt.* simos rerum *ex male repetita u.* numerum *ortas, et reliqua* tantum — datam *Val. admiratione captum exclamasse putat Gertz p. 279, an* uix simile ueri? *cf. VIIII, 2, 1* ‖ 21 benificium *LA* ‖ petissemus A^2 ‖ 22 parum LA^1 ‖ 23 syphacem L^2 *margo A e Par.*, sypacem L^1, si pacẽ A^1, syfacẽ A^2 ‖ enim *delend. uid.*

mum Numidiae regem, captiuum in custodia Tiburi mortuum publico funere censuit efferendum, ut uitae dono honorem sepulturae adiceret. 1 c. consimilique clementia in Perse usus est: nam cum Albae, in quam custodiae causa relegatus erat, decessisset, quaestorem misit, qui eum publico funere efferret, ne regias reliquias iacere inhonoratas pateretur. +

1 d. Hostibus haec et miseris et fato functis officia [regibus] erogata, illa amicis et felicibus et uiuis tributa sunt. confecto Macedonico bello Musochanes Masinissae filius cum equitibus, quos in praesidium Romanorum adduxerat, ab imperatore Paulo ad patrem remissus tempestate classe dispersa Brundisium aeger delatus est. quod ubi senatus cognouit, continuo illo quaestorem ire iussit, cuius cura et hospitium adulescenti expediretur et omnia, quae ad ualitudinem opus essent, praeberentur inpensaeque liberaliter cum ipsi tum toti comitatui praestarentur, naues etiam ut prospicerentur, quibus se bene ac tuto cum suis in Africam traiceret. equitibus singulas libras argenti et quingenos sestertios dari imperauit. quae tam prompta et tam exquisita patrum conscriptorum humanitas efficere potuit ut, etiamsi expirasset adulescens, aequiore animo desiderium eius pater toleraret.

1 e. Idem senatus, cum *ad gratulandum* sibi Pru-

2 ecferendum *Par.* ‖ 3 consimiliq: *L et* q. *extra uers. m. 2? add. A*, *om.* que *CE*, *non L*, *delend. cens.* que *Novak* ‖ 4 persa (*sic uno h. l.*) *LA Halm. cf. II 2, 1; 7 ext. 4; IIII 4, 9; V 1, 1 e, ut nos Torrenius* ‖ quam (*sed* am *eras.*) *L* ‖ 5 religatus $L^1 A^1$ ‖ ***erat *A* ‖ praetorem *Par.* ‖ 8 officia] *add.* f. licet *margo A* ‖ 9 regibus *inclusi cum Perizonio* ‖ 10 musophanes (*sed* ophanes *in ras.*) *A e Par.*, musachanes *L*, musacanes *dett.*, Misagenes *constanter in Liu. codd. l. XLII et XLV* ‖ 11 quo in $L^1 A^1$ ‖ 12 duxerat *Par.* ‖ a patrem $L^1 A^1$ ‖ 14 dalatus L^1 ‖ ubi] ut *Par.* ‖ 16 omniaque *L* ‖ 17 preberent *L* ‖ inpensaq. A^1 ‖ 19 ut *L et dett.*, u* *A*, ei A^2, duae *ex Liu. XLV 14 Novak* ‖ 22 tam**|prompta etiam A^1 ‖ 24 ęquiorē L^1, aequiore* *A* ‖ 26 ad gratulandum *margo A e Par.*, *om. LA dett.* ‖ brusian LA^1, prusyan A^2, prusiam *Par.*

sian Bithyniae regem Perse *deuicto* uenire audisset, obuiam illi P. Cornelium Scipionem quaestorem Capuam misit censuitque ut ei domus Romae quam optima conduceretur et copiae non solum ipsi, sed etiam comitibus eius publice praeberentur, in eoque excipiendo tota urbs unius humani amici uultum habuit. itaque qui amantissimus nostri uenerat, duplicata erga nos beniuolentia in regnum suum reuersus est.

1f. Ne Aegyptus quidem Romanae humanitatis expers fuit. Rex eius Ptolomaeus a minore fratre regno spoliatus petendi auxilii gratia cum paucis admodum seruis squalore obsitus Romam uenerat ac se in hospitium Alexandrini pictoris contulerat. id postquam senatui relatum est, accersito iuuene quam potuit accurata excusatione usus est, quod nec quaestorem illi more maiorum obuiam misisset nec publico eum hospitio excepisset, eaque non sua neglegentia, sed ipsius subito et clandestino aduentu facta dixit et illum e curia protinus ad publicos penates deduxit hortatusque est ut depositis sordibus adeundi ipsius diem peteret. quin etiam curae habuit ut ei munera per quaestorem cotidie darentur. his gradibus officiorum iacentem ad regium fastigium erexit effecitque ut plus spei in auxilio populi Romani quam metus in sua fortuna reponeret.

2. Atque ut ab uniuersis patribus conscriptis ad singulos ueniam, L. Cornelius consul primo Punico bello, cum Olbiam oppidum cepisset, pro quo fortissime dimicans Hanno dux Karthaginiensium occiderat, corpus eius e tabernaculo suo amplo funere ex-

1 bythiniae *LA* ‖ deuicto *A*^{2} *e Par.*, *om.* *LA*^{1} *dett.* ‖ 2 P.] L. *Liu. XLV 44, 7 et C. I. L. I 35* ‖ 4 set *L* ‖ 6 urbis *L*^{1} *A*^{1} ‖ 7 duplic*ata *LA* ‖ 9 exper *L*^{1}*A*^{1} ‖ 10 ptholomeus *L*, ptholomęus (*sic*) *A*, ptolemaeus *Par. Halm, u. ad I 8, 9* ‖ fratrę *A* ‖ 13 ospitium *A*^{1}, hospitium cuiusdam *Par.* ‖ contulit *Par.* ‖ 15 excusatione* *L* ‖ 16 maiorem *L*^{1} ‖ 17 hospitio (ho *in ras.*) *A* ‖ 18 clamdestino *A* ‖ 21 ipsos *A*^{2} ‖ ut ei munera *nos*, uti munere *L*^{1}*A*^{1}, uti munera ei *L*^{2}*A*^{2} ‖ 28 cluiam *A*^{2} *Par.* ‖ coepisset *A*^{1}, I. P. petiss; *margo A e Par.* ‖ 29 hanno *Par.*, anno *LA*

tulit nec dubitauit hostis exequias ipse celebrare, eam demum uictoriam et apud deos et apud homines minimum inuidiae habituram credens, *quae* quam plurimum humanitatis habuisset.

3. Quid de Quintio Crispino loquar, cuius mansuetudinem potentissimi adfectus, ira atque gloria, quatere non potuerunt? Badium Campanum et hospitio benignissime domi suae exceperat et aduersa ualitudine correptum adtentissima cura recreauerat. a quo post illam nefariam Campanorum defectionem in acie ad pugnam prouocatus, cum et uiribus corporis *et* animi uirtute aliquanto esset superior, monere ingratum quam uincere maluit: nam 'quid agis' inquit, 'demens, aut quo te praua cupiditas transuersum rapit? parum habes publica impietate furere, nisi etiam priuata lapsus fueris? unus uidelicet tibi Romanorum Quintius placet, in quo sceleste exerceas arma, cuius penatibus et honoris uicissitudinem et salutem tuam debes! at me foedus amicitiae diique hospitales, sancta nostro sanguini, uestris pectoribus uilia pignora, hostili certamine congredi tecum uetant. quin etiam, si in concursu exercituum fortuito umbonis mei inpulsu prostratum agnouissem, adplicatum iam ceruicibus tuis mucronem reuocassem. tuum ergo crimen sit hospitem occidere uoluisse, meum non eris hospes occisus. proinde aliam qua occidas dexteram quaere, quoniam mea te seruare didicit'. dedit utrique caeleste numen debitum exitum, si quidem in eo proelio Badius obtruncatus est, Quintius insigni pugna clarus euasit.

4. Age, M. Marcelli clementia quam clarum quamque memorabile exemplum haberi debet! qui captis

1 nec A^2, ne LA^1 ‖ 2 eam *dett. nonnulli*, tam LA^1, tum A^2 ‖ 3 quae quam *Torrenius*, quam LA^1, cum A^2, quae *Perizonius*, *Halm* ‖ 12 et animi L^2A^2, animi L^1A^1 ‖ 13 inquid A^1 ‖ 15 habens LA^1 ‖ 16 fuerit A^1 ‖ 17 scelestē A^1, scelestia *margo* A ‖ 19 tuam *in ras.* A ‖ 20 hospitales (es *in ras.*) L, hospitalis A^1 ‖ sanguine LA^1 ‖ 22 fortuitu LA^1 ‖ 26 eris A^1 *et* s *corr.* L, erit A^2 ‖ 29 optruncatus A^2

ab se Syracusis in arce earum constitit, ut urbis modo opulentissimae, tunc adflictae fortunam ex alto cerneret. ceterum casum eius lugubrem intuens fletum cohibere non potuit. quem si quis ignarus uiri aspexisset, alterius uictoriam esse credidisset. itaque, Syracusana ciuitas, maxima clade tua aliquid admixtum gratulationis habuisti, quia, si tibi incolumem stare fas non erat, leniter sub tam mansueto uictore cecidisti.

5. Q. uero Metellus Celtibericum in Hispania gerens bellum, cum urbem Centobrigam obsideret et iam admota machina partem muri, quae sola conuelli poterat, disiecturus uideretur, humanitatem propinquae uictoriae praetulit: nam cum Rhoetogenis filios, qui ad eum transierat, Centrobigenses machinae ictibus obiecissent, ne pueri in conspectu patris crudeli genere mortis consumerentur, quamquam ipse Rhoetogenes negabat esse inpedimento quominus etiam per exitium sanguinis sui expugnationem perageret, ab obsidione discessit. quo quidem tam clementi facto etsi non unius ciuitatis moenia, omnium tamen Celtiberarum urbium animos cepit effecitque ut ad redigendas eas in dicionem populi Romani non multis sibi obsidionibus opus esset.

6. Africani quoque posterioris humanitas speciose lateque patuit: expugnata enim Karthagine circa ciuitates Siciliae litteras misit, ut ornamenta templorum suorum a Poenis rapta per legatos recuperarent

4 uiri *nos cum Lipsio*, uir *LA*, *an* rei? *Halm*, *at cf. V 4 ext. 6* ‖ 5 apexisset L^1 ‖ 6 sua L^1A^1 ‖ 7 incolumem *L et sic h. l. A*, incolumi *recte, ut uid.*, *Perizonius* ‖ 10 metullus A^1 ‖ hispaniā L^1A ‖ 11 centobrigam A^2 *et* o *in ras. Par.*, centobricam LA^1 ‖ 12 admotā L^1 ‖ solā L^1A^1 ‖ 14 rhetogenis *LA*, rhoethogenis *Par.* ‖ 15 filiū* (ū *in ras. et* s *eras.*) *L*, filius A^1 ‖ centobricense A^1, centobricensis LA^2 ‖ 16 pueri (i *eras.*) *L*, puri A^1 ‖ 17 quanquam A^2, quam A^1 ‖ 18 rhetogenes *LA* ‖ 19 exitium *cod. Leid. Torrenii*, exitum *LA* ‖ expugnatione L^1 ‖ 20 ab obsidione A^2 *e Par.*, p obsidionē LA^1 ‖ 23 coepit LA^1 ‖ 25 speciosa (*sc. fuit*) *Perizonius* ‖ 28 penis L^1 ‖ reciperarent *margo A e Par. Halm*

inque pristinis sedibus reponenda curarent. beneficium dis pariter atque hominibus acceptum!

7. Huic facto par eiusdem uiri † humanitas. a quaestore suo hastae subiectos captiuos uendente puer eximiae formae et liberalis habitus missus est. de quo cum explorasset Numidam esse, orbum relictum a patre, educatum apud auunculum Masinissam, eo ignorante inmaturam aduersus Romanos ingressum militiam, et errori illius ueniam dandam et amicitiae regis fidissimi populo Romano debitam uenerationem tribuendam existimauit. itaque puerum anulo fibulaque aurea et tunica laticlauia Hispanoque sagulo et ornato equo donatum datis qui eum prosequerentur equitibus ad Masinissam misit, eos uictoriae maximos fructus ratus, dis ornamenta, hominibus [regibus] sanguinem suum restituere.

8. L. etiam Pauli in tali genere laudis memoria adprehendenda est. qui, cum Persen parui temporis momento captiuum ex rege ad se adduci audisset, occurrit ei Romani imperii decoratus ornamentis conatumque ad genua procumbere dextera manu adleuauit et Graeco sermone ad spem exhortatus est. introductum etiam in tabernaculum lateri suo proxi-

2 hominis L^1 ‖ 3 uiri] aui *Pighius e cod. Campensi* (?) ‖ humanitas] alia hum. *Vorstius,* uiri ⟨uidit⟩ Hispania. a quaestore ⟨ei⟩ suo *Gertz**, *mihi scrib. uid.* uiri illa humanitas. *cf. III 7, 1*: cui facto par illa fiducia ‖ 4 astae L^1 ‖ *an* uendente ei? ‖ 5 misus L^1 ‖ 6 orbem L^1A^1 ‖ 8 inmaturicu L^1 ‖ 9 ingressus *LA* ‖ 13 donatum *in ras. A*, damdato (*corr. e* damnato) *L* ‖ 14 psequerentur A^1 ‖ 15 ratus (u *corr. ex* o) disornamentarum (taru *in ras. m. 2 et add. s. l.* eo *i. e.* eorum) hominib; regib; *L*, ratos **s orna * ta ** om * nib; regib; (*haec sunt, quae etiam sub litura legi possunt*) A^1, *inde factum*: ratus ** sic orna * tum * om * nib; regi * A^2, ratus diis ornamenta templorum hominibus regibus *dett. Halm, ego inclusi* regibus *probantibus Halmio et Gertzio p. 280 et eieci* templorum, *quod repetitum e § 6 non erat in archetyp.* ‖ 16 regium sanguinem *Foertsch III 17* ‖ 17 pauli (*corr. e* palili) *L* ‖ 18 persen *L Par.*, persem *A* ‖ 19 captum *margo A e Par.* ‖ 21 genua ⟨sua⟩ *Gertz**, *ut nos Par. quoq.* ‖ dexterã manum L^1A^1 ‖ 22 exortatus A^1

mum in consilio sedere iussit nec honore mensae indignum iudicauit. proponatur in conspicuo acies, qua prostratus est Perses, et harum rerum, quas retuli, contextus, utro magis spectaculo delectentur homines dubitabunt: nam si egregium est hostem abicere, non minus tamen laudabile infelicis scire misereri.

9. Haec L. Pauli humanitas admonet me ne de Cn. Pompei clementia taceam. regem Armeniae Tigranem, qui et per se magna cum populo Romano bella gesserat et infestissimum urbi nostrae Mitridatem Ponto pulsum uiribus suis protexerat, in conspectu suo diutius iacere supplicem passus non est, sed benignis uerbis recreatum diadema, quod abiecerat, capiti reponere iussit certisque rebus imperatis in pristinum fortunae habitum restituit, aeque pulchrum esse iudicans et uincere reges et facere.

10. Quam praeclarum tributae humanitatis specimen Cn. Pompeius, quam miserabile desideratae idem euasit exemplum! nam qui Tigranis tempora insigni regio texerat, eius caput tribus coronis triumphalibus spoliatum in suo modo terrarum orbe nusquam sepulturae locum habuit, sed abscisum a corpore inops rogi nefarium Aegyptiae perfidiae munus portatum est etiam ipsi uictori miserabile: ut enim id Caesar aspexit, oblitus hostis soceri uultum induit ac Pompeio cum proprias tum et filiae suae lacrimas reddidit, caput autem plurimis et pretiosissimis odoribus cremandum cura*ui*t. quod si non tam mansuetus animus diuini principis extitisset, paulo ante Romani imperii columen habitum — sic mor-

2 proponatū, *ut uid.*, A^1 ‖ 4 retulit *A*, rettuli *Halm* ‖ 6 abiecere A^1 ‖ infelici scire *L*, infelicis cire A^1 ‖ 9 armoenię *A* ‖ 11 urbis *L* A^1 ‖ 15 certiq. $L^1 A^1$ ‖ 17 pulcrum *L* ‖ 19 miserabilē $L^1 A^1$ ‖ 22 nusquam L^2 *dett. multi*, numquam $L^1 A$ ‖ 23 inobs A^1 ‖ 24 rogina farium $L^1 A^1$, rogi naefarium L^2 ‖ munus] *post h. u.* Caesari *uel plura etiam excidisse cens. Gertz p. 280* ‖ 27 proprias (ri *in ras.*) *L*, propiras (*corr.* properas) *A* ‖ tum (*corr. e* dum) et *L*, tum* *A* ‖ 29 curat *A*, erat *L*, *em. in dett.*

talium negotia fortuna uersat — inhumatum iacuisset. Catonis quoque morte Caesar audita et se illius gloriae inuidere et illum suae inuidisse dixit patrimoniumque eius liberis ipsius incolume seruauit. et hercule diuinorum Caesaris operum non parua pars Catonis salus fuisset.

11. M. etiam Antoni animus talis humanitatis intellectu non caruit: M. enim Bruti corpus liberto suo sepeliendum tradidit, quoque honoratius cremaretur, inici ei suum paludamentum iussit, iacentem hostem deposito aestimans odio: cumque interceptum a liberto paludamentum conperisset, ira percitus pro*ti*nus in eum animaduertit hac ante praefatione usus: 'quid? tu ignorasti cuius tibi uiri sepulturam conmisissem'? fortem piamque eius uictoriam Philippii campi libenter uiderunt, sed ne ista quidem generosissimae indignationis uerba inuiti audierunt.

Ext. 1. Commemoratione Romani exempli in Macedoniam deductus morum Alexandri praeconium facere cogor, cuius ut infinitam gloriam bellica uirtus, ita praecipuum amorem clementia meruit. is, dum omnes gentes infatigabili cursu lustrat, quodam loci niuali tempestate oppressus senio iam confectum Macedonem militem nimio frigore obstupefactum ipse sublimi et propinqua igni sede residens animaduertit factaque non fortunae, sed aetatis utriusque aestimatione descendit et illis manibus, quibus opes Darii adflixerat, corpus frigore duplicatum in suam sedem inposuit: id ei salutare futurum, quod apud

4 iucolome *LA* ‖ 7 intellectum caruit L^1, intellectu*| caruit (*corr.* claruit) *A*, *ut nos* L^2 *dett.* ‖ 8 M. enim] marciani LA^1, marci aenī A^2 ‖ 10 ei *LA*, rogo *Par.*, *fort.* igni *Halm* ‖ 11 intercepto *A*, *ut nos L dett. Par.* ‖ 12 conperisse L^1A ‖ 13 pronus LA^1 ‖ 14 uirum L^1 ‖ 15 Philipii (philippi *L*) campi *nos coll. I 7, 1*, philippicā pi *A*, philippicam dii *dett.* ‖ 20 facere *om.* L^1, *sed add. m. 2 margo L* ‖ 22 lustrat *L et dett. mei omn.*, *om. A* ‖ 23 loco *D Γ Par.* ‖ nibali L^1A^1 ‖ oppressū* L^2 ‖ 25 sede residens *Gertz* e Par.*, sedem sedens *LA Halm* ‖ 26 fartunae L^1 ‖ 28 complicatû *D* ‖ 29 futurum] *add.* dicens *margo A*

Persas capital extitisset, solium regium occupasse. quid ergo mirum est, si sub eo duce tot annis militare iucundum ducebant, cui gregarii militis incolumitas proprio fastigio carior erat? idem non hominum ulli, sed naturae fortunaeque cedens, quamquam uiolentia morbi dilabebatur, in cubitum tamen erectus dexteram omnibus, qui eam contingere uellent, porrexit. quis autem illam osculari non cuperet, quae iam fato oppressa maximi exercitus conplexui humanitate quam spiritu uiuidior suffecit?

2. Non tam robusti generis humanitas, sed et ipsa tamen memoria prosequenda Pisistrati Atheniensium tyranni narrabitur. qui, cum adulescens quidam amore filiae eius uirginis accensus in publico obuiam sibi factam osculatus esset, hortante uxore ut ab eo capitale supplicium sumeret respondit, 'si eos, qui nos amant, interficiemus, quid eis faciemus, quibus odio sumus'? minime digna uox cui adiciatur eam ex tyranni ore [de humanitate] manasse. in hunc modum filiae iniuriam tulit, suam multo laudabilius. a Thrasippo amico inter cenam sine fine conuicio laceratus ita et animum et uocem ab ira cohibuit, ut putares satellitem *a* tyranno male audire. abeuntem quoque, ueritus ne propter metum maturius se conuiuio subtraheret, inuitatione familiari coepit retinere. Thrasippus concitatae temulentiae impetu euectus os eius sputo respersit nec tamen in uindictam sui ualuit accendere. ille uero etiam filios

3 incolomitas *L A*[1] ‖ 5 illi *A*[1] ‖ 8 cuperet *Perizonius*, curreret *L A Halm*, curaret *Aldus*. *cf. Foertsch II 22* ‖ 9 fa*to (c *eras.*) *L* ‖ 10 uiuidiore *L A Halm*, *em. Maduig II 323* ‖ sufficit *A*[1] ‖ 12 *psi strati (i *eras. uid.*) *A* ‖ 15 hortante (e *corr.*) *L* ‖ 16 respondet *A*[1] ‖ eis *Par.*, his *L A* ‖ 19 de humanitate *cum Pighio inclusi*, et immanitate *Lipsius*, humanitatem *uel* dicti humanitatem *Perizonius* ‖ 20 tuli *L*[1] ‖ 21 caenam *L A* ‖ 22 conuitio *L*[2]*A*[1] ‖ lacessitus *Par.*, *at cf. IIII 4, 11 et 7, 3; VI 3 ext. 1* ‖ 23 a *om.* *L A*[1] ‖ tyranno (o *corr. ex* i) *L* ‖ 26 trasippus *h. l.* *A* ‖ 27 euectus *L*[2] *dett.*, *quod probat Gertz**, euectu *L*[1]*A*[1], eiecto *A*[2], euictus *Halm e Par.*

suos uiolatae patris maiestati subuenire cupientis retraxit. posteroque die Thrasippo supplicium a se uoluntaria morte exigere uolente uenit ad eum dataque fide in eodem gradu amicitiae mansurum, ab incepto reuocauit. si nihil aliud dignum honore memoriae gessisset, his tamen factis abunde se posteritati conmendasset.

3. Aeque mitis animus Pyrri regis. audierat quodam in conuiuio Tarentinorum parum honoratum de *se* sermonem habitum: accersitos qui ei interfuerant percontabatur an ea, quae ad aures ipsius peruenerant, dixissent. tum ex his unus, 'nisi' inquit 'uinum nos defecisset, ista, quae tibi relata sunt, prae eis, quae de te locuturi eramus, lusus ac iocus fuissent'. tam urbana crapulae excusatio tamque simplex ueritatis confessio iram regis conuertit in risum. qua quidem clementia et moderatione adsecutus est ut et sobrii sibi Tarentini gratias agerent et ebrii bene precarentur.

Ab eadem altitudine humanitatis legatis Romanorum ad redimendos captiuos castra sua petentibus, quo tutius uenirent, Lyconem Molosson obuiam misit, quo honoratius exciperentur, ipse cum ornatu regio *salu*tatum extra portam occurrit, secundarum rerum prouentu non corruptus, ut officii respectum

1 maiestatis $L^1 A$ ‖ 2 suplicium A ‖ 3 uolenti $L A$ ‖ 6 g*essisset L ‖ 8 phyrri A^2 ‖ quodam *Freinsheim et Gertz**, quosdam $A^1 L^1 \Gamma$ *Halm*, apud quosdam $A^2 L^2$, quondam *Lipsius*, *an* quosdam *cum Paride transponend. post* arcessitos? ‖ 10 se *om.* $L^1 A^1$ ‖ sermone A ‖ habitum $L A$, habuisse *solus* Γ, *Halm* ‖ interfurunt A^1, interfuerunt $L A^2$, *ut nos Par.* ‖ 11 eaq; ad L ‖ 12 inquid L^1 ‖ 14 eis *Par.*, his $L A$ ‖ 15 fuissent A^2 *Par.*, fuisset $L A^1$ ‖ 18 sobri — ebri $L^1 A^1$ ‖ 22 liconem molossum *Par.* ‖ 23 quo L et (*sup.* o *una litt. eras.*) A, quoque *Pighius*, *Halm* ‖ honoratius $D \Gamma$ *margo* L, ortatius $L A^1$, ornatius A^2 ‖ cum (*corr. e* com) L ‖ ornatu regio salutatum *Foertsch I 18*, ornato equitatu A^2, ornatu regio *Par.*, ornatu regio equitumq. comitatu *Heller in Philol. 1869 p. 362*, ornatu et comitatu *Gertz p. 280* ‖ 25 non $L A^1$, adeo non A^2 ‖ respectum *Kellerbauer*, *Heller l. c. cf. VI 6 ext. 2*, prospectum $L A$ *Halm*

in iis deponeret, qui tum maxime armis cum eo dissidebant.

4. Cuius tam mitis ingenii debitum fructum ultimo fati sui tempore cepit: nam cum diris auspiciis Argiuorum inuasisset urbem, abscisumque eius caput Alcyoneus Antigoni regis filius ad patrem — propugnator enim laboran*tibus* aderat — laetus uelut aliquod felicissimum uictoriae opus attulisset, Antigonus correpto iuuene, quod tanti uiri subitae ruinae inmemor humanorum casuum effuso gaudio insultaret, humo caput sublatum causea, qua uelatum caput suum more Macedonum habebat, texit corporique Pyrri redditum honoratissime cremandum curauit. quin etiam filium eius Helenum captiuum ad se pertractum et cultum et animum regium gerere iussit ossaque ei Pyrri aurea inclusa urna Epirum in patriam ad Alexandrum fratrem portanda dedit.

5. Campani autem exercitum nostrum cum consulibus apud Caudinas furcas sub iugum a Samnitibus missum nec inermem tantum, sed etiam nudum urbem suam intrantem perinde ac uictorem et spolia hostium prae se ferentem uenerabiliter exceperunt protinusque consulibus insignia honoris, mili*ti*bus uestem, arma, equos, commeatum benignissime praestando et inopiam et deformitatem Romanae

1 isdemponeret LA ‖ cum maxime L^1A^2 ‖ cō eo L ‖ 3 fructum $D\Gamma$, strictum LA ‖ 4 fati L^2 *dett. mei omn.*, facti L^1, *om.* A ‖ temporere coepit L, tempore recepit A, *em. Stanger* ‖ diri auspicii (*extr.* i *corr. e* s) L, diri (*corr.* diris) auspicis A ‖ 5 abscisumq: (b *ex* d *corr.*) L, adscissumq. A^1, occisique *Gertz** ‖ 7 propugnator enim laborantibus aderat *egregie Maduig II 324*, propugnatorem laborans la&erat LA, propugnatorum labor sane taeter erat *Foertsch I 19*, *quod non recte recepit mutato* erat *in* fuerat *Halm* ‖ 8 aliquot L^1A^1 ‖ 10 casu L^1A^1 ‖ 11 homo LA^1 ‖ gausea LA ‖ uel*atum (i *eras. uid.*) L ‖ 13 *et* 16 phyrri A^2 ‖ 14 ad sepe tractum A^1 ‖ 16 urnepyrrum L^1, urnae pyrrum A^1, urna,epyrum L^2A^2 ‖ 18 cum (*corr. e* co) L ‖ 19 forcas L^1 ‖ 20 inermē* (˜ *m. 2*) L, inermen A^1 ‖ tantum (n *s. l. m. 2*) L ‖ 21 solia L^1A^1 ‖ 23 consul L^1, consuli L^2 *et* li *in ras.* A ‖ insigni AC ‖ *milib; L^1A^1, similibus C

cladis mutarunt. quo animo si pro imperio nostro aduersus Hannibalem quoque usi fuissent, truculentis securibus materiem saeuiendi non praebuissent.

6. Facta mentione acerrimi hostis mansuetudinis eius operibus, quam Romano nomini praestitit, locum, qui inter manus est, finiam: Hannibal enim Aemilii Pauli apud Cannas trucidati quaesitum corpus, quantum in ipso fuit, inhumatum iacere passus non est. Hannibal Ti. Gracchum Lucanorum circumuentum insidiis cum summo honore sepulturae mandauit et ossa eius in patriam portanda militibus nostris tradidit. Hannibal M. Marcellum in agro Bruttio, dum conatus Poenorum cupidius quam consideratius speculatur, interemptum legitimo funere extulit punicoque sagulo et corona donatum aurea rogo inposuit. ergo humanitatis dulcedo etiam in *ef*ferata barbarorum ingenia penetrat toruosque et truces hostium mollit oculos ac uictoriae insolentissimos spiritus flectit. nec illi arduum ac difficile est inter arma contraria, inter destrictos conminus mucrones placidum iter reperire. uincit iram, prosternit odium hostilemque sanguinem hostilibus lacrimis miscet. quae etiam Hannibalis admirabilem uocem pro funeribus Romanorum ducum arbitria statuentis expressit. quin aliquanto ei plus gloriae Paulus et Gracchus et Marcellus sepulti quam oppressi attulerunt, si quidem illos Punico astu decepit, Romana mansuetudine honorauit. uos quoque, fortes ac piae umbrae, non paenitendas sortitae estis exequias:

1 cla*dis *L* || 2 truculenti LA^1 || 3 p̃hibuissent (hi *punctat.*) *L*, brębuissent A^1 || 6 enim *eras.* *L* || 9 tib. *LA* || 14 funere *Pighius Par.*, iure *L*, iurae (a *induct.*) *A* || 15 aurea *Par.*, laurea *LA*, *at u. Plut. Marc. 30* || 16 imposuit L^2A || in ferata L^1A^1 || 17 toruosq. L^2, orbosq. L^1A || 20 districtos *A* || 21 repperire L^1, aperire *Stanger* || 23 quae] Atq. *L*, *q̃ (=quae *corr. uid. ex* atq̃) *A*, atque *dett.* || 24 duci LA^1, *delend. cens. Gertz p. 280* || 25 expraesit (a *punctat.*) *L* || quin *nos*, quia *LA*, quare *Pighius* || 27 astu (*corr. e* statu) *A* || 27 uos quoque *LA*, uosque *D et Gertz l. c.* || 28 sortiti LA^1 || exequuas L^1

nam ut optabilius in patria, ita speciosius pro patria conlapsae supremi officii decus infelicitate amissum uirtute recuperastis.

II. DE GRATIS.

Gratas uero animi significationes et ingrata facta libuit oculis subicere, ut uitio ac uirtuti iusta merces aestimationis ipsa comparatione accederet. sed quoniam contrario proposito sese distinxerunt, nostro quoque stilo separentur, prioremque locum obtineant quae laudem quam quae reprehensionem merentur.

1. Atque ut a publicis actis ordiar, Marcium patriae * * conantem admotoque portis urbis ingenti Volscorum exercitu funus ac tenebras Romano imperio minantem Veturia mater et Volumnia uxor nefarium opus exequi precibus suis passae non sunt. in quarum honorem senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornauit: sanxit namque ut feminis semita uiri cederent, confessus plus salutis rei publicae in stola quam in armis fuisse, uetustisque aurium insignibus nouum uittae discrimen adiecit. permisit quoque his purpurea ueste et aureis uti segmentis. super haec aedem et aram Fortunae muliebri eo loco, quo Coriolanus exoratus fuerat, faciendam curauit, memorem beneficii animum suum exquisito religionis cultu testando.

1 obtabilius A^1 ‖ pro patriae ac conlapsę LA^1 ‖ 2 subpremi (*corr* suppr.) L, suppmi (*prior* p *induct.*) A ‖ 3 recuperatis LA^1 ‖ 5 *scrib. uid.* grati. *cf. p. 229, 14* gratae mentis significatione ‖ animi L, *unus om.* A, *uncis inclusit Halm* ‖ 6 subobicere L *et* sub *induct.* A ‖ 10 quae] quã L^1A^1 ‖ quā q̃ L ‖ 11 patriae conantem LA, patriã oppugnare conantem A^2, *coniecerunt* patria carentem *Foertsch I 20*, patria exulantem *Blaum p. 43*, patriae irascentem *Busch p. 15*, *suppleuerunt* p. arma inferre con. *Halm*, *melius* p. ulcisci iniuria con. *Heller in Philol. 1869 p. 362 coll. V 4, 1 et Gertz p. 281* ‖ 13 excitũ A^1 ‖ 16 honore A ‖ 17 sancxit L ‖ 20 aurum (i *s. l. add.*) LA ‖ uitae L^1A ‖ 21 eis *Par.*, *Halm* ‖ 22 aedem *dett. mei*, eadem LA ‖ arã* (ã *in ras.*) L, aram (*corr. ex* arum) A ‖ 23 muliebri eo l. *Par.*, muliebria loc., *ut uid.*, A^1, muliebriae loc. LA^2 ‖ corolanus L^1 ‖ 24 facienđ A, *et* d *induct.* L^1

Quem secundi etiam Punici belli tempore exhibuit: cum enim a Fuluio Capua obsideretur ac duae Campanae mulieres beniuolentiam erga Romanos dimittere ex animis noluissent, Vestia Oppia mater familiae et Cluuia Facula meretrix, quarum altera cotidie pro salute exercitus nostri sacrificauit, altera captis militibus Romanorum alimenta subministrare non destitit, urbe illa oppressa senatus his et libertatem et bona restituit, et si quid amplius praemii petissent, libenter se daturum adseuerauit. uacasse tanto gaudio patribus conscriptis duabus humillimis feminis referre gratiam, nedum tam prompte retulisse mirandum.

2. Quid illa quoque iuuentute Romana gratius, quae Nautio et Minucio consulibus ultro nomina sua militari sacramento obtulit, ut Tusculanis, quorum fines Aequi occupauerant, praesidium ferrent, quia paucis ante mensibus constantissime et fortissime imperium populi Romani defenderant? ergo, quod auditu nouum est, ne patriae grata uoluntas cessasse uideretur, exercitus se ipse conscripsit.

3. Magnum grati populi specimen in Q. Fabio Maximo enituit: nam cum quinque consulatibus salutariter re publica administrata decessisset, certatim aes contulit, quo maior ac speciosior funeris eius

1 exibuit *L* ‖ 3 campanae *in ras. A* ‖ 3 beneuol. L^1 ‖ dimittere (*corr. in mrg.* de) *L* ‖ 4 uoluissent *LA*, *em. in dett.* ‖ Vestia Oppia *Liu. XXVI 33, 7,* uescia oppia *Par. et in ras. maiore A*, uestia oppida *L*, uestigia oppida *dett.* ‖ 5 familiae *LA*, familias A^2 *Par. Halm* ‖ facula *A Par.*, falcula *L*, Faucula *Liu. l. c.*, Pacula *Th. Mommsen* ‖ 8 his *A*, eis *Par. Halm* ‖ 10 uagasse L^1A^1 ‖ 11 in tanto *edd. uett.* ‖ 12 Nedum (*sed* ed *in ras.*) *A* ‖ prompte retulisse *Torrenius*, ꝑ pr̃ (*i. e.* propter) se tulisse *L*, propter setu*lisse (l *eras. uid.*) A^1, *add.* ꝓpense *margo L*, p̃ se tulisse A^2 ‖ 15 q̃ *L*, quę *extra uersum m. 2 add. A* ‖ naucio *in ras. A* ‖ minutio *A* ‖ ultro (o *corr.*) *L* ‖ 16 tusculani L^1A^1 ‖ 19 defenderent A^1 L^1, defenderunt L^2 ‖ auditũ L^1A^1 ‖ 20 pariae gratas L^1 ‖ 21 conscripsit *DE*, cõbussit *LΓ*, conduxit* *in ras. A*, com. sit (*sic*) *C* ‖ 24 re p. administrata *Halm cum Par.*, r. p. administratis *LA*

pompa duceretur. eleuet aliquis praemia uirtutis, cum animaduertat fortes uiros felicius sepeliri quam uiuere ignauos.

4. Fabio autem etiam incolumi summa cum gloria gratia relata est. dictatori ei magister equitum Minucius scito plebis, quod numquam antea factum fuerat, aequatus partito exercitu separatim in Samnio cum Hannibale conflixerat. ubi temere inito certamine pestiferum habiturus exitum subsidio Fabi conseruatus, et ipse eum patrem appellauit et ab legionibus suis patronum salutari uoluit ac deposito aequalis imperii iugo magisterium equitum, sicut par erat, dictaturae subiecit inprudentisque uulgi errorem gratae mentis significatione correxit: 5. tam hercule probabiliter quam Q. Terentius Culleo praetoria familia natus et inter paucos senatorii ordinis splendidus optimo exemplo Africani superioris currum triumphantis, quia captus a Karthaginiensibus ab eo fuerat recuperatus, pilleum capite gerens se*cut*us est: auctori enim libertatis suae tamquam patrono accepti beneficii confessionem spectante populo Romano merito reddidit.

6. At Flaminini de Philippo rege triumphantis currum non unus, sed duo milia ciuium Romanorum pilleata comitata sunt, quae is Punicis bellis intercepta et in Graecia seruientia cura sua collecta in pristinum gradum restituerat. † geminarum ea decus imperatoris, a quo simul et deuicti hostes et conser-

4 incolomi L^1A^1 ‖ 6 minutius *A* ‖ 7 equatus LA^1, equitatus A^2 ‖ exer**citu *L* ‖ 8 initio L^1A^1 ‖ 9 exitium A^1 ‖ 10 ob L^1A^1 ‖ 12 magisterio LA^1 ‖ 14 grat*ae A^1 ‖ 15 quamque terentius *LA* ‖ 19 recuperatis A^1, *add.* Ĺ P. restitutus *margo A e Par.* ‖ secutus (*corr. e* secus) *LA* ‖ 20 tamq. L^1A^1 ‖ 23 at (*corr. ex* ac) *L*, Ad A^1 ‖ flamminini de philippo (li *m. 2 s. l.*) *L* ‖ 24 mil ciuium r (*sic*) *LA* ‖ 25 is *L et sic uel* his *dett. omn.*, *om. A Halm* ‖ 27 geminarũ ea decus *LC*, geminũr ea decus (*sed* ũr ea decus *in ras.*) *A*, geminum *uel* geminatum ea re decus *alii dett.*, geminatum ea (*sc.* cura) decus *Halm*, geminum uictoriae decus *Blaum p. 43*, *an* geminarunt ita decus? *cf. Ouid. ex Pont. III 4, 99* ‖ 28 a quo (*corr.*, *ut uid.*, *ex* acuo) *L*, a*quo (e *eras. uid.*) *A*

uati ciues spectaculum patriae praebuerunt. illorum quoque salus dupliciter omnibus accepta fuit, et quia tam multi et quia tam grati exoptatum libertatis statum recuperauerant.

7. Metellus uero Pius pertinaci erga exulem patrem amore tam clarum lacrimis quam alii uictoriis cognomen adsecutus non dubitauit consul pro Q. Calidio praeturae candidato supplicare populo, quod tribunus pl. legem, qua pater eius in ciuitatem restitueretur, tulerat. quin etiam patronum eum domus et familiae suae semper dictitauit. nec hac re de principatu, quem procul dubio obtinebat, quicquam decerpsit, quia non humili, sed grato animo longe inferioris hominis maximo merito eximiam summittebat dignitatem.

8. Nam C. quidem Marii non solum praecipuus, sed etiam praepotens gratae mentis fuit impetus: duas enim Camertium cohortes mira uirtute uim Cimbrorum sustinentis in ipsa acie aduersus condicionem foederis ciuitate donauit. quod quidem factum et uere et egregie excusauit dicendo, inter armorum strepitum uerba se iuris ciuilis exaudire non potuisse. et sane id tempus tunc erat, quo magis defendere quam audire leges oportebat.

9. C. Marii uestigia ubique L. Sulla certamine laudis subsequitur: dictator enim priuato et*iam* Pompeio et caput adaperuit et sella adsurrexit et equo

4 recuperauerant *nos*, recuperauerñt *L*, recuperauer̃ (*i. e.* uerunt) *A Halm* ‖ 5 partem *L*[1] ‖ 6 amore tam (e *in ras.*) *L et* re tam *in ras. A* ‖ uictoris *L*[1]*A*[1] ‖ 8 praeturae *cod. Campens.* (?) *Pighii*, praetore *LA dett.* ‖ supplicare (are *in ras.*) *L* ‖ 9 quã *L*, qua* *A* ‖ 10 *tulerat *L* ‖ 11 nec] ne *LA* 12 optinebat *LA*[2] ‖ 13 decerpsit *in ras. m. 2 A*, arcersit *L*, arcessit *uel* accersiit *dett.*, decessit *E*, abscessit *Lipsius*, *an* abstersit? *Halm* ‖ longe *A* ‖ 14 summittebat** *A* ‖ 16 Iam *A*[2] ‖ Gai quidem Mari *Halm* ‖ 17 set *L*[1] ‖ 19 sustinentes *Par.* ‖ 20 ciuitatĩ *LA*[1] ‖ 25 Mari *Halm* ‖ 26 dictator] *add.* I. P. in censura *margo A e Par.* ‖ enim *dett. omn.*, enim in *LA* ‖ etiam (*mutato uu. ordine* Pomp. etiam priu.) *Pighius*, et *LA* ‖ pompeio** caput *L*

descendit eaque se libenter facere in contione praedicauit, memor ab eo duo de XX annos nato partes suas exercitu paterno adiutas. multa insignia Pompeio, sed nescio an hoc quicquam admirabilius contigerit, quod magnitudine beneficii sui obliuisci Sullam coegit.

10. Sit aliquis in summo splendore etiam sordibus gratis locus. M. Cornuto praetore funus Hirti et Pansae iussu senatus locante qui tunc libitinam exercebant cum rerum suarum usum tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt, quia hi pro re publica dimicantes occiderant, perseuerantique postulatione extuderunt ut exequiarum apparatus sestertio nummo ipsis praebendus addiceretur. quorum laudem † adiecta lege condicio auget magis quam extenuat, quoniam quidem quaestum contempserunt nulli alii rei quam quaestui uiuentes.

Pace cinerum suorum reges gentium exterarum secundum hunc tam contemptum gregem referri se patientur, qui aut non adtingendus aut [non] in ultima parte domesticorum exemplorum conlocandus fuit. sed dum honesti etiam ab infimis istis editi memoria non intercidat, licet separatum locum obtineant, ut nec his adiecti nec illis praelati uideantur.

1 con***|tione (ten *eras. uid.*) *L A* ‖ 2 annis *L A dett.* ‖ 3 multa (*corr. ex* multi) *A* ‖ 4 contegerit $L^1 A^1$ ‖ 5 beneficii (ci *s. l.*) *L* ‖ 8 gratis (r *s. l.*) *L*, gratus A^2 ‖ furius L^1 ‖ hirtio *Par. Halm*, *at u. Cic. Verr. V 45, 120* ‖ 9 libitanam *A*, *add.* I. P. libertinam praestabat *margo A e Par.* ‖ 13 extuderunt *C*, extulerent A^1, extulerunt $L A^2$ ‖ 14 nummū A^2 ‖ praebentib; *L A*, *em. Perizonius* ‖ addiceretur (*prior* d *eras.*) *L*, adduceretur *A* ‖ 15 laude L^1 ‖ adiecta lege $L^1 A$, *quod non recte tuetur Halm em. Val. p. 9*, abiecta lege L^2 *Lipsius*, addicta lucro *Wensky 1884 p. 786*, abiecta (*del.* lege *uoce mihi quoque olim suspecta*) *Maduig II 324*, abiecta cōlegi *probabiliter Blaum in Fleckeis. ann. 1873 p. 116 et Gertz** ‖ auset $L^1 A^1$, ausit L^2 ‖ 16 quidā $L A^1$ ‖ 19 re|ferri (*sed* re *m. 2 extra uersum*) *A* ‖ 20 quia aut A^2 ‖ non *L et m. 2 punctat. A*, non nisi *dett.*, *ego inclusi. cf. Vahlen mus. Rhen. XI p. 592* ‖ 22 infimis istis *nos*, infimis estis *L A*, infimae sortis *Lipsius*, infimis sectis *Heller in Philol. 1869 p. 362*, estis *seclusit Halm*

Ext. 1. Darius priuatae adhuc fortunae amiculo Sylosontis Sami delectatus curio*sio*re contemplatione fecit ut ultro sibi et quidem a cupido daretur. cuius muneris quam grata aestimatio animo eius esset adlapsa regno potitus ostendit: totam namque urbem et insulam Samiorum Sylosonti fruendam tradidit: non enim pretium rei aestimatum, sed occasio libe*rali*tatis honorata est, magisque a quo donum proficisceretur quam ad quem perueniret prouisum.

2. Mitridates quoque rex magnifice gratus apparuit, quoniam pro Leonico, acerrimo salutis suae defensore, a Rhodiis nauali pugna excepto omnes hostium captiuos permutauit satius esse existimans ab inuisissimis circumiri quam bene merito gratiam non referre.

3. Liberalis populus Romanus magnitudine muneris, quod Attalo regi Asiam dono dedit. sed Attalus etiam testamenti aequitate gratus, qui eandem Asiam populo Romano legauit. itaque nec huius munificentia nec illius tam memor beneficii animus tot uerbis laudari potest, quot amplissimae ciuitates uel amice datae uel pie redditae sunt.

4. Ceterum nescio an praecipue Masinissae regis pectus grati animi pignoribus fuerit refertum: beneficio enim Scipionis et persua*su* regni modo liber*al*ius auctus memoriam inclyti muneris ad ultimum uitae finem, longa etiam a dis immortalibus senectute do-

2 sylosontis (*sed extrem.* s *in ras.*) *A* ‖ samide lactatus *L* A^1 ‖ curiore *L* A^1 ‖ 3 *fort.* effecit *Halm* ‖ quidem * cupido (a *eras.*) *A* ‖ 5 petitus $L^1 A^1$ ‖ 7 occisio *A* ‖ libertatis *L* A^1 ‖ 8 ponderata *recte, ni fallor, Gertz p. 281. cf. IIII 4, 9; VII 6, 1* ‖ 11 leonico *L* A^2 *Par.*, lennico? A^1 ‖ 14 circumueniri *recte, ut uid.*, *DE* ‖ 17 qđ (*corr. e* qa) *L* ‖ adtalo A^1 ‖ 20 munificentiã $L^1 A^1$ ‖ benefici L^1 ‖ 21 ciuitati uel *CEF*, ciuitatesuę L^1, ciuitatisuae *A* ‖ 22 amicę $L^1 A^1$, amicitię A^2 ‖ pię L^1 ‖ 23 masinissę (*sed* si *in ras.*) *A* ‖ 24 grati* (a *eras.*) *L A* ‖ fuerat L^1 ‖ 25 persuasu *dett. pauci*, per sua *L* A^1, p*uasi A^2, p. r. (= populi romani) iussu *Perizonius*, *nescio an recte. cf. Liu. XXX 44, 12 et 13* ‖ liberalius *nos cum dett. paucis Torrenii*, liberius *L A*, uberius *F* ‖ 26 actus A^1 ‖ memoria *A* ‖ incliti *Halm* ‖ uitae diem *Stanger*

natus, constantissima fide perduxit, adeo ut eum non solum Africa, sed etiam cunctae gentes scirent amiciorem Corneliae familiae atque urbi Romanae quam sibimet *ipsi* † superesse. ille cum graui Karthaginiensium bello premeretur ac uix tutelae imperii sui sufficeret, tamen Scipioni Aemiliano, quia nepos Africani erat, bonam magnamque partem Numidici exercitus, quam *ad* Lucullum consulem, a quo ad auxilia petenda missus fuerat, in Hispaniam duceret, promptissima mente tradidit praesentique periculo respectum pristini beneficii anteposuit. ille, cum iam aetate deficiente magnas regni opes quattuor et quinquaginta filiorum numero relinquens in lectulo laberetur, M'. Manilium, qui pro consule Africam obtinebat, litteris obsecrauit ut ad se Scipionem Aemilianum sub eo tunc militantem mitteret, feliciorem mortem suam futuram ratus, si in conplexu dexterae eius supremum spiritum ac mandata posuisset. ille aduentum Scipionis fatis suis praecurrentibus haec uxori liberisque praeceperat, unum in terris populum Romanum et unam in populo Romano Scipionis domum nossent, integra omnia Aemiliano reseruarent, eum diuidendi regni arbitrum haberent: quod is statuisset perinde *ac* testamento cautum inmuta-

2 Africae *Novak* ‖ amitiorem *L*, amictiorẽ *A*[1] ‖ 4 ipsi *A*[2], si *LA* ‖ superesse *LA*, *quod idem ratus atq. superstitem esse defend. Torrenius*, semper esse *A*[2], semper fuisse *edd. uett. Halm*, cupere esse *Heller, Philol. 1869 p. 362*, cursum peregisse *Vahlen, in mus. Rhen. XI p. 591*, suisque fuisse *Gertz**, imperasse *Novak* ‖ graui (i *in ras.*) *L*, graue *A*[1] ‖ 6 scipioni (*corr., ut uid., e* nũ) *L* ‖ dẹ aemiliano *L et* de *punctat. A* ‖ 7 africano *Á* ‖ 8 qua (*corr.* quã) lucullum coñs *L et* m *eras. A*, quãe lucullo* coñs *A*[2], quem ad lucullum *margo A*, quam Lucullo consuli *edd. ante Halmium* ‖ 12 *fort.* opes et q. et q. filios *Halm, at u. Eutrop. IIII 11* ‖ 14 laberetur *LA*, *quod recepi coll. Tac. ann. VI, 50, probante postea Halmio in Fleckeis. ann. 1874 p. 404*, dilaberetur *Perizonius coll. V 1 ext. 1 et ed. Halm.*, iaceret, *ut V 7 ext. 1, Madvig II 325* ‖ M'.] m̃ *LA* ‖ pro coñs *LA* ‖ 18 suppremum *LA* ‖ 19 fa*tis *L* ‖ 22 nosse — reseruare *LA*, *quod non recte defend. Foertsch II 24, em. Halm e Par.* ‖ 24 ac *E*, ut *A*[2], *om. LA*[1]

bile ac sanctum optinerent. tot tamque uariis rebus se Masinissa infatigabili pietatis serie ad centesimum extendit annum. his et horum similibus exemplis benificientia generis humani nutritur atque augetur: hae sunt eius faces, hi stimuli, propter quos iuuandi et emerendi cupiditate flagrat. et sane amplissimae et speciosissimae diuitiae sunt feliciter erogatis beneficiis late posse censeri. quorum quoniam religiosum cultum instituimus, nunc neglectum suggillandi gratia, quo sit gratior, referemus.

III. DE INGRATIS.

1. Vrbis nostrae parentem senatus in amplissimo dignitatis gradu ab eo conlocatus in curia lacerauit, nec duxit nefas ei uitam adimere, qui aeternum Romano imperio spiritum ingenerauerat. rude nimirum illud et ferox saeculum, quod conditoris sui cruore foede maculatum ne summa quidem posteritatis dissimulare pietas potest.

2a. Hunc ingrate lapsae mentis errorem consentanea ciuitatis nostrae paenitentia sequitur. uirium Romanarum et incrementum laetissimum et tu*te*la certissima, Furius Camillus, in urbe incolumitatem suam tueri non ualuit, cuius ipse salutem stabilierat, felicitatem auxerat: a L. enim Apuleio tribuno pl. tamquam peculator Veientanae praedae reus factus duris atque, ut ita dicam, ferreis sententiis in exi-

1 scanctum *A* ‖ tot tamq. A^2, totãq: LA^1 ‖ 2 serii L^1, seriae (a *induct.*) *A* ‖ 4 beneficientia A^2 ‖ 5 facies L^1A ‖ 6 *fort.* demerendi *Halm* ‖ flaglat L^1, fraglat A^1 ‖ 8 religioso LA^1 ‖ 9 culto (*corr.* um) institimus *L* ‖ 10 sis gratior *ingeniose Gertz p. 281, an Val. haec neglegentius scribens retulit ad beneficiorum cultum eo iucundiorem hominibus?* ‖ 11 DE INGRATIS *in marg. add. m. 1 L* ‖ 12 parentem] *add.* I. P. romulũ sen: immemor beneficiorum in c. discerpsit *margo A e Par.* ‖ 15 imperii L^1 ‖ 17 fede *A* ‖ 19 ingratę *L*, ingratũ A^2 ‖ 20 penitentia (*prior* t *s. l.*) *L* ‖ 21 tulacetissima L^1 A^1 ‖ 22 incolomitatem LA^1 ‖ 23 salu**tẽ *L* ‖ 25 ueietanae A^1

lium missus est, et quidem eo tempore, quo optimo iuuene filio spoliatus solaciis magis adleuandus quam cladibus onerandus erat. sed inmemor patria tanti uiri maximorum meritorum exequiis filii damnationem patris iunxit. at, inquit, aerario abesse tribunus pl. querebatur xv milia aeris: tanti namque poena finita est. indignam summam, propter quam populus Romanus tali principe careret!

2b. Priore adhuc querella uibrante alia deinceps exurgit. Africanus superior non solum contusam et confractam belli Punici armis rem publicam, sed paene iam exsanguem atque morientem Karthaginis dominam reddidit. cuius clarissima opera iniuriis pensando ciues *uici* ignobilis eum ac desertae paludis accolam fecerunt. eiusque uoluntarii exilii acerbitatem non tacitus ad inferos tulit, sepulcro suo inscribi iubendo 'ingrata patria, ne ossa quidem mea habes'. quid ista aut necessitate indignius aut querella iustius aut ultione moderatius? cineres ei suos negauit, quam in cinerem conlabi passus non fuerat. igitur hanc unam Scipionis uindictam ingrati animi urbs Romana sensit, maiorem me hercule Coriolani uiolentia: ille enim patriam metu pulsauit, hic uerecundia. de qua [re] ne queri quidem — tanta uerae pietatis constantia — nisi post fata sustinuit.

2c. Talia passo, credo, quae fratri eius accidere solacio esse potuerunt. cui rex Antiochus deuictus et

1 et quidem A^2, equidem LA^1 ‖ 2 magnis LA^1 ‖ 3 *onerandus (h *eras.*) *LA* ‖ 5 aerario *L et prima litt. m. 2 et sub* e *paruula rasura A*, *immo* ab aerario *Halm*, *at u. III 2, 16* ‖ tr̃. p̃l. querebantur *A* ‖ 7 pena *A* ‖ 9 quaerella A^1 ‖ 10 superior* *LA* ‖ solã L^1 ‖ 12 exanguem (*sed* s *ascript. s. l.*, *deinde eras.*) *A* ‖ carthaginis (*sic h. l.*) — cuius *in ras. m. 2* *A*, archigines *L* ‖ 14 ciues uici *Pighius*, ciuis (*om.* uici) L^1, uici (*sine* ciues) *in ras. 4 uel 5 litter. A*, ciues (*om.* uici) L^2 *DΓ*, ciuitatis *CEF et margo A* ‖ 15 aceruitatem L^1A^1 ‖ 16 tatitus L^1 ‖ sepulchro LA^1 ‖ 18 aut (*corr. ex* ad) querela *L*, aut quere*la (l *eras.*) *A* ‖ 20 pasus L^1 ‖ 23 uiolentiã L^1A^1 ‖ uerecundiã L^1A^1 ‖ 24 re *LA*, *del. Aldus* ‖ 25 postacta L^1, post fa*ta (c *eras.*) *A* ‖ 26 accedere solatio L^1A^1 ‖ 27 anthiocus *LA*

Asia imperio populi Romani adiecta speciosissimusque triumphus ut peculatus reus fieret et in carcerem duci iuberetur causam praebuit.

2d. Nihilo uirtute posterior Africanus auo minor, sed ne exitu quidem felicior: duabus enim urbibus, Numantia atque Karthagine, imperio Romano inminentibus ex rerum natura depulsis raptorem spiritus domi inuenit, mortis punitorem in foro non repperit.

2e. Quis ignorat tantum laudis Scipionem Nasicam toga quantum armis utrumque Africanum meruisse, qui pestifera Ti. Gracchi manu faucibus conprehensam rem publicam strangulari passus non est? sed is quoque propter iniquissimam uirtutum suarum apud ciues aestimationem sub titulo legationis Pergamum secessit et quod uitae superfuit ibi sine ullo ingratae patriae desiderio peregit.

2f. In eodem nomine uersor necdum Corneliae gentis querellas exhausi: namque P. Lentulus clarissimus et amantissimus rei publicae ciuis, cum in Auentino C. Gracchi nefarios conatus et aciem pia ac forti pugna magnis uulneribus exceptis fugasset, proelii illius, quo leges, pacem libertatemque in suo statu retinuerat, hanc mercedem tulit ne in urbe nostra moreretur: si quidem inuidia et obtrectatione conpulsus legatione *a* senatu libera impetrata habitaque contione, qua a dis inmortalibus petiit ne umquam ad ingratum populum reuerteretur, in Siciliam profectus est ibique perseueranter morando compotem se uoti fecit. quinque igitur deinceps Cornelii totidem sunt notissima ingratae patriae exempla.

4 auo *nos*, aut *LA* ‖ 6 numantiã atq. karthaginẽ $L^1 A^1$ ‖ 8 foro] urbe *Par.* ‖ 11 conprehensam *nos. p. 120, 9*, apprehensam *Pighius*, oppressam LA^1 *Halm*, opprensam A^2, *fort.* apprensam *Halm*, *Maduig II 318*, *at u. ad p. 134, 9* ‖ 12 strangylari *L*, strangilari *A* ‖ 14 his *L* ‖ 16 pergit A^1 ‖ 18 quere*las (la *m. 2*) *A* ‖ exausi A^1 ‖ pr*lentulus (*prior* l *ex* d *corr.*) *L* ‖ 19 *litt.* et amantiss *om.* *L* ‖ 20 aduentuno $L A^1$, aduentino A^2 ‖ nefarios] *add.* conpressisset *Gertz** ‖ 24 inuidię et L^1 ‖ 25 a *om.* $L^1 A$ ‖ sanatum A^1, sane tum A^2 ‖ 27 populum] p. R. *Par.* ‖ 29 deinceps *Halm*, deinde *LA*

2g. Atque horum quidem secessus uoluntari: Ahala uero, cum magister equitum Sp. Maelium regnum adfectantem occidisset, custoditae libertatis ciuium exilio suo poenas pependit.

3. Ceterum ut senatus populique mens in modum subitae tempestatis concitata leni querella prosequenda est, ita singulorum ingrata facta liberiore *in*dignatione proscindenda sunt, quia potentes consilii, cum utrumque ratione perpendere liceret, scelus pie*t*ati praetulerunt: quo enim nimbo, qua porcella uerborum impium Sextili caput obrui meretur, quod C. Caesarem, a quo cum studiose tum etiam feliciter grauissimi criminis reus defensus fuerat, Cinnanae proscriptionis tempore profugum, praesidium suum in fundo Tarquiniensi cladis condicione inplorare, beneficii iure repetere coactum, a sacris perfidae mensae et altaribus nefandorum penatium auulsum truculento uictori iugulandum tradere non exhorruit? finge accusatorem eius fortuna publica in supplicis nomen conuersum tam luctuosam illam opem genibus adnixum orasse, crudeliter tamen repulsus uideretur, quia etiam quos iniuriae inuisos faciunt, gratiosos miseriae reddunt. uerum Sextilius non accusatorem, sed patronum saeuissimae inimici uiolentiae suis manibus obiecit, si metu mortis, uita indignus, si praemii spe, dignissimus morte.

4. Sed ut ad alium consentaneum huic ingrati animi actum transgrediar, M. Cicero C. Popilium Laenatem Picenae regionis rogatu M. Caeli non mi-

1 uoluntaria hala LA^1, uoluntarii hala A^2 || 2 magistrum aequitū spuriū meliū *LA, em. Ascensius* || 3 custodiae liberatisque *L et* q. *eras., ut uid.,* A^1 || 6 querella *L,* querela A^2 || 7 ita (i *in ras.*) *L,* ista A^1 || 8 dignatione LA^1 || 9 perpenderet (et *in ras.*) *L* || 11 mereretur L^1 || 14 praesiduum A^1 || 16 iura A^2 || perfidiae *LA* || 17 nefrandorū *L* || 18 exhoruit L^1 || 19 eius — 23 Sextilius *om., sed supplet m. 1 in infimo mrg. L* || suppliciis L^1A || 20 tam̃ *A* || illum A^2 *Gertz p. 281,* illam (*sc. praesidii opem*) LA^1 || 21 annixum *L,* adfixum *coni. Torrenius* || 22 quia etiam (*corr. m. 2 e* quietam) *A* || 25 si (*corr. ex* se) *L* || praemiis L^1A^1 || 29 picentis *margo A e Par.*

nore cura quam eloquentia defendit eumque causa admodum dubia fluctuantem saluum ad penates suos remisit. hic Popilius postea nec re nec uerbo a Cicerone laesus ultro M. Antonium rogauit ut ad illum proscriptum persequendum et iugulandum mitteretur, impetratisque detestabilis ministerii partibus gaudio exultans Caietam cucurrit et uirum, mitto quod amplissimae dignitatis, certe † salubritate studio praestantis officii priuatim sibi uenerandum, iugulum praebere iussit ac protinus caput Romanae eloquentiae et pacis clarissimam dexteram per summum et securum otium amputauit eaque sarcina tamquam opimis spoliis alacer in urbem reuersus est: neque enim scelestum portanti onus succurrit illud se caput ferre, quod pro capite eius quondam perorauerat. inualidae ad hoc monstrum suggillandum litterae, quoniam qui talem Ciceronis casum satis digne deplorare possit, alius Cicero non extat.

5. Quo te nunc modo, Magne Pompei, attingam nescio: nam et amplitudinem fortunae tuae, quae quondam omnes terras et omnia maria fulgore suo occupauerat, intueor et ruinam eius maiorem esse quam ut manu mea adtemptari debeat memini. sed tamen nobis quoque tacentibus Cn. Carbonis, a quo admodum adulescens de paternis bonis in foro dimicans protectus es, iussu tuo interempti mors animis hominum non sine aliqua reprehensione obuersabitur, quia tam ingrato facto plus L. Sullae uiribus quam propriae indulsisti uerecundiae.

Ext. 1. Ac ne nostra confessis alienigenae urbes insultent, Karthaginienses Hannibalem, qui pro illo-

1 loquentia L^1A^1 ‖ 3 pupilius *A* ‖ 8 salubritate *L*, salubritatis (*sed* s *m. 2 add.*) *A*, salubri studio *Fabricius*, salutaris studi, praestantis off. *Maduig II 325*, *at u. Halm in Fleckeis. ann. 1874 p. 408*, *qui* salutari salutis studio *coni.*, salubritate tanti praestiti off. *Novak*, *Listy XI*, *4*, salubri (*uel* salutari) studio praestantis off. *nos* ‖ 12 eaq̃ *L*, eaquae A^1 ‖ 14 caput L^1A, capiti L^2 ‖ 16 suggillandae *L*, suggillande *A* ‖ 17 digne (e *in ras.*) *A* ‖ 27 obseruabitur A^1 ‖ 28 sillae *A* ‖ 29 indulsisti * uerecondiae A^1

rum incolumitate et uictoria tot imperatores totque exercitus nostros trucidauerat, quot gregarios milites hostium si occidisset magnae gloriae foret, conspectu suo summouere *in* animum induxerunt.

2. Neminem Lycurgo aut maiorem aut utiliorem uirum Lacedaemon genuit, utpote cui Apollo Pythius oraculum petenti respondisse fertur nescire se utrum illum hominum an deorum numero adgregaret. huic tamen neque uitae summa sinceritas neque constantissimus erga patriam amor neque leges salutariter excogitatae auxilio esse potuerunt quo minus infestos ciues experiretur: saepe enim lapidibus petitus, aliquando foro eiectus, oculo etiam priuatus, ad ultimum ipsa patria pulsus est. quid aliae faciant urbes, ubi etiam illa, quae constantiae et moderationis et grauitatis eximiam sibi laudem uindicat, tam ingrata aduersus tam bene meritum extitit?

3. Detrahe Atheniensibus Thesea, nullae aut non tam clarae Athenae erunt, si quidem ille uicatim dispersos ciues suos in [suam] unam urbem contraxit, separatimque et agresti more uiuenti populo amplissimae ciuitatis formam atque imaginem inposuit. idem saeua potentissimi regis Minois imperia uixdum aetate pubescente reppulit: idem effrenatam Thebarum insolentiam domuit: idem opem liberis Herculis tulit et quidquid ubique monstri aut sceleris fuit

1 incolomitatę L^1, incolomitate L^2A^1 ‖ 3 si *om.* *L* ‖ a consp. *Par. Halm coll. II 7, 2; VI 2 11, at u. N. Q. p. 13; Blaum p. 19* ‖ 4 in animum *nos e Par., ut IIII 2, 5; V, 9, 4;* animum (*om.* in) *LA Halm* ‖ duxerunt A^1 ‖ 5 lygurgo *L*, lycurgo (*litt.* cur *in ras.*) *A* ‖ 6 lacedemoni *L et* i *punctat.* *A* ‖ pitius L^1A^1, pithius L^2A^2 ‖ 7 feratur *recte, ut uid., Gertz p. 282* ‖ 8 illud *A* ‖ 9 summę *LA* ‖ 13 foro eiectus, oculo *nos*, furore eiectus publico *L et in marg. add. m. 2* oculo *A*, foro eiectus furore publico *Torrenius. cf. Par.* ‖ 16 uindicatam ingrata LA^1, uindicabat tam *margo* *L* ‖ 18 det*rahe *L* ‖ 19 clarę *in ras.* *A*, darę L^1 ‖ **uicatim *L*, leuicatim A^1 ‖ 20 in unam *edd. uett.*, in suam unam *LA* ‖ 21 separatimque *dett. pleriq.*, separtimque L^1, passim**q. (*litt.* passim *in ras. m. 2, non m. 3*) *A*, sparsimque *Novak* ‖ 26 quicquid *LA*

uirtute animi ac robore dexterae comminuit. huius tamen summoti ab Atheniensibus Scyros, exule minor insula, ossa mortui cepit.

Iam Solon, qui tam praeclaras tamque utiles Atheniensibus leges tulit, ut, si his perpetuo uti uoluissent, sempiternum habituri fuerint imperium, qui Salaminam uelut hostilem arcem ex propinquo saluti eorum inminentem recuperauit, qui Pisistrati tyrannidem primus uidit orientem, solus armis opprimi debere palam dictitare *est* ausus, senectutem Cypri profugus exegit, neque ei in patria, *de* qua optime meruerat, humari contigit.

Bene egissent Athenienses cum Miltiade, si eum post CCC milia Persarum Marathone deuicta in exilium protinus misissent ac non in carcere et uinculis mori coegissent. at, puto, hactenus saeuire aduersus optime meritum abunde duxerunt. immo ne corpus quidem eius sic expirare coacti sepulturae prius mandari passi sunt quam Cimo filius eius eisdem se uinculis constringendum traderet. hanc hereditatem paternam maximi ducis filius et futurus ipse aetatis suae dux maximus solam se creuisse, catenas et carcerem, gloriari potuit.

Aristides etiam, quo totius Graeciae iustitia censetur, continentiae quoque eximium specimen, patria iussus excedere est. felices Athenas, quae post illius exilium inuenire aliquem aut uirum bonum aut amantem sui ciuem potuerunt, cum quo tunc ipsa sanctitas migrauit!

1 animi *in ras. A*, amici L^1 ‖ 2 cyros L^1, cypros L^2 ‖ exulẽ *L*, exule* *A* ‖ 3 coepit LA^1, texit *Par.* ‖ 7 Salamina *uett. dett. ut VIII 14 ext. 1* ‖ 8 pysistrati A^2 ‖ 10 dicititare (i *post* c *eras. et post* t *m. 2 corr.*) *L*, dicitare A^1 ‖ est *om.* L^1A, *post* ausus *supplent edd. uett., ante h. u. Halm* ‖ 11 de *dett. omn., om. AL* ‖ 13 bene (*sed* ne *m. 2 add.*) *A* ‖ 14 maratone *L* ‖ 16 at *Perizonius*, ut *LA* ‖ actenus A^1 ‖ 17 nec A^1 ‖ 19 Cimo *marg. A et Par.*, cymon *L*, cim̃ *A*, Cimon *Halm, at cf. V 4 ext. 2* ‖ eius** *A*, eiusdem *L* ‖ 22 catenas et carcerem *delend. cens. Heller in Philol. 1869 p. 363* ‖ 24 sub quo *Par.* ‖ iustitiae LA^1

Themistocles eorum, qui ingratam patriam experti sunt, celeberrimum exemplum, cum illam incolumem, claram, opulentam, principem Graeciae reddidisset, eo usque sensit inimicam, ut ad Xerxis, quem paulo ante destruxerat, non debitam sibi misericordiam perfugere necesse haberet.

Phocion uero his dotibus, quae ad pariendum homin*um amor*em potentissimae iudicantur, clementia et liber*ali*tate instructissimus tantum non in eculeum ab Atheniensibus inpositus est. certe post obitum nullam Atticae regionis, quae ossibus eius iniceretur, glebulam inuenit, iussus extra fines proici, intra quos optimus ciuis uixerat.

Quid abest igitur, quin publica dementia sit existimanda summo consensu maximas uirtutes quasi grauissima delicta punire beneficiaque iniuriis rependere? quod cum ubique tum praecipue Athenis intolerabile uideri debet, in qua urbe aduersus ingratos actio constituta est, et recte, quia dandi et accipiendi beneficii commercium, sine quo uix uita hominum † experet tollit quisquis bene merito parem referre gratiam neglegit. quantam ergo reprehensionem me-

2 com L^1 ‖ illam incolomem *L*, ille columen A^2, *ut nos* A^1 ‖ 4 ad xerxis LA^2, arxerxis A^1, ad Artaxerxis *Halm cum Thucydide et Nepote, at u. VIII 7 ext. 15, habetq. h. l.* ad xerxen *Par. cf. Blaum p. 43* ‖ 6 perfugere — plocion (*sic*) uero *in ras. m. 2 A* ‖ 8 hominum amorem *nos*, amorem hominum *Torrenius*, hominem *LA*, *quod defend. Foertsch I 20* ‖ potentissimi A^2 ‖ clementiet L^1 ‖ 9 liberalitate *margo A*, libertate *LA* ‖ tantum non *Par.*, non tantum *LA* ‖ in aeculeum *Par. cf. IIII 6, 3; V 1 ext. 1,* in eculeo *A et* e *ante* o *s. l. L*, *malim igitur deleto* in *leg.* eculeo, *ut III 3 ext. 2; VI 8, 1; VIII 14 ext. 5. cf. ed. meam mai. p. 417* ‖ 12 gebulam L^1A, glebula *margo A* ‖ 13 optimos L^1 ‖ ciues L^1A^1 ‖ 14 habest L^1 ‖ 20 sine quod *L* ‖ uix ita *C et supra* xi *add. m. 3* ui (*ut esset* sine quod uix uita) *L*, uix̄ (*sed lineola supr.* x *eras.*) uita *A*, uix⟨uitalis⟩uita *ex mea coni. Halm* ‖ hominū exper&tulit (*corr.* expertē tollit) *L*, hominū extaret tollit (*sed* extar *in ras.*) *A*, hominum expers tollit *C*, hominum extat *uel* perdit *alii dett.*, hominum esset *Halm*, hominem iuuet, tollit *Foertsch III 18*, *an* hominum ex⟨tare⟩ potest, tollit? ‖ 21 quisque *LA*, *em. in dett.*

rentur qui, cum aequissima iura, sed iniquissima ingenia haberent, moribus suis quam legibus uti maluerunt? quod si qua prouidentia deorum effici posset ut excellentissimi uiri, quorum modo casus retuli, legem ingratorum uindicem retinentes patriam suam in ius ad aliam ciuitatem pertraherent, nonne ingeniosum et garrulum populum mutum atque elinguem hac postulatione reddidissent? 'Discordes foci tui pagisque diuidua tuguria Graeciae facta sunt columen: lucet Marathon Persicis tropaeis: Salamis et Artemisium Xerxis naufragia numerantur: praeualidis manibus exhausta moenia pulchrioribus operibus consurgunt. harum rerum auctores ubi uixerunt? ubi iacent? responde! nempe Thesea paruulo in scopulo sepeliri et Miltiadem in carcere mori et Cimona paternas induere catenas et Themistoclea uictorem uicti hostis genua conplecti Solonemque cum Aristide et Phocione penates suos ingrata fugere coegisti, cum interim cineribus nostris foede ac miserabiliter dispersis Oedipodis [ossa], caede patris, nuptiis matris contaminati, inter ipsum Arium pagum, diuini atque humani certaminis uenerabile domicilium, et excelsam praesidis Mineruae arcem honore arae decoratos sacro sanctiores colis. adeo

4 rettuli *Halm* ‖ 6 perthraherent *L* ‖ 7 metũ L^1A^1 ‖ 9 paucisq: (*et in mrg. add.* paris) *L*, pacisq. *A*, *em. Lipsius* ‖ graecia∗ *A* ‖ 10 Salamis *margo L et edd. uett.*, salamin L^1 *AC*, salamina L^2, salaminia *dett.* ‖ 11 artemiseum L^1 ‖ 12 exausta *L*, exhausta A^1, exusta, *quod uerum uid.*, A^2 ‖ 13 uixerint *A et* n *s. l. L* ‖ 15 milciadem *A* ‖ 16 cimonas L^1A^1 ‖ temistoclea *LA* ‖ 17 amplecti *Stanger* ‖ 19 nostri L^1 ‖ fede A^2 ‖ 20 ossa *sine uncis Halm, inclusi cum Hellero in Philol. 1869 p. 363, quem in reliquis secuti sumus, nisi quod ille* contaminatos *scripsit, nos* contaminati. *cf. Fleckeis. ann. 1886 p. 50* ‖ coede *L* ‖ 21 contaminata *LA Halm* ‖ arrium L^1, a∗rio L^2 ‖ 23 excelsis praesidiis *LA*, *em. Mitallerius. cf. Liu. XLV 28, 1 et XXXI 30, 9* ‖ 24 decoratos sacrosanctiores *LA*, *sed post* ti *eras.* h *in L*, decorata ut ossa sacrosancti herois *e coni. Reifferscheid in mus. Rhen. 1860 p. 484 Halm*, decorata sacro sanctiore *Maduig II 325 probante Halmio in Fleckeis. ann. 1874 p. 402, licentius* decoratos domesticis sacris sanctius colis *W. Boehme ibid. 1886 p. 799* ‖ colles LA^1

tibi aliena mala tuis bonis gratiora sunt. lege itaque legem, quae te iure iurando obstrictam tenet, et quia bene meritis debita reddere praemia noluisti, laesis iusta piacula exsolue'. tacent mutae illorum umbrae, fati necessitate constrictae: at, inmemores beneficiorum Athenae, reprehensionis lingua sermone licenti soluta non tacet.

IIII. Sed omittamus ingratos et potius de piis loquamur: aliquanto enim satius est fauorabili quam inuisae rei uacare. uenite igitur in manus nostras, prospera parentium uota, felicibus auspiciis propagatae suboles, quae efficitis ut et genuisse iuuet et generare libeat.

DE PIETATE ERGA PARENTES ET FRATRES ET PATRIAM.

1. Coriolanus maximi uir animi et altissimi consilii optimeque de re publica meritus iniquissimae damnationis ruina prostratus ad Volscos infestos tunc Romanis confugit. magno ubique pretio uirtus aestimatur. itaque, quo latebras quaesitum uenerat, ibi breui summum est adeptus imperium, euenitque ut quem pro se salutarem imperatorem ciues habere noluerant, paene pestiferum aduersus se ducem experirentur: frequenter enim fusis exercitibus nostris uictoriarum suarum gradibus aditum iuxta moenia urbis Volsco militi struxit. quapropter fastidiosus ille in aestimandis bonis suis populus, qui reo non pepercerat, exuli coactus est supplicare. missi ad eum

2 obstrictam (a *corr.*) *L*, *obstrictum *A*¹ ‖ 4 exsolues* (*extr.* s *in ras.*) *L*, exsolue* (t *eras. uid.*) *A* ‖ 6 rep̃hensionis *cod. Perizonii*, *quod probant Gelbke p. 33, Heller l. c., Gertz p. 282*, rep̃hensione *LA*, reprehensionem *Halm* ‖ 7 tacent (*et s. l.* ñ carent) *A*² ‖ 9 fauorabili quam (*prior* i *in ras.*) *L*, fauor ab aliquã *A*¹ ‖ 11 parent*um (i *eras.*) *L* ‖ 12 effi*citis *L* ‖ 14 *et* 15 ET *bis om. Par.* ‖ 18 uolcos *L*¹*A*¹ ‖ 19 confuit *A*¹ ‖ 20 quo* (d *eras. uid.*) *LA* ‖ 21 breuissimum *LA* ‖ 24 exertitibus *L*¹ ‖ 26 sruxit *L*¹*A*¹ ‖ 27 suis] uiris *Wensky 1884 p. 786, quod uerum uid.*

deprecandum legati nihil profecerunt: missi deinde sacerdotes cum infulis aeque sine effectu redierunt. stupebat senatus, trepidabat populus, uiri pariter ac mulieres exitium imminens lamentabantur. tunc Veturia Coriolani mater Volumniam uxorem eius et liberos secum trahens castra Volscorum petiit. quam ubi filius aspexit, 'expugnasti' inquit 'et uicisti iram meam, patria, precibus huius admotis, cuius utero quamuis merito mihi inuisam dono', continuoque agrum Romanum hostilibus armis liberauit. ergo pectus dolore acceptae iniuriae, spe potiendae uictoriae, uerecundia detrectandi ministerii, metu mortis refertum, totum sibi pietas uacuefecit, uniusque parentis aspectus bellum atrox salutari pace mutauit.

2. Eadem pietas uiribus suis inflammatum Africanum superiorem uixdum annos pubertatis ingressum ad opem patri in acie ferendam uirili robore armauit: consulem enim eum apud Ticinum flumen aduersis auspiciis cum Hannibale pugnantem, grauiter saucium intercessu suo seruauit, neque illum aut aetatis infirmitas aut militiae tirocinium aut infelicis proelii etiam ueterano bellatori pertimescendus exitus interpellare ualuit, quo minus duplici gloria conspicuus coronam imperatore simul et patre ex ipsa morte rapto mereretur.

2 com L^1 ‖ 3 senatus *om.* L^1, *s. l. add.* L^2 ‖ 4 lamtabantur (m̃ *m. 1? s. l.*) *L* ‖ 5 coriolani (rio *in ras. m. 2*) *L* ‖ mater *L*, *om.* *AC*, *ante* Coriol. *DΓ*, *delend. cens. Foertsch I 22 coll. VI 7, 1* ‖ 6 uolcorum (*cum ras. spr.* or) *L* ‖ 8 utero] *add.* te *margo A* ‖ 12 uerecondiã *L*, uerecundiam A^1 ‖ detractandi LA^1 ‖ 13 uacuaefecit A^1 ‖ uniusq: (q: *in ras.*) *A*, uniuscuiusque (cuius *linea subduct.*) *L* ‖ 16 pubertatis ingressum *Aldus*, puerilitatis ingressum *LA*, pubertatis *m. 3 margo L*, puerilitatis egressum *duo codd. Pighii, Halm, qui debebat saltem* puerilis aetatis *scribere. cf. VI 1 init.; VIIII 3 ext. 2; at u. Liu. XXI 46, 7* (tum primum pubescentis); *Polyb. X 3, 4;* I. P. cũ adhuc p̃textatus esset *margo A e Par.* ‖ 17 aciem L^1A^1 ‖ 18 flum̃ (*sic*) *A*, fluuium *margo L Par.* ‖ 19 hannibalẽ L^1A^1 ‖ 20 intercessu (su *s. l.*) *L*, intercursu *Liu. l. c.*, *nescio an sic h. quoq. l. scribend.* ‖ 21 tiroticiniũ (*sed* tici *s. l. add.*) *L*

3. Auribus ista tam praeclara exempla Romana ciuitas accepit, illa uidit oculis. L. Manlio Torquato diem ad populum Pomponius tribunus pl. dixerat, quod occasione bene *con*ficiendi belli inductus legitimum optinendi imperii tempus excessisset quodque filium optimae indolis iuuenem rustico opere grauatum publicis usibus subtraheret. id postquam Manlius adulescens cognouit, protinus urbem petiit et se in Pomponii domum prima luce direxit. qui existimans in hoc eum uenisse, ut patris crimina, a quo plus iusto aspere tractabatur, deferret, excedere omnes iussit cubiculo, quo licentius remotis arbitris indicium perageret. nactus occasionem opportunam proposito suo iuuenis gladium, quem tectum adtulerat, destrinxit tribunumque minis ac terrore conpulsum iurare coegit a patris eius accusatione recessurum, eoque effectum est ne Torquatus causam diceret. commendabilis est pietas, quae mansuetis parentibus praestatur. sed Manlius, quo horridiorem patrem habuit, hoc periculo eius laudabilius subuenit, quia ad eum diligendum praeter naturalem amorem nullo indulgentiae blandimento inuitatus fuerat.

4. Hanc pietatem aemulatus M. Cotta eo ipso die, quo togam uirilem sumpsit, protinus ut a Capitolio descendit, Cn. Carbonem, a quo pater eius damnatus fuerat, postulauit peractumque reum iudicio adflixit, et ingenium et adulescentiam praeclaro opere auspicatus.

5. Apud C. quoque Flaminium auctoritas patria aeque potens fuit: nam cum tribunus pl. legem de Gallico agro uiritim diuidendo inuito et repugnante

2 manlio *Par.*, manilio *h. l. et infra LA* ‖ 4 occasionẽ (˜ *eras.*) *L*, occasiones A^1 ‖ c̃fiendi *nos e coni. Pighii*, ficiendi L^1A, faciendi L^2A^2, finiendi *cod. Gemblacens. Pighii* ‖ 8 petit *LA* ‖ 13 oportunam L^2 ‖ 14 tectus A^1, *et, ut uid.*, L^1, tectũ secum *Blaum p. 45* ‖ 15 distrinxit LA^1 ‖ minus A^1 ‖ 16 decessurum *Par.* ‖ 18 mansuetus L^1 ‖ 20 qui ad A^1 ‖ 24 e capitolio *Par. et dett. pleriq.* ‖ 26 peractumque *cod. Campens.*, *Par.*, pertractumq. *LA. cf. VI 2, 4; VIIII 11, 3* ‖ 31 repugnante (*litt.* nte *in ras.*) *A*, repugnando *L*

senatu promulgasset, precibus minisque eius acerrime resistens ac ne exercitu quidem aduersum se conscripto, si in eadem sententia perseueraret, absterritus, postquam pro rostris ei legem iam referenti pater manum iniecit, priuato fractus imperio descendit e rostris, ne minimo quidem murmure destitutae contionis reprehensus.

6. Magna sunt haec uirilis pietatis opera, sed nescio an his omnibus ualentius et animosius Claudiae Vestalis uirginis factum. quae, cum patrem suum triumphantem e curru uiolenta tribuni *pl.* manu *detrahi* animaduertisset, mira celeritate utrisque se interponendo amplissimam potestatem inimicitiis accensam depulit. igitur alterum triumphum pater in Capitolium, alterum filia in aedem Vestae duxit, nec discerni potuit utri plus laudis tribueretur, cui uictoria an cui pietas comes aderat.

7. Ignoscite, uetustissimi foci, ueniamque aeterni date ignes, si a uestro sacratissimo templo ad necessarium magis quam speciosum urbis locum contextus operis nostri progressus fuerit: nulla enim acerbitate fortunae, nullis sordibus pretium carae pietatis euilescit, quin etiam eo certius quo miserius experimentum habet. Sanguinis ingenui mulierem praetor apud tribunal suum capitali crimine damnatam triumuiro in carcere necandam tradidit. quo receptam is, qui custodiae praeerat, misericordia motus non

3 perseuerare LA^1 ‖ 4 legem LA, *an* de lege? ‖ referenti (re *punctat.*) L, *fort.* ferenti *uel cum Torrenio* perferenti *Halm* ‖ 5 pater manum iniecit *margo* L *dett.*, paterno numini eiecit LA^1, paternũ numen obiecit A^2, l' nomen *margo* A ‖ 9 an (*corr. ex* ad) LA ‖ claudiae (i *s. l.*) L ‖ 11 pl. A^2 *e Par. Halm*, *om.* LA^1 ‖ 12 detrahi A^2 *e Par.*, *om.* LA^1, trahi *dett. multi* ‖ animaduertisse LA^1 ‖ utrisq. A^2 *et dett.*, utriusq. LA^1, utriq. D, *quod praefert Halm*, *at u. VI 5 ext. 3 et VII 3 ext. 5*, *ubi tamen bis* utriq. *Par.* ‖ 15 uestam L A^1 ‖ 16 discerna L^1 ‖ 18 uetissimi L^1 ‖ ueniã quae L^1A^1 ‖ 19 ignes (e *s. l*) L, ignis A^1 ‖ 21 aceruitate L^1A^1 ‖ 23 eulescit L^1 ‖ 24 inge*nui (e *in ras.*) L ‖ 25 crimina dampnatam A^1 ‖ 26 carcere $E\Gamma$, carcerẽ LA ‖ recepta A^2

protinus strangulauit: aditum quoque ad eam filiae, sed diligenter excussae, ne quid cibi inferret, dedit existimans futurum ut inedia consumeretur. cum autem plures iam dies intercederent, secum ipse quaerens quidnam esset quo tam diu sustentaretur, curiosius obseruata filia animaduertit illam exerto ubere famem matris lactis sui subsidio lenientem. quae tam admirabilis spectaculi nouitas ab ipso ad triumuirum, a triumuiro ad praetorem, a praetore ad consilium iudicum perlata remissionem poenae mulieri impetrauit. quo non penetrat aut quid non excogitat pietas, quae in carcere seruandae genetricis nouam rationem inuenit? quid enim tam inusitatum, quid tam inauditum quam matrem uberibus natae alitam? putarit aliquis hoc contra rerum naturam factum, nisi diligere parentis prima naturae lex esset.

Ext. 1. Idem praedicatum de pietate Perus existimetur, quae patrem suum Mycona consi*mi*li fortuna adfectum parique custodiae traditum iam ultimae senectutis uelut infantem pectori suo admotum aluit. haerent ac stupent hominum oculi, cum huius facti pictam imaginem uident, casusque antiqui condicionem praesentis spectaculi admiratione renouant, in illis mutis membrorum liniamentis uiua ac spirantia corpora intueri credentes. quod necesse est animo quoque euenire, aliquanto efficaciore pictura litterarum uetera pro recentibus admonito recordari.

1 strangilauit $L^1 A$ ‖ 2 excusae L^1 ‖ inferre $L^1 A^1$ ‖ 3 inedia (e *corr.*) *L*, inaedia A^1 ‖ 5 quo $L A^1$, quod $A^2 CEF$ ‖ 10 concilium *margo A* ‖ 13 inuisitatum *mauult Halm, at u. N. Q. p. 25* ‖ 15 putaret A^2 ‖ 16 naturae lexisset $L^1 A^1$, natura elexisset L^2, *ut nos m. 3 margo L* ‖ 17 perus *dett. pauci*, rius L^1 *et s. l. m. 2 add.* pero *A*, prius L^2, I. P. ita: Pero fratrẽ maiorẽ in carcerẽ ĉiectũ ultimę s. uelut infantẽ lacte suo aluit *margo A e Par.* ‖ 18 Mycona *Muncker ad Hygin. fab. 254*, cimona *LA* ‖ consimili *dett. mei omn.*, consili $L^1 A^1$, consilio A^2 ‖ 21 aliuit A^1, alui*t *Par.* ‖ 22 *fort.* cognitionem *Perizonius* ‖ 23 praesenti spectaculi admirationẽ $L^1 A$, *an* casusq. antiqui [condicionem] praesenti spectaculo admirationem? ‖ 26 efficaciora A^1 ‖ 27 procedentib; $L A^1$ ‖ admonitos *A*, *ut nos L et Lipsius*

2. Ne *te* quidem, Cimo, silentio inuoluam, qui patri tuo sepulturam uoluntariis uinculis emere non dubitasti: nam etsi maximo tibi postea et ciui et duci euadere contigit, plus tamen aliquanto laudis in carcere quam in curia adsecutus es: ceterae enim uirtutes admirationis tantum modo multum, pietas uero etiam amoris plurimum meretur.

3. Vos quoque, fratres, memoria conplectar, quorum animus origine fuit nobilior, siquidem admodum humiles in Hispania nati pro parentium alimentis spiritum erogando specioso exitu uitae inclaruistis: XII enim milia nummum, quae post mortem uestram his darentur, a Paciaecis pacti, ut eorum patris interfectorem Etpastum gentis suae tyrannum occideretis, nec ausi solum insigne facinus estis, sed etiam strenuo ac forti exitu clausistis: isdem enim manibus Paciaecis ultionem, Etpasto poenam, genitoribus nutrimenta, uobis gloriosa fata peperistis. itaque tumulis etiam nunc uiuitis, quia parentium senectutem tueri quam uestram expectare satius esse duxistis.

4. Notiora sunt fratrum paria Cleobis et Biton, Amphinomus et Anapias, illi, quod ad sacra Iunonis peragenda matrem uexerint, hi, quod patrem et matrem umeris per medios ignes portarint, sed neutris pro spiritu parentium expirare propositum fuit.

5. Nec ego Argiuam detrecto laudem aut Aetnaei

1 te *om.* L^1A^1 ‖ 5 es (*corr. ex* et) LA ‖ 10 parentum (*sed uno h. l. excepto inde a V libro semper* parentium) LA ‖ 13 his LA, iis *Halm* ‖ a] *add.* filiis *s. l.* A^2 ‖ pactũ LA^1 ‖ 14 ecpastum Γ, epastum *dett. mei* ‖ 15 insignem L^1A ‖ 16 **isdem L, Hisdem A^1, iisdem A^2 ‖ 17 paciaetis L ‖ etpasti LA, ecpasto Γ ‖ 18 facta L^1A^1 ‖ 19 etiam num A^2 ‖ 20 spectare A^1 ‖ 22 patria L^1A^1 ‖ cleobus A^1 ‖ et obiton amph. L, et obito Namphinomus (*sic*) A^1C, et bito *est etiam in Par.* ‖ 23 Anapias *nos*, anaphas LA *dett. mei omn.*, Ἀναπίας *est ap. Strab. VI 2 p. 269 et Conon narr. 43 ap. Phot. p. 139 Bekk.*, anapius *Par. Halm*, *et sic uel* anaphius *codd. Solin. V 15 p. 56 ed. Momms.* ‖ 24 matrem] *add.* collo *Par.* ‖ 25 umeris L *Par.*, humeris A ‖ ignes] *add.* I. P. aethnę *margo A e Par.* ‖ 27 detracto A^1 *et, ut uid.*, L^1 ‖ actnei LA^1, aethnei A^2

montis gloriam minuo, uerum obscuriori propter ignorantiam pietati notitiae lumen admoueo, sicut Scythis libenter pietatis testimonium reddo: Dareo enim totis regni sui uiribus in eorum regionibus subinde impetum facienti paulatim cedentes ad ultimas iam solitudines peruenerant. interrogati deinde ab eo per legatos quem finem fugiendi aut quod initium pugnandi facturi essent, responderunt se nec urbes ullas nec agros cultos, pro quibus dimicarent, habere: ceterum, cum ad parentium suorum monumenta uenisset, sciturum quemadmodum Scythae proeliari solerent. quo quidem uno tam pio dicto inmanis et barbara gens ab omni se feritatis crimine redemit. prima igitur et optima rerum natura pietatis est magistra, quae nullo uocis ministerio, nullo usu litterarum indigens propriis ac tacitis uiribus caritatem parentium liberorum pectoribus infundit. quid ergo doctrina proficit? ut politiora scilicet, non ut meliora fiant ingenia, quoniam quidem solida uirtus nascitur magis quam fingitur: 6. quis enim plaustris uagos et siluarum latebris corpora sua tegentes in modumque ferarum laniatu pecudum uiuentes sic Dario respondere docuit? illa nimirum, quae etiam Croesi filium loquendi usu defectum ad protegendam patris incolumitatem ministerio uocis instruxit: captis enim a Cyro Sardibus, cum unus e numero Persarum ignarus uiri *in* caedem eius concitato impetu ferretur, uelut oblitus quid sibi fortuna nascenti denegasset, ne Croesum regem occideret proclamando paene iam inpressum iugulo mucronem reuocauit.

1 gloriam inuo L^1A^1 ‖ 3 scytis L^1A, scitis L^2 ‖ 4 regiones *Pighius* ‖ 5 ultimas iam solitudines A^2. *cf. Gertz p. 282.* ultimũ asiam solitudinis LA^1, ultimas asiae solitudines $D\Gamma$, ultimum iam solitudinis *Perizonius*, *Halm* ‖ 10 perentium L^1, parentum s. monimenta *Par.* ‖ 11 uenisset *Par.*, uenissent LA ‖ 12 dictu LA^1 ‖ 13 omnis efferitatis (*sic*) A^1 *et prior* f *eras.* L ‖ discrimine A^2 ‖ 17 petoribus L^1 ‖ 20 magnis A^1 ‖ plaustris *L et dett. pauci*, palustris A ‖ 23 renpondere L^1 ‖ 24 prote*gendă L ‖ 25 incolomitatem LA^1 ‖ 26 unus (s *m. 2 s. l.*) L, unum A^1 ‖ 27 in *om.* L^1A^1 ‖ concitatio L^1

ita, qui ad id tempus mutus sibi uixerat, saluti parentis uocalis factus est.

7. Eadem caritas Italico bello Pinnensem iuuenem, cui Pultoni erat cognomen, tanto animi corporisque robore armauit, ut, cum obsessae urbis suae claustris praesideret et Romanus imperator patrem eius captiuum in conspectu ipsius constitutum destrictis militum gladiis circumdedisset, occisurum se minitans, nisi inruptioni suae iter praebuisset, solus e manibus senem rapuerit, duplici pietate memorandus, quod et patris seruator nec patriae fuit proditor.

V. Hanc caritatem proximus fraternae beniuolentiae gradus excipit: nam ut merito primum amoris uinculum ducitur plurima et maxima beneficia accepisse, ita proximum iudicari debet simul accepisse. quam copiosae enim suauitatis illa recordatio est: in eodem domicilio antequam nascerer habitaui, in isdem incunabulis infantiae tempora peregi, eosdem appellaui parentes, eadem pro me uota excubuerunt, parem ex maiorum imaginibus gloriam traxi! cara est uxor, dulces liberi, iucundi amici, accepti adfines, sed postea cognitis nulla beniuolentia accedere debet, quae priorem exhauriat.

1. Atque haec teste Scipione Africano loquor, qui, tametsi artissima familiaritate Laelio iunctus erat, tamen senatum supplex orauit ne prouinciae sors fratri suo erepta ad eum transferretur legatumque se

1 ad id (*m. 2 in ras.*) *L* ‖ uixerat (*corr. ex* uiuierat) *L A* ‖ 3 italoco *A*¹ ‖ 5 ut***cum *A*, ut eum cum *L* ‖ urbis (*corr. ex* ubis) *A* ‖ 6 et *h. l. eras. ante* patrem *inserit A*² ‖ 9 minita*ns (i *post* n *ex* a *et* ns *ex* iis *corr.*) *L*, minatans (s *in ras.*) *A*¹ ‖ inruptionis (s *punctat.*) *A* ‖ 10 manibus] *add.* eorum *m. 3 s. l. L*, *an* manibus hostilibus? ‖ 11 fuit *m. 3 s. l. add. L* ‖ 17 copiose *L Halm*, *ut nos A*, *malim tamen* copiosa ‖ illa *om. L*¹ ‖ 18 hisdem *L et, ut uid.*, *A*¹ ‖ 21 maiorem *L A*¹ ‖ 23 cogniti* (s *eras.*) *L* ‖ accidere *Perizonius*, *quod uerum uid.* ‖ 25 adq. *A*¹ ‖ 27 tamen *Halm e Par.*, attam̄ *L et* at *punctat. A* ‖ o**rauit (*corr. ex* onorauit) *L*, *o*rauit (o *corr. ex* n) *A* ‖ 28 erepta* (m *eras.*) *L*, eraptã *A*¹

L. Scipioni in Asiam iturum promisit, et maior natu minori et fortissimus inbelli et gloria excellens laudis inopi et, quod super omnia est, nondum Asiatico iam Africanus. itaque clarissimorum cognominum alterum sumpsit, alterum dedit triumphique praetextum huius cepit, illius tradidit, ministerio maior aliquanto quam frater imperio.

2. M. uero Fabius consul inclita pugna Etruscis et Veientibus superatis delatum sibi summo senatus populique studio triumphum ducere non sustinuit, quia eo proelio Q. Fabius frater eius consularis fortissime dimicans occiderat. quantam in eo pectore pietatem fraternae caritatis habitasse existimemus, propter quam tantus amplissimi honoris fulgor extingui potuit?

3. Hoc exemplo uetustas, illo saeculum nostrum ornatum est, cui contingit fraternum iugum Claudiae prius, nunc etiam Iuliae gentis intueri decus: tantum enim amorem princeps parensque noster insitum animo fratris Drusi habuit, ut cum Ticini, quo uictor hostium ad conplectendos parentes uenerat, graui illum et periculosa ualitudine in Germania fluctuare cognosset, protinus inde metu attonitus erumperet. iter quoque quam rapidum et praeceps uelut uno spiritu corripuerit eo patet, quod Alpes Rhenumque transgressus die ac nocte mutato subinde *equo* CC milia passuum per modo deuictam barbariam Namantabagio duce solo comite contentus euasit. sed

1 I. P. repromisit *margo A e Par.* ‖ 2 imbelli et gl. *codd.* (?) *Pighii*, et belli et gl. (*alter.* et *expunct.*) *L*, et belli∗gl. *A* ‖ 6 praetextum *nos. cf. II 10 init.; IIII 4, 1; VII 1, 1; 3, 8; 5, 6;* praetextã *LA* ‖ coepit *A* ‖ 8 inclyta LA^2 ‖ etruscis *E. cf. Liu. II 47, Oros. II 4*, et amicis LA^1, et amiclis A^2, et aruncis *dett. pauci*, Aequicolis *Pighius*, et Faliscis *Madwig II 325* ‖ 9 uenientib; L^1A^1 ‖ 12 quantũ L^1A^1 ‖ 14 quem LA^1 ‖ fulgore L^1A^1 ‖ 16 uetustatis saeculum A^2 ‖ 18 intuere L^1A ‖ 20 cũ (*corr. e* co∗) *L* ‖ 23 inde *dett. pauci*, idem *LA* ‖ 25 halpes L^1A^1 ‖ renumq. *L*, ręnumq. *A* ‖ 26 noctu *LA*, *em. in dett.* ‖ equo *om.* L^1A^1 ‖ 27 modum L^1A^1 ‖ namantabagio *L*, Nam|antabagio (Nam *punctat.*) *A*, Antabagio *Halm* ‖ 28 contemptus *L*, contentus (*litt.* ntus *in ras.*) *A*

eum tum maximo labore et periculo implicatum mortaliumque frequentia defectum sanctissimum pietatis numen et di fautores eximiarum uirtutum et fidissimus Romani imperi custos Iuppiter comitatus est. Drusus quoque, quamquam fato iam suo quam illius officio propior erat, uigore spiritus et corporis uiribus conlapsus, eo ipso tamen, quo uita ac mors distinguitur, momento legiones cum insignibus suis fratri obuiam procedere iussit, ut imperator salutaretur. praecepit etiam dextera in parte praetorium ei statui, et consulare et imperatorium nomen optinere *eum* uoluit, eodemque tempore et fraternae maiestati cessit et uita excessit. his scio equidem nullum aliud quam Castoris et Pollucis specimen consanguineae caritatis conuenienter adici posse,

4. sed omnis memoriae clarissimis imperatoribus profecto non erit ingratum, si militis summa erga fratrem suum pietas huic parti uoluminis adhaeserit: is namque in castris Cn. Pompei stipendia peragens, cum Sertorianum militem acrius sibi in acie instantem comminus interemisset iacentemque spoliaret, ut fratrem germanum esse cognouit, multum ac diu conuicio deos ob donum impiae uictoriae insecutus, prope castra transtulit et pretiosa ueste opertum rogo inposuit. ac deinde subiecta face protinus eodem gladio, quo illum interemerat, pectus suum transuerberauit seque super corpus fratris prostratum communibus flammis cremandum tradidit. licebat ignorantiae beneficio innocenti uiuere, sed ut sua potius pietate quam aliena uenia uteretur, comes fraternae neci non defuit.

VI. Artissimis sanguinis uinculis pietas satis fe-

2 defectum (de *ex* ad *corr.*) *L*, adfectum *A* || 4 iupiter L^1 || 5 facto L^1 || illius *L*, ullius *A* || 6 proprior L^1A^1 || 8 legionis L^1A^1 || 10 dexterā L^1A^1 || 11 optinere eū uoluit *nos*, obtinens (*sup.* ns *m. 3 add.* re) *L*, optinere uoluit A^1 *et dett. mei*, optineri uolens A^2 || 15 posset L^1A^1 || 18 pietatis LA^1 || 25 superposuit *Par.* || face subdita *Par.*, *confert IIII 7, 1 et VIIII 2 ext. 9 Halm* || 31 fraternae (ter *m. 2 s. l.*) *L*

cit: restat nunc ut patriae exhibeatur. cuius maiestati etiam illa, quae deorum numinibus aequatur, auctoritas parentium uires suas subicit, fraterna quoque caritas animo aequo ac libenter cedit, summa quidem cum ratione, quia euersa domo inte*ge*r [status] rei publicae status manere potest, urbis ruina penates omnium secum trahat necesse est. uerum quid adtinet uerbis ista conplecti, quorum tanta uis est, ut ali*i* *e*a salutis suae impendio testati sint?

1. Brutus consul primus cum Arrunte Tarquinii Superbi regno expulsi filio in acie ita equo concurrit, ut pariter inlatis hastis uterque mortifero uulnere ictus exanimis prosterneretur. merito adiecerim populo Romano libertatem suam magno stetisse.

2. Cum autem in media parte fori uasto ac repentino hiatu terra subsideret responsumque esset ea re illum tantum modo conpleri posse, qua populus Romanus plurimum ualeret, Curtius et animi et generis nobilissimi adulescens interpretatus urbem nostram uirtute armisque praecipue excellere, militaribus insignibus ornatus equum conscendit eumque uehementer admotis calcaribus praecipitem in illud

1 exibeatur *A* ‖ 3 subicit *nos*, subiecit *A et margo L*, *om.* L^1 ‖ 4 libenti *cod. Cauch. Pighii*, libenter *LA*, *quod. defend. coll. Cic. de rep. II 2, 4 et pr. Mil. 29, 80 Halm* ‖ 5 integer *Halm. em. Val. p. 26 et sic L*, inter *A* ‖ 6 reipublicae status *Halm*, status rep̄. status *L*, *et post* rep̄. (*m. 2 s. l. add.* proprius) *A*, totius r. p. status *Foertsch II 24, at u. Vahlen in mus. Rhen. XI p. 593* ‖ ruina (*sed* r *m. 2 script.*) *LA* ‖ 9 alii ea *nos*, alia L^1, ali a A^1, talia L^2, aliqui A^2, aliqui ea *Pighii cod. Cauch., Halm, at u. nos in Fleckeis. ann. 1886 p. 64* ‖ 10 arrute* (*sic*) L^1A^1 ‖ 11 equo (e *s. l. add.*) L^2A^2, quo L^1A^1, *om. dett. mei omn., cum quibus delend. cens.* equo *Kapp. et Vahlen l. c. p. 587* ‖ 12 mortifero *CDE*, mortifico *LA Halm. cf. II 6, 8* ‖ 13 abiecerim L^1A^1 ‖ 14 stetisset A^1 ‖ 15 mediā partē *L* ‖ 16 haetu A^1, uasta uirtute *Par.* ‖ subsedisset *Par.* ‖ responsūq: esset ea re illum (*sed* t *m. 2 et* ea *m. 3 s. l. add.*) *L*, *litt.* umq. ēet ea re illū *in ras. A e Par.* ‖ ea *Par. om. dett.* ‖ 17 illa *Par.* ‖ 18 ualere L^1A^1 ‖ 19 nobilissimus *LA, em. Halm, idem mendum VIIII 1, 3* ‖ 20 uirtutē L^1, uirtutem (*sic* m *eras.*) *A* ‖ 22 admo**tis *A*, admonitis L^1

profundum egit, super quem uniuersi ciues honoris gratia certatim fruges iniecerunt, continuoque terra pristinum habitum recuperauit. magna postea decora in foro Romano fulserunt, nullum tamen hodieque pietate Curtii erga patriam clarius obuersatur exemplum. cui principatum gloriae obtinenti consimile factum subnectam.

3. Genucio Cipo praetori paludato portam egredienti noui atque inauditi generis prodigium incidit: namque in capite eius subito ueluti cornua erepserunt, responsumque est regem eum fore, si in urbem reuertisset. quod ne accideret, uoluntarium ac perpetuum sibimet indixit exilium. dignam pietatem, quae, quod ad solidam gloriam attinet, septem regibus praeferatur. cuius testandae gratia capitis effigies aerea portae, qua excesserat, inclusa est dictaque Rauduscula: nam olim aera raudera dicebantur.

4. Genucius laudis huius, qua maior uix cogitari potest, successionem tradit Aelio praetori. cui ius dicenti cum in capite picus consedisset, aruspicesque adfirmassent conseruato eo fore ipsius domus statum felicissimum, rei publicae miserrimum, occiso

6 optinenti A^2 ‖ 8 genutio cippo L^2 ‖ portam (a *corr.*) *L*, portum *A* ‖ 9 atque *DΓ et in ras. A*, autẽ L^1, et L^3 *CEF* ‖ 10 erepserunt *L et dett.*, emerseř (*litt.* emer *m. 3 in ras.*) *A*, eruperunt *dett. pauci, quod praefert Gertz* coll. Sil. Ital. XIII 332* ‖ 12 accedere L^1A^1, accederet A^2 ‖ 14 solidum L^1 *et* u *in litur. A* ‖ 15 gratiae (*supr. h. u. m. 3 add.* rei) *L*, gratia (*extr.* a *in ras.*) *A* ‖ efficies L^1A^1 ‖ 16 aereae *LA*, *e 2 codd.* (?) *em. Pighius,* aerea ei *Gertz** ‖ 17 Rauduscula: nam *nos*, raudus*culana (s *m. 2 et* u *post* c *corr. ex* o *et post h. u. s. l. m. 3 add.* qd) *L*, rauduscolana *A*, Raudusculana: nam *Halm. at cf. ed. meam mai. et Paul. Diac. p. 275 Müll.* ‖ era *L et* r *induct. A* ‖ dicebatur *LA* ‖ 18 qua maior *Pighius e codd.*, quam aliorum *L et dett. et punctis notat. A*, qua alia maior *Vorstius*, *Halm* ‖ uix cogitari potest *nos*, uix cogitari ciui pot. *Gertz**, excogitari uix potest *Halm*, excogitari impotest *L et punctis notat. A* ‖ 19 tradidit (*sed* dit *m. 3 s. l.*) *L Halm*, *at u. Eberhard p. 163* ‖ praetore L^1 ‖ cui ius *in ras. m. 3 A*, cuius L^1 ‖ 20 **aruspicesq: (*sed* arus *in ras. et* e *ex* i *corr.*) *L*, **arispicisq. (*corr.* cesq.) *A* ‖ 21 adfirmasset *AL* ‖ domũ ratũ *L*, dom' statũ *in ras. A*, *quod*

in contrarium utrumque cessurum, e uestigio picum †morsu suo in conspectu senatus necauit. decem et VII Aelia tum familia eximiae fortitudinis uiros Cannensi proelio amisit: res publica procedente tempore ad summum imperii fastigium excessit. haec nimirum exempla Sulla et Marius et Cinna tamquam stulta riserunt.

5. P. Decius *Mus*, qui consulatum in familiam suam primus intulit, cum Latino bello Romanam aciem inclinatam et paene iam prostratam uideret, caput suum pro salute rei publicae deuouit ac protinus concitato equo in medium hostium agmen patriae salutem, sibi mortem petens inrupit factaque ingenti strage plurimis telis obrutus super corruit. ex cuius uulneribus et sanguine insperata uictoria emersit.

6. Vnicum talis imperatoris specimen esset, nisi animo suo respondentem filium genuisset: is namque in quarto consulatu patris exemplum secutus deuotione simili, aeque strenua pugna, consentaneo exitu labantis perditasque uires urbis nostrae correxit. ita dinosci arduum est utrum Romana ciuitas Decios utilius habuerit duces an amiserit, quoniam uita eorum ne uinceretur obstitit, mors fecit ut uinceret.

*recte probat Gertz**, domi fatum *dett. multi, Halm* ‖ 22 *litt.* felicissimũ reip. miser| *in ras. A*

2 morsu (*corr. ex* orsu) suo *LA*, manu sua *Torrenius, et sic uel* morsu (*om.* suo) *Foertsch I 22*, *certe* suo *ualde suspectum* ‖ 3 Aelia tum *e coni. Torrenii Halm*, militũ L^1, mil. tum L^2 *et corr.* cum *A*, Aeli *uel* illa tum *Foertsch I 23*, illa [tum] *Novak* ‖ uiros (s *m. 2 s. l.*) *L* ‖ 5 fastidium L^1 ‖ 6 syllae LA^1 ‖ cinnã L^1, cynna *A* ‖ 7 sculturis erunt L^1A^1, stulta irriserunt L^3 ‖ 8 *Mus om.* LA^1, *add.* A^2 *e Par. Halm* ‖ 9 cunlatino A^1 ‖ 10 inclina**|tam (*litt.* inclina *in ras.*) *A e Par.*, indisciplinatam *L et dett.* ‖ et paene iam] paene iam et *L et corr.*, pęne *ex* poene *A* ‖ 11 deuo*uit (l *eras. uid. et* o*ui *in ras.*) *A* ‖ 12 contitato L^1 ‖ 14 strage (*sed* ge *m. 2 add.*) *LA* ‖ super] *an* ipse? *Gertz**, *malim* super eam. *cf. p. 122, 22 et Liu. VIII 10, 10* ‖ 15 insperata (sper *in ras. m. 2*) *L*, inseparata A^1 ‖ 21 Itaq. A^2 ‖ 22 decios *linea subduct. del. L et* cios *in ras. A*

7. Non est extinctus pro re publica superior Scipio Africanus, sed admirabili uirtute ne res publica extingueretur prouidit: siquidem cum adflicta Cannensi clade urbs nostra nihil aliud quam praeda uictoris esse [Hannibalis] uideretur, ideoque reliquiae prostrati exercitus deserendae Italiae auctore Q. Metello consilium agitarent, tribunus militum admodum iuuenis stricto gladio mortem unicuique mi*nit*ando iurare omnes numquam se relicturos patriam coegit pietatemque non solum ipse plenissimam exhibuit, sed etiam ex pectoribus aliorum abeuntem reuocauit.

8. Age, ut a singulis ad uniuersos transgrediar, quanto et quam aequali amore patriae tota ciuitas flagrauit! nam cum secundo Punico bello exhaustum aerarium ne deorum quidem cultui sufficeret, publicani ultro aditos censores hortati sunt ut omnia sic locarent, tamquam res publica pecunia abundaret, seque praestaturos cuncta nec ullum assem nisi bello confecto petituros polliciti sunt. domini quoque eorum seruorum, quos Sempronius Gracchus ob insignem pugnam Beneuenti manu miserat, pretia ab imperatore exigere supersederunt. in castris etiam non eques, non centurio stipendium dari sibi desiderauit. uiri ac feminae quidquid auri argentiue habuerunt, item pueri insignia ingenuitatis ad sustentandam temporis difficultatem contulerunt. ac ne beneficio senatus *quidem*, qui muneribus his functos tributi onere liberauerat, quisquam uti uoluit, sed insuper

5 Hannibalis *glossam esse uidit Eberhard p. 159, sine uncis Halm* || ideoq: (e *m. 2 s. l.*) *L* || 6 auctoreq. metello A^1, *sed erat M. Metellus. cf. II 9, 8, praenom. om. Par., quare nescio an* M. *utroq. loco restituend. sit* || 8 iuuenis (s *m. 2 s. l.*) *L*, iunis A^1 || mitando L^1A^1 || 10 exibuit A^1 || 11 ex L^2, & L^1A^1, e A^2 || aliarum L^1 || 14 fragauit L^1, fraglauit A^1 || 15 publicano L^1 || 17 taquam A^1, tanquam A^2 || pecuniam L^1 || *abundaret (h *eras. uid.*) *A* || 18 eunta L^1 || 21 Beneuentanam *coni. Eberhard p. 163* || 23 stipendium *edd. uett. cf. Liu. XXIIII 18, 15,* impendium *L A* || 24 quicquid *L A* || 27 quidem *nos, om. L A* || his *om. Pighius, mihi quoq. suspectum* || functus *L A* || tributione reliberauerat A^1, tribulationes *eliberauerat (s *m. 2 in ras.*) *L*

id omnes promptissimis animis praestiterunt: non ignorabant enim captis Veis, cum decimarum nomine, quas Camillus uouerat, aurum Apollini Delphico mitti oporteret neque emendi eius facultas esset, matronas ornamenta sua in aerarium retulisse, similiterque audierant mille pondo auri, quod Gallis pro obsidione Capitolii omissa debebatur, earum cultu expletum. itaque et proprio ingenio *et* exemplo uetustatis admoniti nulla sibi in re cessandum existimauerunt.

Ext. 1. *Sunt* et externa eiusdem propositi exempla. Rex Atheniensium Codrus, cum ingenti hostium exercitu Attica regio debilitata ferro igni*que* uastaretur, diffidentia humani auxilii ad Apollinis Delphici oraculum confugit perque legatos sciscitatus est quonam modo tam graue illud bellum discuti posset. respondit deus ita finem ei fore, si ipse hostili manu occidisset. quod quidem non solum totis Athenis, sed in castris etiam contrariis percrebruit, eoque factum est ut ediceretur ne quis Codri corpus uulneraret. id postquam cognouit, depositis insignibus imperii famularem cultum induit ac pabulantium hostium globo se obiecit unumque ex his falce percussum in caedem suam conpulit. cuius interitu ne Athenae occiderent effectum est.

2. Ab eodem fonte pietatis Thrasybuli quoque animus manauit. is, cum Atheniensium urbem xxx tyrannorum taeterrima dominatione liberare cuperet paruaque manu maximae rei molem adgrederetur,

2 ueiis L^2A^2 ‖ 3 mouerat L^1A^1 ‖ delfico *LA* ‖ 4 esse L^1 A^1 ‖ 5 retullisse *A*, rettulisse *Halm* ‖ 6 millo *A* ‖ 7 promissa debebantur L^1A, promissũ debebatur L^2, *em. Torrenius* ‖ cultu* (m *eras.*) *LA* ‖ 8 et *ante* exemplo *om.* L^1A^1 ‖ admonitę A^1 ‖ 10 Sunt *dett. pauci*, *om. LA*, age *margo A*, *u. ad I 8, 11* ‖ et *L*, *eras. in A* ‖ proposita L^1 ‖ 12 attica *DΓ*, mattica (*sed* m *eras.*) *L*, matrica *ACF* ‖ igni L^1A, ignique L^2, et igni *Γ* ‖ 17 athenis sed *Γ*, athenienses L^1A^1, atheniensium L^2A^2 ‖ 18 castris] *add.* sed *s. l.* L^3A^2 ‖ 19 cordi L^1A^1 ‖ 21 familiarem L^2A^1, *ut nos* L^1 *Par.* ‖ 22 obiectę nũq. L^1, obieč ** unumq. (*sed* ˜ *et* u *ante* n *m. 2*) *A* ‖ his *LA Par.*, iis *Halm* ‖ 25 thrasibuli *LA*

et quidam *e* consciis dixisset 'quantas tandem tibi Athenae per te libertatem consecutae gratias debebunt?' respondit 'di faciant ut quantas ipse illis debeo uidear retulisse'. quo adfectu inclytum destructae tyrannidis opus laude cumulauit.

3. Themistocles autem, quem uirtus sua uictorem, iniuria patriae imperatorem Persarum fecerat, ut se ab ea obpugnanda abstineret, instituto sacrificio exceptum patera tauri sanguinem hausit et ante ipsam aram quasi quaedam pietatis clara uictima concidit. quo quidem tam memorabili eius excessu ne Graeciae altero Themistocle opus esset effectum est.

4. Sequitur eiusdem generis exemplum. cum inter Karthaginem et Cyrenas de modo agri pertinacissima contentio esset, ad ultimum placuit utrimque eodem[que] tempore iuuenes mitti et locum, in quem hi conuenissent, finem ambobus haberi populis. uerum hoc pactum Karthaginienses duo fratres nomine Philaeni perfidia praecucurrerunt, citra constitutam horam maturato gressu in longius promotis terminis. quod cum intellexissent Cyrenensium iuuenes, diu de fallacia eorum questi postremo acerbitate condicionis iniuriam discutere conati sunt: dixerunt namque sic eum finem ratum fore, si Philaeni uiuos ibi se obrui passi essent. sed consilio euentus non respondit: illi enim nulla interposita mora corpora sua his terra operienda tradiderunt. qui, quoniam patriae quam uitae suae longiores terminos esse maluerunt, bene iacent manibus et ossibus suis dilatato Punico imperio. ubi sunt superbae Karthaginis alta moenia?

1 e *om.* L^1A^1 ‖ 2 per te A^2, perte* (r *eras.*) *L*, praeter A^1 ‖ 3 dificiant L^1 ‖ quanta A^1 ‖ 4 rettulisse A^2 *Halm* ‖ quo adfectu L^1, quod adfectũ *A*, quem adfectum L^3 ‖ districtae, *ut uid.*, A^1, destrictae L^1A^2, extinctae *margo A* ‖ 5 tyrannis L^1A^1 ‖ 8 *ab (h *eras.*) *L* ‖ 10 ipsa arma L^1A, *ut nos* L^3 ‖ 12 **opus (cle *eras.*) *L* ‖ 14 yrenas A^1 ‖ I. P. de modo a. *margo A*, de agri modo *Par.*, de magno agri L^1A, de marusini agri L^2 ‖ 16 eodem *Par.*, eodemq. *LA* ‖ 17 populus A^1 ‖ 18 nomene L^1 ‖ 19 phileni *LA Par.* ‖ 22 quaesti L^1 ‖ aceruitate A^1 ‖ 24 philenii *LA* ‖ se (*corr. ex* so) *A* ‖ 26 iis *Halm*

ubi maritima gloria inclyti portus? ubi cunctis litoribus terribilis classis? ubi tot exercitus? ubi tantus equitatus? ubi inmenso Africae spatio non contenti spiritus? omnia ista duobus Scipionibus fortuna partita est: at Philaenorum egregii facti memoriam ne patriae quidem interitus extinxit. nihil est igitur excepta uirtute, quod mortali animo ac manu inmortale quaeri possit.

5. Iuuenali ardore plena haec pietas. Aristoteles uero, supremae uitae reliquias senilibus ac rugosis membris in summo litterarum otio uix custodiens adeo ualenter pro salute patriae excubuit, ut eam [ab] hostilibus armis solo aequatam in lectulo Athenis iacens, et quidem Macedonum manibus, quibus abiecta erat, erigeret. ita *non tam* urbs strata atque euersa Alexandri quam restituta Aristotelis notum est opus. patet ergo quam benignae quamque profusae pietatis erga patriam omnium ordinum, omnis aetatis homines extiterint, sanctissimisque naturae legibus mirificorum etiam exemplorum †clara mundo suscripsit ubertas.

1 littoribus L^1 ‖ 3 inmensę L^1 ‖ contentis L^1A^1 ‖ 5 at (*corr. ex* a) philenorum *LA* ‖ memoriam ** (*extrem.* m *in ras.*) *A* ‖ 6 ne* (c *eras.*) *A* ‖ 7 qđ (đ *corr.*) *L*, quod A^2, quam A^1 ‖ 8 posset L^1A^1 ‖ 10 supremas *Perizonius, haud scio an recte. cf. III 2, 18; VI 2, 10; VIIII 12 ext. 8; at u. ed. meam maior. p. 37* ‖ 12 excubuit *Foertsch II 25 coll. I 1, 8; I 7, 1; III 5, 4; IIII 7, 7; IIII 8 ext. 2; VIIII 11 ext. 4;* incubuit *LA Halm* ‖ 13 ab hostilibus *LA Halm*, ab hostibus *dett. nonnulli, nos* ab *inclusimus* ‖ Athenis *Ioan. Saresb. Policr. VII 6 et Foertsch l. c.*, atheniensi *LA Halm* ‖ 14 iacens**idem (*sed* i *et* m *eras.* A^2, equidem *L et, ut uid., ante rasur. A* ‖ macedone L^1 ‖ 15 eriperet *LA*, *em. Aldus* ‖ non tam *margo A*, *om. LA*, tam *ed. Mogunt. Halm. cf. ed. meam mai. p. 445* ‖ urbis L^1, urbs nō *s. l.* L^3, urbe A^1 ‖ strata atq.] Stagira *Pighius* ‖ 16 quam (*omisso* non tam) *delend. cens. Eberhard p. 163* ‖ aristhotelis *I* ‖ 20 cara mundo *Perizonius*, clara abunde *Wensky 1884 p. 786* ‖ 21 subscripsit ubertas L^3 *et dett. nonnulli*, suscriptuumtas LA^1, *add.* ciuitas *margo L*, suscripta testantur A^2.

VII. DE PARENTVM AMORE ET INDVLGENTIA IN LIBEROS.

Det nunc uela pii et placidi adfectus parentium erga liberos indulgentia salubrique aura prouecta gratam suauitatis dotem secum adferat.

1. Fabius Rullianus quinque consulatibus summa cum gloria peractis omnibusque et uirtutis et uitae *e*meritis stipendiis legatus ire Fabio Gurgiti filio ad bellum difficile et periculosum conficiendum grauatus non est, paene ipso per se dumtaxat animo sine corpore militaturus, utpote propter ultimam senectutem lectuli otio quam labori proeliorum habilior. idem triumphantem equo insidens sequi, quem ipse paruulum triumphis suis gestauerat, in maxima uoluptate posuit, nec accessio gloriosae illius pompae, sed auctor spectatus est.

2. Non tam speciosa Caeseti equitis Romani sors patria, sed par indulgentia. qui ab Caesare omnium iam et externorum *et* domesticorum hostium uictore cum abdicare filium suum iuberetur, quod is tribunus pl. cum Marullo collega inuidiam ei tamquam regnum adfectanti fecerat, in hunc modum respondere sustinuit: 'celerius tu mihi, Caesar, omnes filios meos eripies quam ex his ego unum nota mea pellam'. habebat autem duos praeterea optimae indolis filios, quibus Caesar se incrementa dignitatis benigne daturum pollicebatur. hunc patrem tametsi summa di-

1 ET INDVLGENTIA *om. Par.* ‖ 6 rullianus *Par.*, rutilianus *LA* ‖ 7 uirtutibus *LA*, *em. Vorstius* ‖ 8 meritis *LA*, *em. Seb. Gryphius* ‖ ire cum Fabio gurgite A^2 ‖ 9 dificile L^1 10 perse (r *m. 3 s. l.*) *L*, pese (*prior* e *punctat.*) *A* ‖ 13 triumphantē A^2 *e Par.*, triumphantis (*sic*) LA^1, *add.* currū *m. 3 in mrg.* *L* ‖ 15 accessor L^3A^2, accens; *margo A* ‖ 17 Non tam (on tam *in ras.*) *L*, non tam** (en *eras.*) *A* ‖ cae*seti *L* ‖ 19 et *ante* domest. *om.* L^1A^1 ‖ 20 abdice A^1, abicere *margo A*, *ut nos L* ‖ *is (h *eras. uid.*) *LA* ‖ 21 ei tanquā (*sed* ei tan *in ras. m. 2*) *A*, ***tamquā (t *corr. et* etiam *eras. uid.*) *L*, enim tamquam *C* ‖ 22 respondendo LA^1, respondit *margo A e Par.*

uini principis clementia tutum praestitit, quis tamen non humano ingenio maius ausum putet, quod cui totus terrarum orbis succubuerat non cessit?

3. Sed nescio an Octauius Balbus concitatioris et ardentioris erga filium beniuolentiae fuerit. proscriptus a triumuiris, cum domo postico clam esset egressus iamque fugae expeditum initium haberet, postquam filium intus trucidari falso clamore uiciniae accepit, ei se neci, quam euaserat, obtulit occidendumque militibus tradidit, pluris nimirum illud momentum, quo illi praeter spem incolumem uidere filium contigerat, quam salutem suam aestimans. miseros adulescentis oculos, quibus amantissimum sui patrem ipsius opera sic expirantem intueri necesse fuit!

Ext. 1. Ceterum ut ad iucundiora cognitu ueniamus, Seleuci regis filius Antiochus nouercae Stratonices infinito amore correptus, memor quam inprobis facibus arderet, impium pectoris uulnus pia dissimulatione contegebat. itaque diuersi adfectus isdem uisceribus ac medullis inclusi, summa cupiditas et maxima uerecundia, ad ultimam tabem corpus eius redegerunt. iacebat ipse in lectulo moribundo similis, lamentabantur necessarii, pater maerore prostratus de obitu unici filii deque sua miserrima orbitate cogitabat, totius domus funebris magis quam regius erat uultus. sed hanc tristitiae nubem Leptinis mathematici uel, ut quidam tradunt, Erasistrati medici prouidentia discussit: iuxta enim Antiochum sedens, ut eum ad introitum Stratonices rubore perfundi et

4 concitatoris A^1 ‖ 6 postica L^2 ‖ 7 inpeditum *Par.* ‖ 8 falso $L^2 A^2$ *Par.*, falsus L^1 *et, ut uid.*, A^1 ‖ 10 plures A^1 ‖ minimum $L^1 A^1$, nimium L^3 ‖ 11 incolomẽ $L^1 A^1$ ‖ 13 miserans *L A* ‖ adulescenti A^1 ‖ 14 inturi $L^1 A^1$ ‖ ne*cesse (s *eras.*, c *in ras.*) *L* ‖ 17 stratonicẹ A^1, strationices *Par.* ‖ 18 infinito (*add. m. 3 s. l.* infando) *L* ‖ 20 ***tegebat (*in mrg. add.* con) *A* ‖ 21 inclusi* (s *eras. uid.*), *L* ‖ 23 redegerant *Gertz** ‖ 24 necessarii (*sed* ii *corr.*) *L*, necessaria A^1 ‖ 27 matematici $L^1 A$ ‖ 30 ad introitum *L et dett.*, introitu* (m *eras.*) *A e Par. Halm* ‖ robore $L^1 A^1$ ‖ offundi *Par.*, *quod praefert*

spiritu increbrescere eaque egrediente palle*sce*re et † excitatiorem anhelitum subinde recuperare animaduertit, curiosiore obseruatione ad ipsam ueritatem penetrauit: intrante enim Stratonice et rursus abeunte brachium adulescentis dissimulanter adprehendendo modo uegetiore modo languidiore pulsu uenarum conperit cuius morbi aeger esset, protinusque id Seleuco exposuit. qui carissima sibi coniuge filio cedere non dubitauit, quod in amorem incidisset, fortunae acceptum referens, quod dissimulare eum ad mortem usque paratus esset, ipsius pudori inputans. subiciatur animis senex, rex, amans: iam patebit quam multa quamque difficilia paterni adfectus indulgentia supera*ue*rit.

2. Ac Seleucus quidem uxore, Ariobarzanes autem filio suo Cappadociae regno cessit in conspectu Cn. Pompei. cuius cum tribunal conscendisset inuitatusque ab eo in curuli sella sedisset, postquam filium in cornu scribae humiliorem fortuna sua locum obtinentem conspexisset, non sustinuit infra se conlocatum intueri, sed protinus sella descendit et diadema in caput eius transtulit hortarique coepit ut eo transiret, unde ipse surrexerat. exciderunt lacrimae iuueni, cohorruit corpus, delapsum diadema est, nec quo iussus erat progredi potuit, quodque paene ueritatis fidem excedit, laetus erat qui regnum deponebat, tristis cui dabatur. nec ullum finem tam

coll. Tac. ann. XI 31 et Amm. Marc. XXI 13, 7 Halm, at rubore perfundi *ap. Petron. sat. 132. cf. Forcellin.*

1 pallescere *Halm e Par.*, pallere *L et corr. e* pallare *A* ‖ 2 excitatiorem *L*, exercitatiorem *A Halm*, *quod defend. Foertsch II 25, fort.* sedatiorem *non male Halm,* tardiorem *Novak* ‖ hanelitum *L*[1]*A* ‖ 3 curosiori (i *ex* è *corr.*) obseruationẽ *L*, curiosiore* obseruatione* *A* ‖ 6 uegetiore* modo languidiorẽ *A*[1] ‖ uenerarum *L*[1] ‖ 8 carissima sibi coniuge *C*, coniuge sibi carissima *Par.*, carissimam sibi coniugem *L A Halm, at u. § 2 et ad p. 22, 24* ‖ filio (*add. m. 3 s. l.* suo) *L* ‖ 14 superauit *L A*, superarit *Vorstius*, *ut nos ed. Bipont.* ‖ 15 ac** *A* ‖ uxorẽ *A*[2] ‖ 16 regnũ *A*[2] *Par.* ‖ 18 curulli *L*[1]*A*[1] ‖ 20 conspexit *Γ*. *cf. tamen Nipperdeium ad bell. Afric. 91, 4* ‖ 24 dilapsum *L A*, *em. Perizonius*

egregium certamen habuisset, nisi patriae uoluntati auctoritas Pompei adfuisset: filium enim et regem appellauit et diadema sumere iussit et in curuli sella considere coegit.

VIII. Comicae lenitatis hi patres, tragicae asperitatis illi.

DE SEVERITATE PATRVM IN LIBEROS.

1. L. Brutus, gloria par Romulo, quia ille urbem, hic libertatem Romanam condidit, filios suos dominationem Tarquini a se expulsam reducentes summum imperium obtinens conprehensos proque tribunali uirgis caesos et ad palum religatos securi percuti iussit. exuit patrem, ut consulem ageret, orbusque uiuere quam publicae uindictae deesse maluit.

2. Huius aemulatus exemplum Cassius filium *suum Sp. Cassium*, qui tribunus pl. agrariam legem primus tulerat multisque aliis rebus populariter *actis* animos hominum amore sui deuinctos tenebat, postquam illam potestatem deposuit, adhibito propinquorum et amicorum consilio adfectati regni crimine domi damnauit uerberibusque adfectum necari iussit ac peculium eius Cereri consecrauit.

3. T. autem Manlius Torquatus, propter egregia multa rarae dignitatis, iuris quoque ciuilis et sacrorum pontificalium peritissimus, in consimili facto ne consilio quidem necessariorum indigere se credidit: nam cum ad senatum Macedonia de filio eius D. Silano, qui eam prouinciam optinuerat, querellas per legatos detulisset, a patribus conscriptis petiit

1 aegregium *A*[1] ‖ 5 traicę *A* ‖ 7 DE PARENTVM SEVERITATE *Par.* ‖ 10 tarquinii *LA*[2] ‖ 11 optinens *LA*[2] ‖ 15 casus *L*[1], cassium *A*[2], Ensius sp. *margo A e Par.* ‖ suum Sp. Cassium *om. LA*, *suppleui e Par.*, Cassius ⟨Sp. Cassium⟩ f. qui *Gertz** ‖ 16 qui] *add.* quod is tr. pl. *s. l. A*[2] *e Par.* ‖ 17 actis *om. LA*, *suppl. Gertz* et Wensky 1884 p. 787* ‖ 18 deuintos *L*[1] ‖ 23 manilius *L*, man*lius (i *eras. uid.*) *A*, *ut nos Par.* ‖ 28 D.] decimo *LA*, decio *L*[3], dec. *Par.* ‖ salano *A*[1], *ut nos L Par.* ‖ querelas *L*[2] ‖ 29 detullisset *A* ‖ petit *LA*

ne quid ante de ea re statuerent quam ipse Macedonum filiique sui causam inspexisset. summo deinde cum amplissimi ordinis tum etiam eorum, qui questum uenerant, consensu cognitione suscepta domi consedit solusque utrique parti per totum biduum uacauit ac tertio plenissime die diligentissimeque auditis testibus ita pronuntiauit: 'cum Silanum filium meum pecunias a sociis accepisse probatum mihi sit, et re publica eum et domo mea indignum iudico protinusque e conspectu meo abire iubeo'. tam tristi patris sententia perculsus Silanus lucem ulterius intueri non sustinuit suspendioque se proxima nocte consumpsit. peregerat iam Torquatus seueri et religiosi iudicis partis, satis factum erat rei publicae, habebat ultionem Macedonia, potuit tam uerecundo fili obitu patris inflecti rigor: at ille neque exequiis adulescentis interfuit et, cum maxime funus eius duceretur, consulere se uolentibus uacuas aures accommodauit: uidebat enim se in eo atrio consedisse, in quo imperiosi illius Torquati seueritate conspicua imago posita erat, prudentissimoque uiro succurrebat effigies maiorum [suorum] cum titulis suis idcirco in prima parte aedium poni solere, ut eorum uirtutes posteri non solum legerent, sed etiam imitarentur.

4. M. uero Scaurus, lumen ac decus patriae, cum apud Athesim flumen impetu Cimbrorum Romani equites pulsi deserto *consule* Catulo urbem pauidi repeterent, consternationis eorum participi filio suo misit qui diceret libentius se in acie eius interfecti

1 quid (d *m. 3 add.*) *L* ‖ 4 cognotione L^{1} ‖ 6 die *h. l. eras. post* tertio *s. l. add.* L^{3}, *delend. cens. ortum ex proximis litt.* dil *Eberhard p. 163* ‖ 7 audistis A^{1} *et, ut uid.*, L^{1} ‖ 9 rei p̃ $L^{1}A^{1}$ ‖ 13 consumsit L^{1} ‖ 14 partes L^{2} ‖ 15 tamen *L A* ‖ uerecundi A^{2} ‖ 16 filio A^{1}, filii A^{2} *et extr.* i *corr. L* ‖ 22 suorum *ineptum, quia generatim dicend. erat, seclusi, sine uncis Halm* ‖ a suis *Wensky p. 10* ‖ 25 saurus A^{1} ‖ 26 athesim LA^{2} *Par.*, athenensim A^{1} ‖ impetũ $L^{1}A^{1}$ ‖ 26 cȳbrorũ (ȳ *et* ũ *corr.*) *L* ‖ 27 coñs catulo A^{2} *Par.*, *quod recepi*, Catulo consule *Gertz**, catulo (*om.* cons.) LA^{1} *Halm* ‖ 28 consternationes A^{1} *et, ut uid.*, L^{1} ‖ 29 eius (e *m. 2 s. l.*) *L*

ossibus occursurum quam ipsum tam deformis fugae reum uisurum: itaque, si quid modo reliquum in pectore uerecundiae superesset, conspectum degenerati patris uitaturum: recordatione enim iuuentae suae qualis M. Scauro aut habendus aut spernendus filius esset admonebatur. quo nuntio accepto iuuenis coactus est fortius aduersus semet ipsum gladio uti quam aduersus hostes usus fuerat.

5. Nec minus animose A. Fuluius uir senatorii ordinis euntem in aciem filium retraxit quam Scaurus ex proelio fugientem increpuit: namque iuuenem et ingenio et litteris et forma inter aequales nitentem, prauo consilio amicitiam Catilinae secutum inque castra eius temerario impetu ruentem medio itinere abstractum supplicio mortis adfecit, praefatus non se Catilinae illum aduersus patriam, sed patriae aduersus Catilinam genuisse. licuit, donec belli ciuilis rabies praeteriret, inclusum arcere: uerum illud cauti patris narr*ar*etur opus, hoc seueri refertur.

VIIII. Sed ut hanc incitatam et asperam seueritatem mitiores relati patrum mores clementiae suae mixtura temperent, exactae poenae concessa uenia iungatur.

DE PARENTVM ADVERSVS SVSPECTOS LIBEROS MODERATIONE.

1. L. Gellius omnibus honoribus ad censuram defunctus, cum grauissima crimina de filio, in nouercam conmissum stuprum et parricidium cogitatum, propemodum explorata haberet, non tamen ad uindictam

1 occursurum] *add.* fuisse *Par.*, *quod aegre desideratur* ‖ 3 uerecondiae *L*¹ ‖ degenerati *LA*, *quod defend. Perizonius et Maduig II 368*, degenerem irati *Halm*, degener irati — uitaret *Pighius* ‖ 4 recorda∗tione *L* ‖ 6 acceptis *L*¹ ‖ 9 Ne *L*¹*A*¹ ‖ A.] au∗lus (r *eras.*) *L* ‖ 11 ex] et *LA*¹, e *A*² ‖ 14 ruente *L*¹*A* ‖ 16 catillinae *sic ter L*¹*A*¹ ‖ 19 narretur *LA*¹ ‖ 20 sed et ut *LA* ‖ 21 mitioris *L*¹*A*¹ ‖ 24 *titulum om. Par.* ‖ 27 nouerca *Par. Halm*, *nec male; at u. Dig. XLVIII 5, 6; 38; 42* ‖ 28 strupum *L*¹

continuo procucurrit, sed paene uniuerso senatu adhibito in consilium expositis suspicionibus defendendi se adulescenti potestatem fecit *in*spectaque diligentissime causa absoluit eum cum consilii tum etiam sua sententia. quod si impetu irae abstractus saeuire festinasset, admisisset magis scelus quam uindicasset.

2. Q. autem Hortensii, qui suis temporibus ornamentum Romanae eloquentiae fuit, admirabilis in filio patientia extitit: cum enim eo usque inpietatem eius suspectam et nequitiam inuisam haberet, ut Messalam sororis suae filium heredem habiturus, ambitus reum defendens iudicibus diceret, si illum damnassent, nihil sibi praeter osculum nepotum, in quibus adquiesceret, superfuturum, hac scilicet sententia, quam etiam editae orationi inseruit, filium potius in tormentis animi quam in uoluptatibus reponens, tamen, ne naturae ordinem confunderet, non nepotes, sed filium heredem reliquit moderate usus adfectibus suis, quia et uiuus moribus eius uerum testimonium et mortuus sanguini honorem debitum reddidit.

3. Idem fecit clari generis magnaeque dignitatis uir *Q.* Fuluius, sed in filio aliquantum taetriore: nam cum auxilium senatus inplorasset, ut suspectus in parricidio et ob id latens per triumuirum conquireretur ac iussu patrum conscriptorum conprehensus esset, non solum eum non notauit, sed etiam decedens dominum omnium *bonorum* esse uoluit, quem genuerat heredem instituens, non quem fuerat expertus.

1 adibito L^1 ‖ 3 inspectaq. (*sed* in *s. l.*) *LA*, spectataque D^1 *Halm*, *at u. V 8, 3; VI 2 ext. 1; VIII 1 amb. 2* ‖ 5 impetum L^1A^1 ‖ 6 uindicaset L^1 ‖ 10 ut] et LA^1 ‖ 11 Messallam *Halm*, *u. ad p. 102, 16* ‖ 13 in quo (*referend. ad* nihil) *recte*, *ut uid.*, *Gertz** ‖ 14 superfutura L^1A^1 ‖ 15 meditę L^1, *editę *A* ‖ 16 in tormentis A^2, intormenti (*corr. m. 3* to) *L*, inter menti A^1 ‖ 18 reliquid L^1A^1 ‖ 19 uiuus (i *m. 2 s. l.*) *L* ‖ 23 Q. *om. LA*, *suppleui e Par.* ‖ 24 auxilio L^1A ‖ 28 dominum *dett. mei omn.*, *om. LA* ‖ bonorum *suppleuit coll. VII 8, 5 Wensky 1884 p. 787*, *om. LA Halm*

4. Magnorum uirorum clementibus actis ignoti patris nouae atque inusitatae rationis consilium adiciam. qui, cum a filio insidias necti sibi comperisset nec inducere in animum posset ut uerum sanguinem ad hoc sceleris progressum crederet, seductam uxorem suppliciter rogauit ne se ulterius celaret, siue illum adulescentem subiecisset siue ex alio concepisset. adseueratione deinde eius et iure iurando [se] nil tale suspicari persuasus in locum desertum filio perducto gladium, quem occultum secum adtulerat, tradidit ac iugulum feriendum praebuit, nec ueneno nec latrone ei ad peragendum parricidium opus esse adfirmans. quo facto non paulatim, sed magno impetu recta cogitatio pectus iuuenis occupauit continuoque abiecto gladio 'tu uero' inquit, 'pater, uiue, et si tam obsequens et hoc precari filio permittas, me quoque exupera. sed tantum quaeso, ne meus erga te amor eo sit tibi uilior, quod a paenitentia oritur'. solitudinem sanguine meliorem pacatioresque penatibus siluas et alimentis blandius ferrum ac mortis oblatae quam datae uitae felicius beneficium!

X. Commemoratis patribus, qui iniurias filiorum patienter exceperunt, referamus eos, qui mortes aequo animo tolerarunt.

DE PARENTIBVS, QVI OBITVM LIBERORVM FORTI ANIMO TVLERVNT.

1. Horatius Puluillus, cum *in* Capitolio Ioui optimo maximo aedem pontifex dedicaret in*ter*que nun-

1 dementibus L^1 ‖ 2 patres L^1A^1 ‖ 3 necti LA^2, nec A^1 ‖ 5 hoc *dett. nonnulli*, hunc *LA* ‖ 8 se *cum Lipsio seclusi. cf. Maduig II 325 coll. p. 153, 9, retento* se *supplent post* suspicari *Halm* posse, *alii* debere ‖ 13 quo* (s *eras. uid.*) *A* ‖ 15 adiecto L^1A^1 ‖ inquid A^1 ‖ 16 et hoc L^1A, es ut hoc L^3 *dett. pauci Halm* ‖ 17 sed] id *Perizonius* ‖ 18 eorũ sit (rũ *linea subduct. del.*) *L*, eo***sit *A*, *add.* ea re *margo A*, *fort.* eo nomine sit *Halm* ‖ poenitentia *L*, penitentia *A* ‖ 25 DE PARENTIBVS *om. Par.* ‖ 26 I. P. tulerint *margo A e Par.* ‖ 27 in *om.* L^1A^1 ‖ 27 interq: L^2A^2 *Par.*, inq: L^1A^1

cupationem sollemnium uerborum postem tenens mortuum esse filium suum audisset, neque manum a poste remouit, ne tanti templi dedicationem interrumperet, neque uultum a publica religione ad priuatum dolorem deflexit, ne patris magis quam pontificis partes egisse uideretur. clarum exemplum, nec minus tamen inlustre quod sequitur.

2. Aemilius Paulus, nunc felicissimi, nunc miserrimi patris clarissima repraesentatio, ex quattuor filiis formae insignis, egregiae indolis duos iure adoptionis in Corneliam Fabiamque gentem translatos sibi ipse denegauit: duos ei fortuna abstulit. quorum alter triumphum patris funere suo quartum ante diem praecessit, alter in triumphali curru conspectus post diem tertium expirauit. itaque qui ad donandos usque liberos abundauerat, in orbitate subito destitutus est. quem casum quo robore animi sustinuerit oratione, quam de rebus a se gestis apud populum habuit, hanc adiciendo clausulam nulli ambiguum reliquit: 'cum in maximo prouentu felicitatis nostrae, Quirites, timerem ne quid mali fortuna moliretur, Iouem optimum maximum Iunonemque reginam et Mineruam precatus sum ut, si quid aduersi populo Romano inmineret, totum in meam domum conuerteretur. quapropter bene habet: annuendo enim uotis meis id egerunt, ut uos potius meo casu doleatis quam ego uestro ingemescerem'.

3. Vno etiam nunc domestico exemplo adiecto in

1 sollemnem *Par.* ‖ 2 esse *om. Par.* ‖ audisset] *add.* I P. tolle inquit cadauer *margo A e Par. cf. Liu. II 8, 8; Plut. Public. 14, unde exemplum Valerii truncatum censens post* deflexit *add.* sed tantum cadauer efferri iussit *Gertz*, dubito autem an ex alio fonte haustum illud dictum huc transtulerit Paris.* ‖ 8 nunc fel. *LA*², nec fel. *A*¹ ‖ 10 duo *L*¹*A*¹, *ut nos Par.* ‖ 11 atoptionis *A*¹ ‖ 15 itaq. *LA*, ita *Halm* ‖ 16 abundauerat *margo L m. 1? et dett. mei omn.*, ambulauerat *LA* ‖ sibito *A*¹ ‖ 20 reliquid *L*¹ ‖ maxima *L*¹ ‖ 25 bene] *add.* se res *A*² ‖ 26 meo casu *L*¹*A*², meũ casũ *L*³ *dett.*, meu casu *A*¹ ‖ 27 ingemiscerem *A*² ‖ 28 etiam num *A*², etiam (*del* nunc) *Colerus*

alienis luctibus orationi meae uagari permittam. Q. Marcius Rex, superioris Catonis in consulatu collega, filium summae pietatis et magnae spei et, quae non parua calamitatis accessio fuit, unicum amisit, cumque se obitu eius subrutum et euersum uideret, ita dolorem altitudine consilii coercuit, ut a rogo iuuenis protinus curiam peteret senatumque, quem eo die lege habere oportebat, conuocaret. quod nisi fortiter maerorem ferre scisset, unius diei lucem inter calamitosum patrem et strenuum consulem neutra in parte cessato officio partiri non potuisset.

Ext. 1. Princeps Atheniensium Pericles intra quadriduum duobus mirificis adulescentibus filiis spoliatus his ipsis diebus et uultu pristinum habitum retinente et oratione nulla ex parte infractiore contionatus est. ille uero caput quoque solito more coronatum gerere sustinuit, ut nihil ex uetere ritu propter domesticum uulnus detraheret. non sine causa igitur tanti roboris animus ad Olympii Iouis cognomen ascendit.

2. Xenophon autem, quod ad Socraticam disciplinam adtinet, proximus a Platone felicis ac beatae facundiae gradus, cum sollemne sacrificium perageret, e duobus filiis maiorem natu nomine Gryllum apud Mantineam in proelio cecidisse cognouit: nec ideo institutum deorum cultum omittendum putauit, sed tantum modo coronam deponere contentus fuit. quam ipsam percontatus quonam modo occidisset, ut audi*u*it fortissime pugnantem interisse, capiti re-

1 oratione͂ mea͂ A^2 ‖ 6 altitudinem L^1 *et, ut uid.*, A^1 ‖ 7 sanatumq. A^1 ‖ 8 habere *L A*, *malim tamen* haberi. *cf.* qui e. d. haberi debuerat *Par.* ‖ euocaret *L A*, *emendaui e Par.* ‖ 9 merorem LA^2, memorem A^1 ‖ c*alamitosu͂ *L* ‖ 10 neu*tra *A* ‖ 11 cessante *Pighius* ‖ 13 quatriduum L^2A^2 ‖ 14 iis *Halm* ‖ uultum L^1A^1 ‖ 15 conti**onatus *L*, contio**|-natus (o *ex* n *corr.*) *A*. *fort. erat* continuo natus ‖ 16 imo uero *non recte Foertsch II 26. cf. infra u. 27* ‖ 17 ratu L^1 ‖ 22 xenopon L^1A ‖ 24 e *L Par.*, et *A*, ex *Halm* ‖ maiore L^1A ‖ grylum *L A Par.* ‖ 25 mantinean L^1A, antineam *Par.* ‖ 26 ideo L^2A^2 *Par.*, in eo L^1A^1 ‖ 29 audiit *L A*

posuit, numina, quibus sacrificabat, testatus maiorem se ex uirtute fiii uoluptatem quam ex morte amaritudinem sentire. alius remouisset hostiam, abiecisset altaria, lacrimis respersa tura disiecisset: Xenophontis corpus †religioni inmobile stetit et animus in consilio prudentiae stabilis mansit ac dolori succumbere ipsa clade, quae nuntiata erat, tristius duxit.

3. Ne Anaxagoras quidem supprimendus est: audita namque morte filii 'nihil mihi' inquit 'inexspectatum aut nouum nuntias: ego enim illum ex me natum sciebam esse mortalem'. has uoces utilissimis praeceptis inbutas uirtus mittit. quas si quis efficaciter auribus receperit, non ignorabit ita liberos esse procreandos, ut meminerit his a rerum natura et accipiendi spiritus et reddendi eodem momento temporis legem dici, atque ut mori neminem solere, qui non uixerit, ita ne uiuere [aliquem] quidem posse qui non sit moriturus.

LIBER SEXTVS.

I. DE PVDICITIA.

Vnde te uirorum pariter ac feminarum praecipuum firmamentum, Pudicitia, inuocem? tu enim

2 morte (t *s. l. m. 2*) *LA* ‖ 3 sentiret *L* ‖ hostiũ *L*[1] ‖ abie**cisset (abie . . c *in ras.*) *L* ‖ 4 altaria — disiecisset *om. sed suppleta in infimo mrg. m. 2? L* ‖ 5 relegioni (le *m. 1? s. l.*) *L*, religioni (li *m. 1? s. l.*) *A*, religione *dett.*, regione (*de loco et statu*) *non recte Maduig II 326. u. Halm in Fleckeis. ann. 1874 p. 404*, *an* religionis instinctu *uel* impulsu? ‖ inmobile (bi *s. l.*) *L* ‖ 8 anaxagoris *A*[1] ‖ 12 inbutas *Gertz**, inbuta *LA Halm* ‖ qua si *L*[1]*A*[1], quã si *A*[2] ‖ 14 nature *L*[1] ‖ 17 qui**non *A* ‖ aliquem quidem *L et transpositionis notis m. 2 add. A*, aliquem *merito suspectum Halmio inclusi* ‖ 18 qui non sit moriturus *et sqq. — 271, 1* incolis *partim in ras. partim m. 2 A* ‖ 19 VALERI MAXIMI LIB. V EXPL. INCIPIT LIB. VI FELICITER *LA* ‖ 20 *titulum hic hab.* Libere dicta aut facta *L*, *u. cap. 2* ‖ 22 ornamentum p. euocem *Lipsius* ‖ pudicitiã *L et*, *ut uid.*, *A*[1]

prisca religione consecratos Vestae focos incolis, tu Capitolinae Iunonis puluinaribus incubas, tu Palatii columen augustos penates sanctissimumque Iuliae genialem torum adsidua statione celebras, tuo praesidio puerilis aetatis insignia munita sunt, tui numinis respectu sincerus iuuentae flos permanet, te custode matronalis stola censetur: ades igitur et *re*cognosce quae fieri ipsa uoluisti.

1. Dux Romanae pudicitiae Lucretia, cuius uirilis animus maligno errore fortunae muliebre corpus sortitus est, a *Sex.* Tarquinio regis Superbi filio per uim stuprum pati coacta, cum grauissimis uerbis iniuriam suam in concilio necessariorum deplorasset, ferro se, quod ueste tectum adtulerat, interemit causamque tam animoso interitu imperium consulare pro regio permutandi populo Romano praebuit.

2. Atque haec inlatam iniuriam non tulit: Verginius plebei generis, sed patricii uir spiritus, ne probro contaminaretur domus sua, proprio sanguini non pepercit: nam cum App. Claudius decemuir filiae eius uirginis stuprum potestatis uiribus fretus pertinacius expeteret, deductam in forum puellam occidit pudicaeque interemptor quam corruptae pater esse maluit.

3. Nec alio robore animi praeditus fuit Pontius Aufidianus eques Romanus, qui, postquam conperit filiae [illegible]iae uirginitatem a paedagogo proditam Fannio Saturnino, non contentus sceleratum seruum adfecisse

2 pulinnarib; A^1 ‖ 3 columem $L^1 A^1$ ‖ Iuliae] *add.* gentis *codd.* (?) *Pighii* ‖ 6 iuuentute A^1 *ut VI 2, 8;* iuuentuti A^2, *ut nos L* ‖ 8 cognosce *LA Halm*, *em. Wensky p. 10 coll. IIII 1 init. et 7, 4; VIIII 1 init.* ‖ 11 Sex. *om.* LA^1, *suppl. Halm e Par.* ‖ superbi (*sed* i *in ras.*) *A* ‖ 13 consilio L^1 ‖ 14 uestę *A* ‖ 16 p. r. no *L*, př****A* ‖ 17 haec A^1, hanc A^2 ‖ 18 pleuei $L^1 A^1$ ‖ pratricii L^1 ‖ ne] qui ne A^2 ‖ probo L^1 ‖ 19 propria A^1 ‖ 20 cladius A^1 ‖ 21 uirginis A^2, Verginiae *Kellerbauer*, uirgini LA^1, *uncis inclus. Halm; at u. Cic. de fin. II 20, 66* ‖ pertinatius $L^1 A^1$ ‖ 22 seductam in foro *Lipsius*, deductam in foro *Par.; at u. Liu. III 47, 1* ‖ 26 con**perit *A* ‖ 27 pedagogo *LA Par.*

supplicio etiam ipsam puellam necauit. ita ne turpes eius nuptias celebraret, acerbas exequias duxit.

4. Quid P. Maenius, quam seuerum pudicitiae custodem egit! in libertum namque gratum admodum sibi animaduertit, quia eum nubilis iam aetatis filiae suae osculum dedisse cognouerat, cum praesertim non libidine, sed errore lapsus uideri posset. ceterum amaritudine poenae teneris adhuc puellae sensibus castitatis disciplinam ingenerari magni aestimauit eique tam tristi exemplo praecepit ut non solum uirginitatem inlibatam, sed etiam oscula ad uirum sincera perferret.

5. Q. uero Fabius Maximus Seruilianus honoribus, quos splendidissime gesserat, censurae grauitate consummatis exegit poenas a filio dubiae castitatis et punito pependit uoluntario secessu conspectum patriae uitando.

6. Dicerem censorium uirum nimis atrocem extitisse, nisi P. Atilium Philiscum in pueritia corpore quaestum a domino facere coactum tam seuerum postea patrem cernerem: filiam enim suam, quia stupri se crimine coinquinauerat, interemit. quam sanctam igitur in ciuitate nostra pudicitiam fuisse existimare debemus, in qua etiam institores libidinis tam seueros eius uindices euasisse animaduertimus?

7. Sequitur excellentis nominis ac memorabilis facti exemplum. M. Claudius Marcellus aedilis curulis C. Scantinio Capitolino tribuno pl. diem ad populum dixit, quod filium suum de stupro appellasset,

1 itaq: ne A^{2} ‖ 2 aceruas $L^{1}A^{1}$ ‖ 5 nobilis $L^{1}A^{1}$ ‖ 6 cum praesertim *dett.*, c̃ p̃senti *L*, praesertim cum *in ras. A* ‖ 15 a filio LA^{2} *Par.*, filio A^{1} ‖ 16 punitus (*corr. ex* to) pependit (pe *s. l.*) *L* ‖ 17 patris A^{1}, *add.* I. P. poenas a f. exeḡ. d. c. et ipse patria cessit *margo A e Par.* ‖ 18 censurium A^{1} ‖ 21 quia *Gertz p. 283*, quod*ita (it *ex* u *corr.*, *ut uid.*, *L*, quod ita (*corr. m. 2* ea) *A*, quod item *nos in ed. mai.*, quod (*om.* ita) *Par. Busch p. 13*, quod ipsa *Halm*, quoniã *uel* quia *Novak Listy XI 5* ‖ 22 quoinquinauerat A^{1} ‖ 24 institutores *L et litt.* tu *punctat. A* ‖ 27 macellus LA^{1} ‖ 29 appellasset — potestatem *m. 2 partim in ras. in ex-*

eoque asseuerante se cogi non posse ut adesset, quia sacrosanctam potestatem haberet, et ob id tribunicium auxilium *in*plorante, totum collegium tribunorum negauit se intercedere quo minus pudicitiae quaestio perageretur. citatus itaque Scantinius reus uno teste qui temptatus erat damnatus est. constat iuuenem productum in rostra defixo in terram uultu perseueranter tacuisse uerecundoque silentio plurimum in ultionem suam ualuisse.

8. Metellus quoque Celer stuprosae mentis acer poenitor extitit Cn. Sergio Silo promissorum matri familiae nummorum gratia diem ad populum dicendo eumque hoc uno crimine damnando: non enim factum tunc, sed animus in quaestionem deductus est, plusque uoluisse peccare nocuit quam non peccasse profuit.

9. Contionis haec, illa curiae grauitas. T. Veturius filius eius Veturii, qui in consulatu suo Samnitibus ob turpiter ictum foedus deditus fuerat, cum propter domesticam ruinam et graue aes alienum P. Plotio nexum se dare adulescentulus admodum coactus esset, seruilibus ab eo uerberibus, quia stuprum pati noluerat, adfectus querellam ad consules detulit. a quibus hac de re certior factus senatus Plotium in carcerem duci iussit: in qualicumque enim statu positam Romano sanguini pudicitiam tutam esse uoluit.

10. Et quid mirum, si hoc uniuersi patres conscripti censuerunt? C. Pescennius III uir capitalis

tremo columnae uersu partim in infimo margine omissis uu. ut adesset *A*

3 plorante L^1, plorante* (*sic*) A^1 ‖ 4 quod minus L^1A^1 ‖ 5 sanctinius, *ut uid.*, L^1 ‖ 6 tempestatus (*sed* pes *induct.*) *A* ‖ dampnatus *LA* ‖ 7 defixit in terram uultum L^1A^1, in terra *recte*, *ni fallor*, *ut VIII 7 ext. 7*, *Novak* ‖ 8 uerecondoq: L^1 ‖ 11 punitor L^2, *ut nos etiam Par.* ‖ silio A^2 *Par.* ‖ 17 eius Veturii *om. Par.* ‖ 20 u. nixum *margo A e Par.* ‖ adulescentolus L^1 ‖ 21 seruilius A^1 ‖ 22 quaerellam a coñs. A^1 ‖ 23 *litt.* plotium in car *in ras. A* ‖ 25 tu*tá *L*, tuam A^1 ‖ 26 *fort.* Ecquid *Halm* ‖ 27 Pescennius *Pighius. cf. C. I. L. I n. 933 et 1307*, fescenninus LA^1 *Halm*, fescennius A^2 *Par.* ‖ triumuir capitalis c. cornelium *Par.*, III uir̃. c. cornelium *LA*, I. P. triũuir capitalis *margo A*

C. Cornelium fortissimae militiae stipendia emeritum uirtutisque nomine quater honore primi pili ab imperatoribus donatum, quod cum ingenuo adulescentulo stupri commercium habuisset, publicis uinculis onerauit. a quo appellati tribuni, cum de stupro nihil negaret, sed sponsionem se facere paratum diceret, quod adulescens ille palam atque aperte corpore quaestum factitasset, intercessionem suam interponere noluerunt. itaque Cornelius in carcere mori coactus est: non putarunt enim tribuni pl. rem publicam nostram cum fortibus uiris pacisci oportere, ut externis periculis domesticas delicias emerent.

11. Libidinosi centurionis supplicium M. Laetori Mergi tribuni militaris aeque †similis foedus exitus sequitur. cui Cominius tribunus pl. diem ad populum dixit, quod cornicularium suum stupri causa adpellasset. nec sustinuit eius rei *con*scientiam Laetorius, sed se ipse ante iudicii tempus fuga prius, deinde etiam *morte puniuit.* naturae modum expleuerat, fato tamen functus uniuersae plebis sententia crimine inpudicitiae damnatus est. signa illum militaria, sacratae aquilae, et certissima Romani imperii custos, seuera castrorum disciplina, ad inferos usque perse-

1 fortissimae *L A Par.*, fortissime *dett. at cf. p. 206, 1 et Foertsch II 26* ‖ stipendiae (*corr.* stipendiis *L*²) meritum *L A*¹ *Par.* ‖ 5 onerauit *L*² *A*² *Par.*, honerauit *L*¹, honorauit *A*¹ ‖ stupro (r *s. l.*) *L* ‖ 7 quod (*m. 2 corr. e* quo) *A*, quo *L*¹, quõ *L*², *fort.* ni *Halm, at u. VII 2, 4* ‖ 10 tr̃. pl. rp̃ nostrã *om. L*¹, *suppl. L*³ ‖ 11 cũ (*corr. e* con) *L* ‖ 14 militum *Par.* ‖ similis *delend. cens. Lipsius, Perizonius, Halm*, aeque libidinis foedae (*genet. qualitatis*) *Wensky p. 10*, Mergi, trib. mil. aeque, similis *Foertsch II 26*, aeque similis ⟨facti⟩ foedus *Gertz p. 283*, *an* aeque foedus *glossa superscripta uoci* similis? ‖ 17 re*i *L* ‖ conscientiam *nos e coni. Torrenii*, scientiam *L A Halm*, sententiam *dett.* ‖ 18 prius] *add. m. 3 s. l.* subtraxit *L* ‖ primum fuga *Par.* ‖ 19 morte puniuit *om. L*, *add.* morte se puniuit *m. 3 in mrg. L et in ras. e Par. A* ‖ naturae modum expleuerat *L*, *om. in ras. mai. A*, *procul dubio ante ras. legebantur eadem quae in L* ‖ 20 sententiam *L et, ut uid., A* ‖ 21 dampnatus *L*¹ ‖ 23 usq: serse*cuta ẽ (*corr. s. l.* ꝑ se) *L*, usque persecuta (*litt.* ue per *in ras.*) *A*

cuta est, quoniam, cuius [uirtutis] magister esse debuerat, sanctitatis corruptor temptabat existere.

12. Hoc mouit C. Marium imperatorem tum, cum C. Lusium sororis suae filium, tribunum militum, a C. Plotio manipulari milite iure caesum pronuntiauit, quia eum de stupro conpellare ausus fuerat.

13. Sed ut eos quoque, qui in uindicanda pudicitia dolore suo pro publica lege usi sunt, strictim percurram, Sempronius Musca C. Gellium deprehensum in adulterio flagellis cecidit, C. Memmius L. Octauium similiter deprehensum pernis contudit, Carbo Attienus a Vibieno, item Pontius a P. Cerennio deprehensi castrati sunt. Cn. etiam Furium Brocchum qui deprehenderat familiae stuprandum obiecit. quibus irae suae indulsisse fraudi non fuit.

Ext. 1. Atque ut domesticis externa subnectam, Graeca femina nomine Hippo, cum hostium classe esset excepta, in mare se, ut morte pudicitiam tueretur, abiecit. cuius corpus Erythraeo litori adpulsum proxima undis humus sepulturae mandatum ad hoc tempus tumulo contegit: sanctitatis uero gloriam

1 uirtutis *CE et linea subduct. L*, *om. A Halm* ‖ 2 temptabat* (*sic*) *LA*, *compendium & eras. uid. in A*, *fort.* temptarat *uel* temptauerat *Halm* ‖ 3 monuit *A*, *ut nos L dett.* ‖ cum *in ras. A* ‖ 4 c. lusium *L Par.*, clusium A^1, c. clusium A^2 ‖ tribo L^1, tribuno $L^2 A^1$ ‖ 5 a c. plotio *Par.*, ac̃ plutio *LA* ‖ manipulari *nos*, manipulare *Par.*, manipulario *LA Halm* ‖ milite iure *dett. pauci et edd. ante Halmium*, militiae iurae *L*, milicię iurae A^1, militiae iure A^2 *Halm*, iure caesum (*sine* milite) *Par.* ‖ 6 conpellere A^1 ‖ 8 usi (*corr. e* uisi) *L* ‖ 9 musca L^1, musica L^3, mus*a (c *eras. uid.*) *A*, musea *Par. cf. Liu. XLV 13, 11* ‖ gellium A^2 *Par.*, gallium LA^1 ‖ 10 adultorio L^1, adiutorio A^1 ‖ memnius *LA*, *ut nos Par.* ‖ 11 pernis $L^1 A$ *Par.*, *quod defend. Halm parum apte coll. Plin. n. h. XVII 10, 13 § 67*, uernis L^3, pugnis *Foertsch II 27*, protinus, pernix, neruis *dett.* ‖ 12 bibieno LA^1, uiuieno A^2 *Par.*, *em. Pighius* ‖ cerennio *Par.*, cernio LA^1, cerenio A^2 ‖ deprensi *Par.* ‖ 13 brocch*ũ (c *aut* r *eras.*) *L* ‖ 14 qui] I. P. quem *margo A e Par.* ‖ deprenderat *Par.* ‖ stupradum L^1, stupraɴdum (ɴ *in ras. mai.*) *A* ‖ 16 subiectam A^1 ‖ 19 erythreo *L*, erytheo A^1, erytreo A^2 ‖ 20 humos L^1, humo A^2 ‖ 21 uero *m. 1 in mrg. L*

aeternae traditam memoriae Graecia laudibus su*m*-*m*is celebrando cotidie florentiorem efficit.

2. Vehementius hoc, illud consideratius exemplum pudicitiae. exercitu et copiis Gallograecorum a Cn. Manlio consule in Olympo monte ex parte deletis ex parte captis, Orgiagontis reguli uxor mirae pulchritudinis a centurione, cui custodienda tradita erat, stuprum pati coacta, postquam uentum est in eum locum, in quem centurio misso nuntio necessarios mulieris pretium, quo eam redimerent, adferre iusserat, aurum expendente centurione et in eius pondus animo oculisque intento Gallograecis lingua gentis suae imperauit ut eum occiderent. interfecti deinde caput abscisum manibus retinens ad coniugem uenit abiectoque ante pedes eius iniuriae et ultionis suae ordinem exposuit. huius feminae quid aliud quisquam quam corpus in potestatem hostium uenisse dicat? nam neque animus uinci nec pudicitia capi potuit.

3. Teutonorum uero coniuges Marium uictorem orarunt ut ab eo uirginibus Vestalibus dono mitterentur, adfirmantes aeque se atque illas uirilis concubitus expertes futuras, eaque re non impetrata laqueis sibi nocte proxima spiritum eripuerunt. di melius, quod hunc animum uiris earum in acie non

1 summis *Foertsch II 27*, suis *LA Halm* ‖ 2 effecit A^1 ‖ 3 *litt.* illud — pudi *in ras. A* ‖ 5 manlio *Par.*, *om. L*, manilio A^1 *et margo L* ‖ 6 orgiagontis LA^1, *ut Liu. XXXVIII 24, 2 et de uir. ill. 55*, orgiacontis A^2 *Par. Halm cum codd. Bamb. et Nazar. Flori II 11 (I 27 Iahn p. 46, 16), at Polybio, Plutarcho, Suidae est Ὀϱτιάγων ut Liu. l. c. 19, 2* ‖ 7 custodiendi A^1 ‖ 9 in quem] *add.* I. P. iussu consulis *margo A e Par.*, *an corruptum* e misso nuntio? ‖ 10 redimeret L^1 ‖ 12 uni ex gallograecis — ut eum occideret *Par.*, *quod uerum uid. Halmio coll. Polyb. XXII 21, 9, at Liu. l. c., unde haec hausit Val.*, stringerent ferrum — occiderent ‖ 15 adiectoq. L^1A^1 ‖ ei* *corr. ex* eius *A* ‖ 18 nam neque *L dett.*, namq. A^1, nam nec A^2 ‖ 20 teuthonorum L^1A^1, teutonicorũ L^3, Teutonum *Par.* ‖ 21 orauerunt *Par.* ‖ 24 die L^1A^1, dii A^2 ‖ 25 aciem L^1A

dederunt: nam si mulierum suarum uirtutem imitari uoluissent, incerta Teutonicae uictoriae tropaea reddidissent.

II. LIBERE DICTA AVT FACTA.

Libertatem autem uehementis spiritus dictis pariter et factis testatam ut non inuitauerim, ita ultro uenientem non excluserim. quae inter uirtutem uitiumque posita, si salubri modo se temperauit, laudem, si quo non debuit profudit, reprehensionem meretur. ac uulgi sic auribus gratior quam sapientissimi cuiusque animo probabilior est utpote frequentius aliena uenia quam sua prouidentia tuta. sed quia humanae uitae partes persequi propositum est, nostra fide propria aestimatione referatur.

1. Priuerno capto interfectisque qui id oppidum ad rebellandum incitauerant senatus indignatione accensus consilium agitabat quidnam sibi de reliquis quoque Priuernatibus esset faciendum. ancipiti igitur casu salus eorum fluctuabatur eodem tempore et uictoribus et iratis subiecta. Ceterum cum auxilium unicum in precibus restare animaduerterent, ingenui et Italici sanguinis obliuisci non potuerunt: princeps enim eorum in curia interrogatus quam poenam mererentur, respondit 'quam merentur qui se dignos libertate iudicant'. uerbis arma sumpserat exasperatosque patrum conscriptorum animos inflammauerat. sed Plautius consul fauens Priuernatium causae re-

2 incerte *A* ‖ teuthonicę *L*A^1 ‖ tropea *LA* ‖ 8 temperauerit — profuderit L^3 *dett. edd. ante Halmium* ‖ 9 prorupit *margo A* ‖ 10 sic uulgi A^2 ‖ 16 concitauerant *Par., at u. Liu. VIII 21, 6* ‖ 17 consilia *Par.* ‖ quinnam L^1A^1 ‖ 18 quoque *om. Par., et sane ferri uix potest* ‖ 19 casus L^1A^1 ‖ fluctuabatur (ur *eras.*) *L* ‖ 21 ingenui *L dett.*, ingenii A^1, ingeniti (*expuncta u.* et) A^2 ‖ 23 eorum *L dett.*, *om. A*, legationis *Par., quod uerum uid. Halmio* ‖ poenam] *add.*, ciues eius pati *Halm e Par., at u. Busch p. 4* ‖ 25 libertate* *LA* ‖ iudicant *Par.*, iudicarent *L*A^1, iudicarint A^2 ‖ sumpserant — inflammauerant *LA* ‖ 27 plaustius *L*A^1, *em. e Par.*

gressum animoso eius dicto obtulit quaesiuitque qualem cum eis Romani pacem habituri essent inpunitate donata./ at is constantissimo uultu 'si bonam dederitis', inquit 'perpetuam, si malam, non diuturnam'. qua uoce perfectum est ut uictis non solum uenia, sed etiam ius et beneficium nostrae ciuitatis daretur./

2. Sic in senatu loqui Priuernas ausus est: L. uero Philippus consul aduersus eundem ordinem libertatem exercere non dubitauit; nam segnitiam pro rostris exprobrans alio sibi senatu opus esse dixit tantumque a paenitentia dicti afuit, ut etiam L. Crasso summae dignitatis atque eloquentiae uiro id in curia grauiter ferenti manum inici iuberet. ille reiecto lictore 'non es' inquit 'mihi, Philippe, consul, quia ne ego quidem *tibi* senator sum'.

3. Quid? populum ab incursu suo libertas tutum reliquit? immo et similiter adgressa et aeque experta patientem est. Cn. Carbo tribunus pl., nuper sepultae Gracchanae seditionis turbulentissimus uindex idemque orientium ciuilium malorum fax ardentissima, P. Africanum a Numantiae ruinis summo cum gloriae fulgore uenientem ab ipsa paene porta in rostra perductum quid de Ti. Gracchi morte, cuius sororem in matrimonio habebat, sentiret interrogauit, ut auctoritate clarissimi uiri inchoato iam incendio multum incrementi adiceret, quia non dubitabat quin propter tam artam adfinitatem aliquid pro memoria interfecti necessarii miserabiliter esset locuturus. at is iure eum caesum uideri respondit. cui dicto cum

1 optulit A^2 || 3 data *Par.* || 5 uace A^1 || 6 uinia A^1 || ius sed A^1 || 9 phylippus *L* || ordinem] *fort. e Par. addend.*, nimiam *Gertz** || 11 *an* ei exprobrans *ut §§ 8 et 11?* || 12 poenitentia *A* || 15 litore $L^1 A^1$ || es inquit mihi A^2 *Par.*, est inquit mi $L A^1$ || 16 nec *Par.* || tibi A^2 *Par.*, *om.* $L A^1$ *dett.* || 17 Quid] nunquid aut neq; *margo A* || liberas $L A^1$ || 18 reliquid $L^1 A^1$ || 19 patientia L^3 *dett.*, patientiam *edd. ante Halm.* || 20 gracchianae L^2 || 23 poene *L* || 24 tib. *L A* || 29 at *in ras. A* || 30 redpondit A^1

contio tribunicio furore instincta uiolenter succlamasset, 'taceant' inquit 'quibus Italia nouerca est'. orto deinde murmure 'non efficietis' ait 'ut solutos uerear quos alligatos adduxi'. uniuersus populus ab uno iterum contumeliose correptus erat — quantus est honos uirtutis! — et tacuit. recens ipsius uictoria Numantina et patris Macedonica deuictaeque Karthaginis auita spolia ac duorum regum Syphacis et Persei ante triumphales currus caten*at*ae ceruices totius tunc fori *ora* clauserunt. nec timori datum est silentium, sed quia beneficio Aemiliae Corneliaeque gentis multi metus urbis atque Italiae finiti erant, plebs Romana libertati Scipionis libera non fuit.

4. Quapropter minus mirari debemus, quod amplissima Cn. Pompei auctoritas totiens cum libertate luctata est, nec sine magna laude, quoniam omnis generis hominum licentiae ludibrio esse quieta fronte tulit. Cn. Piso, cum Manilium Crispum reum ageret eumque euidenter nocentem gratia Pompei eripi uideret, iuuenili impetu ac studio accusationis prouectus multa et grauia crimina praepotenti defensori obiecit. interrogatus deinde ab eo cur non *se* quoque accusaret, 'da' inquit 'praedes rei publicae te, si postulatus fueris, ciuile bellum non excitaturum, etiam te tuo prius quam de Manilii capite in consi-

1 contio** A^2 *e Par.*, continuo LA^1 ‖ succlamassent L A^1, subclamasset *Par.* ‖ 3 **solutos (con? *eras. uid.*) L ‖ 4 adligatos *Par. Halm* ‖ 6 honus L^1A^1 ‖ tacuit (*punctat. in A et s. l. m. 3 script.* actuũ) LA ‖ 7 numantia L^1A^1 ‖ 8 auita *cod. Cauch.* (?) *Pighii*, habita LA ‖ 9 catenae LA, *em. Aldus* ‖ 10 fori ora *nos*, fori (*om.* ora) LA, prementes ora *addunt in marg. m. 2* LA ‖ 13 libera fauit *Maduig II 326*, *at u. Halm in Fleckeis. ann. 1874 p. 404* ‖ 14 amplissima (sima *s. l. m. 2*) L ‖ 15 toties LA^1 ‖ 16 quoniam] qm̃ L, qñ A ‖ 17 licentia* A ‖ esset A^2 ‖ 18 manlium A^2 ‖ cripum A^1 ‖ 19 eumq. *dett. pleriq.*, cumq. LA ‖ 20 iuuendi L^1 ‖ accusationis *dett. mei omn.*, accusatione L, accusationẽ A^1, ad accusationem A^2 ‖ 22 non se quoque $D\Gamma$ *et in ras.* A, cur se non quoque L, cursu non quoque C, cur non ipsum quoque *Halm.* ‖ 23 praedes] *in mrg. add.* uades L^3 ‖ 25 etiam *Foertsch III 19*, et iam LA *Halm* ‖ manlii *et p. 280*, 2 manlium A^2

lium iudices mittam'. ita eodem iudicio duos sustinuit reos, accusatione Manilium, libertate Pompeium, et eorum alterum lege peregit, alterum professione, qua solum poterat.

5. Quid ergo? libertas sine Catone? non magis quam Cato sine libertate: nam cum in senatorem nocentem et infamem reum iudex sedisset tabellaeque Cn. Pompei laudationem eius continentes prolatae essent, procul dubio efficaces futurae pro noxio, summouit eas e quaestione legem recitando, qua cautum erat ne senatoribus tali auxilio uti liceret. huic facto persona admirationem adimit: nam quae in alio audacia uideretur, in Catone fiducia cognoscitur.

6. Cn. Lentulus Marcellinus consul, cum in contione de Magni Pompei nimia potentia quereretur, adsensusque ei clara uoce uniuersus populus esset, 'adclamate' inquit, 'adclamate, Quirites, dum licet: iam enim uobis inpune facere non lice*bit*'. pulsata tunc est eximii ciuis potentia hinc inuidiosa querella, hinc lamentatione miserabili.

7. Cui candida fascia crus alligatum habenti Fauonius 'non refert' inquit 'qua in parte sit corporis diadema', exigui panni cauillatione regias ei uires exprobrans. at is neutram in partem mutato uultu utrumque cauit, ne aut hilari fronte libenter adgnoscere potentiam *aut tristi iam* profiteri uideretur. eaque patientia inferioris etiam generis et fortunae

1 iud̃ *LA* ‖ 4 solum *poterat L^2A, solum apoterat L^1, *an* sola poterat? ‖ 9 pro noxio L^3A^2, proxia L^1A^1 ‖ 10 questione *L* ‖ 12 personae A^1 ‖ adimit *coni. Halm*, *quod recepi*, ademit *LA* ‖ 13 fidicia A^1 ‖ cognoscitur *in ras. m. 1 A* ‖ 14 marcellinus LA^2 *Par.*, marcelinus A^1 ‖ 15 quaereretur *A* ‖ 17 adclamate quirites *L et signis transpositionis m. 2 add. A*, quirites adclamate A^2 *Par. Halm* ‖ 18 licebit *dett. pauci*, licet *LA* ‖ pulsate A^1 ‖ 19 quere*la (l *eras.*) *L* ‖ 21 adligatum *Par.*[1] *Halm* ‖ 22 inquid L^1 ‖ 23 ei uires A^2 *Par.*, eius res L^1A^1, eius uires L^3 ‖ 24 neutra in parte *LA*, *em. Perizonius* ‖ 25 illari A^1, *ilari A^2 ‖ agnoscere *dett. multi*, adcognoscere *LAC* ‖ 26 aut tristi iam *nos*, *om.* LA^1, aut tristi iram (*m. 2, non m. 1*) *margo A*, aut tristi (*meam interpretationem accipiens et adiciens possis etiam* 'aut tristi eam')

hominibus aditum aduersus se dedit: e quorum turba duos retulisse abunde erit.

8. Heluius Mancia Formianus, libertini filius ultimae senectutis, L. Libonem apud censores accusabat. in quo certamine cum Pompeius Magnus humilitatem ei aetatemque exprobrans ab inferis illum ad accusandum remissum dixisset, 'non mentiris' inquit, 'Pompei: uenio enim ab inferis, in L. Libonem accusator uenio. sed dum illic moror, uidi cruentum Cn. Domitium Ahenobarbum deflentem, quod summo genere natus, integerrimae uitae, amantissimus patriae, in ipso iuuentae flore tuo iussu esset occisus. uidi pari claritate conspicuum *M.* Brutum ferro laceratum, querentem id sibi prius perfidia, deinde etiam crudelitate tua accidisse. uidi Cn. Carbonem acerrimum pueritiae tuae bonorumque patris tui defensorem in tertio consulatu catenis, quas tu ei inici iusseras, uinctum, obtestantem se aduersus omne fas ac nefas, cum in summo esset imperio, a te equite Romano trucidatum. uidi eodem habitu et quiritatu praetorium uirum Perpennam saeuitiam tuam execrantem, omnesque eos una uoce indignantes, quod indemnati sub te adulescentulo carnifice occidissent'. obducta iam uetus*tis* cicatricibus bellorum ciuilium uastissima uulnera municipali homini, seruitutem paternam redolenti, effrenatae temeritatis, intolerabilis spiritus, inpune renouare licuit. itaque eo*dem* tem-

Halm, aut contractiore (cta?) potenter profiteri (*sc. regias uires*) *Wensky audacius 1883 p. 639*

2 retullisse *A*, rettulisse *Halm* ‖ 3 formanus *L*[1] ‖ 4 lucium libonem *LA*, *praenom. om. Par.* ‖ censorem *Par.* ‖ 5 com *L*[1] ‖ 6 aeta**tēq: *L* ‖ 10 Domitium] *add.* I. P. CN. pompei domitiū ahen; *margo A e Par.* ‖ 11 **natus *L et* re *eras., ut uid., A* ‖ 12 iuuentae *nos*, iuuentute (*L*)*A*, iuuentutis *CEF. cf. p. 271, 6* ‖ 13 M. *om. LA*, *suppleui e Par.* ‖ 18 uictum *L*[1]*A*[1] ‖ se *nos*, te *LA* ‖ omne fas (*litt.* e f *in litur.*) *A*[2], oms as (?) *A*[1] ‖ 20 quiritatu] *add.* tuo *s. l. L*[3] ‖ 21 perpernam *margo A e Par.* ‖ 24 obductā* *L*, obducta* (m *eras. uid.*) *A* ‖ uetus *L*[1]*A*[1], uietis *Γ* ‖ 26 effrenata *A* ‖ temeritate *A*[2] ‖ intolerabiles *A*[1] *et litt.* iles *in ras. L* ‖ 27 renouare *Lipsius, quod uerum uid. Halmio, ipse recepi. cf. Ouid. trist. II 209,*

pore et fortissimum erat Cn. Pompeio maledicere et tutissimum. sed non patitur nos hoc longiore querella prosequi personae insequentis aliquanto sors humilior.

9. Diphilus tragoedus, cum Apollinaribus ludis inter actum ad eum uersum uenisset, in quo haec sententia continetur, 'miseria nostra magnus est', directis in Pompeium Magnum manibus pronuntiauit, reuocatusque aliquotiens a populo sine ulla cunctatione nimiae illum et intolerabilis potentiae reum gestu perseueranter egit. eadem petulantia usus est in ea quoque parte, 'uirtutem istam ueniet tempus cum grauiter gemes'.

10. M. etiam Castricii libertate inflammatus animus. qui, cum Placentiae magistratum gereret, Cn. Carbone consule iubente decretum fieri, quo sibi obsides a Placentinis darentur, nec summo eius imperio obtemperauit nec maximis uiribus cessit: atque etiam dicente multos se gladios habere respondit 'et ego annos'. obstipuerunt tot legiones tam robustas senectutis reliquias intuentes. Carbonis quoque ira, quia materiam saeuiendi perquam exiguam habebat, paruulum uitae tempus ablatura, in se ipsa conlapsa est.

11. Iam Serui Galbae temeritatis plena postulatio, qui diuum Iulium consummatis uictoriis in foro ius

reuocare *L dett.*, reuocari *A* ‖ eodem *F*, *quod recepi*, eo *LA Halm. cf. I 6, 3; IIII 1, 12; VI 4, 3 et 9 ext. 6; VII 2, 6*

1 pompei *A* ‖ 2 **nos *A*, se nos *L* ‖ quaerella L^1A^1, quere*la L^2 ‖ 5 traguedus L^1A, tragedus L^2 ‖ 6 ac*tũ *L* ‖ uerse L^1 ‖ in *om. Par. Halm, nescio an recte* ‖ 7 contineretur *Par. Halm* ‖ est *LA Par.*, es *Halm, coll. Cic. ad Att. II 19, 2, at u. Busch p. 8* ‖ directus (e *sup.* i *eras.*) *L*, derectus A^1, *em. e Par.* ‖ 9 aliquoties LA^1 ‖ conctatione A^1 ‖ 11 perseuerenter L^1, perseueranti A^2 ‖ 13 dum *Par.* ‖ gemes *Par. et Cic. l. c.*, gemas *LA* ‖ 18 optemp. A^2 ‖ uicibus L^3 ‖ 19 dicenti L^3 *et edd. ante Torrenium* ‖ et ego] *add.* et se a. *margo A e Par.* ‖ 25 Sergius Galba *est ap. Parid.* ‖ 26 qui — consummatis *in ras. m. 2 A*, quid illũ iulius consumãtis *L*

dicentem in hunc modum interpellare sustinuit: 'C. Iuli Caesar, pro Cn. Pompeio Magno, quondam genero tuo, in tertio eius consulatu pecuniam spopondi, quo nomine nunc appellor. quid agam? dependam?' palam atque aperte ei bonorum Pompei uenditionem exprobrando ut a tribunali summoueretur meruerat. sed illud ipsa mansuetudine mitius pectus aes alienum Pompei ex suo fisco solui iussit.

12. Age, Cascellius uir iuris ciuilis scientia clarus quam periculose contumax! nullius enim aut gratia aut auctoritate conpelli potuit ut de aliqua earum rerum, quas triumuiri dederant, formulam conponeret, hoc animi iudicio uniuersa eorum beneficia extra omnem ordinem legum ponens. idem cum multa de temporibus *Caesaris* liberius loqueretur, amicique ne id faceret monerent, duas res, quae hominibus amarissimae uiderentur, magnam sibi licentiam praebere respondit, senectutem et orbitatem.

Ext. 1. Inserit se tantis uiris mulier alienigeni sanguinis, quae a Philippo rege temulento immerenter damnata, prouocare *se iudicium uociferata est, eoque interrogante ad quem prouocaret,* 'ad Philippum' inquit, 'sed sobrium'. excussit crapulam oscitanti ac praesentia animi ebrium resipiscere causaque diligentius inspecta iustiorem sententiam ferre coegit. igitur

1 dicens hunc modum *L*, *litt.* ntẽ in hunc modũ *in ras. m. 2 A* ‖ 2 pompei A^1, pompeo A^2 ‖ genero (o *corr. uid. ex* e) *A* ‖ 3 tuo in *in ras. A* ‖ 4 agam|* *A* ‖ 7 man*suetudine *L* ‖ 8 pompeii *h. l. LA* ‖ 9 pascelius *L*A^1, castellius *Par. cf. VIII 12, 1* ‖ 11 uictoritate A^1 ‖ 12 dederant] dẽd. doñ *Par. margo A* ‖ 15 Caesaris *margo A e Par., quod recipiend. esse uidit Gertz*, om. LA Halm* ‖ 19 alienigini A^1 ‖ 20 rege temulento immerens dãnata pro *in ras. m. 2 A* ‖ immerẽter (*sed* ˜ *et* ter *m. 3 s. l. add.*) *L*, ñ merens *margo A* ‖ 21 prouocare L^1 *Par.*, puocare L^2, prouocarem *A Halm* ‖ se iudicium — quem prouocaret *om. LA Halm*, *e Paride supplenda esse intellexerunt G. Becker in Fleckeis. ann. 1867 p. 338 et Gertz p. 283 in minutis rebus inter se discrepantes. secutus sum Gertzium* ‖ 23 crapulũ (*sed* ũ *corr.*) *L*, crapulum A^1 ‖ excitanti L^1A^1 ‖ 24 presentianimi L^1A^1, pręsentis (*corr.* pręsentia) animi A^2

aequitatem, quam impetrare non potuerat, extorsit, potius praesidium a libertate quam ab innocentia mutuata.

2. Iam illa non solum fortis, sed etiam urbana libertas. senectutis ultimae quaedam Syracusis omnibus Dionysii tyranni exitium propter nimiam morum acerbitatem et intolerabilia onera uotis expetentibus sola cotidie matutino tempore deos ut incolumis ac sibi superstes esset orabat. quod ubi is cognouit, non debitam sibi admiratus beniuolentiam arcessiuit eam et quid ita hoc aut quo merito suo faceret interrogauit. tum illa 'certa est' inquit 'ratio propositi mei: puella enim, cum grauem tyrannum haberemus, carere eo cupiebam. quo interfecto aliquanto taetrior arcem occupauit. eius quoque finiri dominationem magni aestimabam. tertium te superioribus inportuniorem habere coepimus rectorem. itaque ne, si tu fueris absumptus, deterior in locum tuum succedat, caput meum pro tua salute deuoueo'. tam facetam audaciam Dionysius punire erubuit.

3. Inter has et Theodorum Cyrenaeum quasi animosi spiritus coniugium esse potuit, uirtute par, felicitate dissimile: is enim Lysimacho regi mortem sibi minitanti, 'enimuero' inquit 'magnifica res tibi contigit, quia cantharidis uim adsecutus es'. cumque hoc dicto accensus cruci eum suffigi iussisset, 'terribilis' ait 'haec sit purpuratis tuis, mea quidem nihil interest humi an sublime putrescam'.

1 equalitatem L^1 *et litt.* al *induct.* *A* ‖ extorsit] *add.* ac L^2 ‖ 3 mutuatã $L^1 A^1$ ‖ 4 illã $L A^1$ ‖ set A^1 ‖ urba A^1 ‖ 5 syricusis *A* ‖ 6 dyonisi L^1, dyonisis A^1, dyonisii $L^2 A^2$ ‖ exitum L^1 ‖ 7 aceruitatem $L^1 A^1$ ‖ 8 matutino — 13 grauem ty *in ras. m. 2 multis adhibitis scripturae compendiis A* ‖ incolomis L^1 ‖ 10 arcessiuit *nos*, arcessit *L et corr. ex* accersit *m. 2 A* ‖ 11 hoc *induct.* *A* ‖ 14 tetrior *L* ‖ 17 cepimus *L*, cupimus A^1 ‖ ne si $L^2 A^2$, nisi $L^1 A^1$ ‖ 18 adsumptus A^1 ‖ 20 dyonisius *LA* ‖ 21 hanc L^2 ‖ thodorum A^1 ‖ cyreneum *LA* ‖ 28 humine A^2 *Par. Halm, coll. Cic. Tusc. I 43, 102, 'et sane sic semper fere Val.* ‖ putescam A^2 *e Par., Halm. quid scripserit Val. incertum. cf. Maduig de fin. V 13, 38*

III. DE SEVERITATE.

Armet se duritia pectus necesse est, dum horridae ac tristis seueritatis acta narrantur, ut omni *mi*-*ti*ore cogitatione seposita rebus auditu asperis uacet: ita enim destrictae et inexorabiles uindictae et uaria poenarum genera in medium procurrent, utilia quidem legum munimenta, sed minime in placido et quieto paginarum numero reponenda.

1a. M. Manlius, unde Gallos depulerat, inde ipse praecipitatus est, quia fortiter defensam libertatem nefarie opprimere conatus fuerat. cuius iustae ultionis nimirum haec praefatio fuit: 'Manlius eras mihi, cum praecipites agebas Senonas: postquam imitari coepisti, unus factus *es* ex Senonibus'. huius supplicio aeternae memoriae nota inserta est: propter illum enim lege sanciri placuit ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret, quia domum eo loci habuerat, ubi nunc aedem Monetae uidemus.

1b. Par indignatio ciuitatis aduersus Sp. Cassium erupit, cui plus suspicio concupitae dominationis nocuit quam tres magnifici consulatus ac duo speciosissimi triumphi profuerunt: senatus enim populusque Romanus non contentus capitali eum supplicio adficere interempto domum superiecit, ut penatium quoque strage puniretur: in solo autem aedem Telluris fecit. itaque quod prius domicilium inpotentis uiri fuerat nunc religiosae seueritatis monumentum est.

1c. Eadem ausum Sp. Maelium consimili exitu patria multauit. area uero domus eius, quo iustitia

2 duritiã A^1 ‖ orridae A^1 ‖ 3 omni mitiore *margo* LA^2 CEF, omniore L^1A^1, mitiore $D\Gamma$, humaniore *corr.* L ‖ 5 ira enim L^1, ita enim L^3A, *quod quid sibi uelit nescio, an* iam enim? ‖ inexorabilis L^1A ‖ uarię L^1A^1 ‖ 6 ut uilia A^2 ‖ 7 monimenta L^1 ‖ 9 gallus A^1 ‖ 13 senones A^2 ‖ 14 coepit iunus factus exenonib; L^1A^1 ‖ 16 leges L^1A^1 ‖ 17 lici A^1 ‖ 19 sp. casium L^1, spuriũ cassium A, C. Cassius *est Paridi* ‖ 21 magnifici (ci *m. 2 s. l.*) L ‖ 24 penatium (at *corr.*) L, penitium A^1 ‖ 25 tolleris A^1 ‖ 26 potentissimi (*corr. m. 3 ex* inpotentis) L ‖ 28 sp. meliũ L, s. p. milium A^1 ‖ consilii L^1 ‖ 29 iusti*** supplicii notio* A

supplicii notior ad posteros perueniret, Aequimeli appellationem traxit. quantum ergo odii aduersus hostes libertatis insitum animis antiqui haberent parietum ac tectorum, in quibus uersati fuerant, ruinis testabantur. ideoque et M. Flacci et L. Saturnini seditiosissimorum ciuium corporibus trucidatis penates ab imis fundamentis eruti sunt. ceterum Flacciana area, cum diu † pene uacua mansisset, a Q. Catulo Cimbricis spoliis adornata est.

1 d. Viguit in nostra ciuitate Ti. et C. Gracchorum summa nobilitas ac spes amplissima. sed quia statum ciuitatis conati erant conuellere, insepulta cadauera iacuerunt supremusque humanae condicionis honos filiis Gracchi et nepotibus Africani defuit. quin etiam familiares eorum, ne quis rei publicae inimicis amicus esse uellet, de robore praecipitati sunt.

2. Idem sibi licere [tam] P. Mucius tribunus pl. quod senatui et populo Romano credidit, qui omnes collegas suos, *qui* duce Sp. Cassio id egerant ut magistratibus non subrogatis communis libertas in dubium uocaretur, uiuos cremauit. nihil profecto hac seueritate fidentius: unus enim tribunus eam poenam

1 equimelij (*sed* j *m. 3 add.*) *L*, eq** meli A^1, ęq: melii A^2, męlii *Par.*, Aequimaeli *Halm. cf. Momms. Röm. Forsch. II p. 202* ‖ 4 f*uerant *A* ‖ 6 ciuibus $L^1 A^1$ ‖ 7 diruta *Par.* ‖ 8 diu pene *L*, diu pęna|tib: (, *eras.*, tib: *extr. uers. m. 2 add.*) *A*, I. P. diis penatibus *margo A e Par.*, diu pene *dett.*, diu penatibus *Halm, em. Val. p. 11*, diu plane *Foertsch I 8. ipse scribend. conieci* diu poenae nomine *coll. II 9, 1 et Cic. de dom. 38, 102 in Fleckeis. ann. 1886 p. 54, sed probabilius nunc* diu ⟨in memoriam⟩ poenae *Gertz**. *cf. Cic. l. c.* ‖ a q̄ *in ras. A* ‖ 10 tĩ et ˜ *LA* ‖ gra*chorum (c *eras.*) *L* ‖ 13 su*pręmusq: (p *eras.*) *L*, su**premusq. *A* ‖ conditionis LA^1 ‖ 14 gra*chi (c *eras.*) *L* ‖ africanus L^1, africanis $L^2 A^1$ ‖ 15 inimici LA^1 ‖ 16 robore] rupe *margo A*, *Torrenius, quod uerum uid. Halmio, at u. Paul. Diac. p. 264* ‖ 17 tam *inclusi, interpolatum, postquam a* quod *in* quam *aberratum est,* etiam *Halm. cf. ed. meam mai. p. 484* ‖ mutuis *A* ‖ 18 quod *nos,* quam *LA* ‖ senatus et p̃.r. A^2 ‖ 19 qui *margo A e Par., om. LA* ‖ *uu.* duce — uocaretur (*sine* qui) *in parenthesi posita putat Gelbke p. 31* ‖ spurio casio L^1 ‖ 22 seuerita A^1

nouem collegis inferre ausus est, quam nouem tribuni ab uno collega exigere perhorruissent.

3. Libertatis adhuc custos et uindex seueritas, sed pro dignitate etiam ac pro disciplina aeque grauis: M. enim Claudium senatus Corsis, quia turpem cum his pacem fecerat, de*di*dit. quem ab hostibus non acceptum in publica custodia necari iussit, semel laesa maiestate imperii quot modis irae pertinax uindex! factum eius rescidit, libertatem ademit, spiritum extinxit, corpus contumelia carceris et detestanda Gemoniarum scalarum nota foedauit.

Atque hic quidem senatus animaduersionem meruerat: Cn. autem Cornelius Scipio Hispali filius prius quam mereri posset expertus est: nam cum ei Hispania prouincia sorte obuenisset, ne illuc iret decreuit adiecta causa, quod recte facere nesciret. itaque Cornelius propter uitae inhonestum actum sine ullo prouinciali ministerio tantum non repetundarum lege damnatus est.

Ne in C. quidem Vettieno, qui *sibi* sinistrae manus digitos, ne bello Italico militaret, absciderat, seueritas senatus cessauit: publicatis enim bonis eius ipsum aeternis uinculis puniendum censuit effecitque ut quem honeste spiritum profundere in acie noluerat, turpiter in catenis consumeret.

4. Id factum imitatus M'. Curius consul, cum dilectum subito edicere coactus esset *et* iuniorum nemo respondisset, coniectis in sortem omnibus tribubus, Polliae, quae prima exierat, primum nomen urna ex-

3 seueritates L^1, seueritas (*punctat. et s. l. m. 2 add.* senatus) *A* ‖ 5 cladium A^1, clodium A^2 ‖ qua A^1 ‖ 6 dedit *LA* ‖ 8 quod L^1A^1 ‖ 10 extinxit *in ras. A*, extincxit *L* ‖ 12 aeq: (*supr.* e *add.* t) *L*, Aeq̃. (*supr.* e *eras.* t *et* ˜ *m. 2 add.*) *A* ‖ 16 quo L^1A ‖ corneli* (*s. l. add.* us) *L*, cornelio A^1 ‖ 18 non LA^1, modo A^2 ‖ 20 uetieno *A*, *ut nos L Par.* ‖ sibi *e Par. suppl. Halm*, *om. LA* ‖ 21 ne] de L^1 ‖ 22 cesauit publicatus L^1 ‖ 23 effecitq. (it *in ras.*) *L* ‖ 25 canetis L^1 ‖ 26 M'.] m̃ L^1A, manius *s. l.* L^3, *om. Par.* ‖ dilecto L^1A^1, delectum L^2 ‖ 27 et *om.* L^1A^1 ‖ 28 nominibus tribus *Par.* ‖ 29 prima *Lipsius Par.*, proxima *LA* ‖ urna extractum *falsum Valerii additamentum esse docuit Mommsen Röm. Trib. p. 133*

tractum citari iussit neque eo respondente bona adulescentis hastae subiecit. quod ut illi nuntiatum est, ad consulis tribunal concurrit collegiumque tribunorum appellauit. tunc Manius Curius praefatus non opus esse eo ciue rei publicae, qui parere nesciret, et bona eius et ipsum uendidit.

5. Aeque tenax propositi L. Domitius: nam cum Siciliam praetor regeret et ad eum eximiae magnitudinis aper allatus esset, adduci ad se pastorem, cuius manu occisus erat, iussit interrogatumque qui eam bestiam confecisset, postquam conperit usum uenabulo, cruci fixit, quia ipse ad exturbanda latrocinia, quibus prouincia uastabatur, ne quis telum haberet edixerat. hoc aliquis in fine seueritatis et saeuitiae ponendum dixerit — disputatione enim utroque flecti potest —: ceterum ratio publici imperii praetorem nimis asperum existimari non patitur.

6. Sic se in uiris puniendis seueritas exercuit, sed ne in feminis quidem supplicio adficiendis segniorem egit. Horatius prius proelio trium Curiatiorum, *iterum* condicione pugnae omnium Albanorum uictor, cum ex illa clarissima acie domum repetens sororem suam uirginem Curiati sponsi mortem profusius quam illa aetas debebat flentem uidisset, gladio, quo patriae rem bene gesserat, interemit, parum pudicas ratus

4 manius (*sic h. l.*) *LA* ‖ 5 reꝑ *L*, remꝑ A^1 ‖ quia (*sed* a *induct.*) *A* ‖ 8 praetor] p̃ r̃ *L* ‖ et L^3A^2, tum L^1A^1 ‖ 8 adlatus *Halm e Par.* ‖ 10 qui eam L^1 *Par. et corr. e* quidam? *A*, *add.* quomodo *s. l.* L^3 ‖ 11 con**perit *A* ‖ 12 **cruci *A et sine ras. L* ‖ extirpanda *DE*, *nescio an recte* ‖ 14 edixerat (*sed* e *m. 2 s. l.*) *LA* ‖ finem LA^1 ‖ 15 duxerit *coni. Perizonius* ‖ 18 se iniuriis L^1A^1 ‖ 19 segniorem se D^2 *et edd.*, *sed* se *cogitatione supplend. e priore* se *ut IIII 1, 6; VIII 7 ext. 8 docui in ed. mai.* ‖ 20 prius *mecum inclusit Halm*, *at ueram scripturam nunc inserto postea* iterum *restituit Wensky p. 2 coll. IIII 8 ext. 1 et VIIII 11, 6* ‖ proeliũ triũ curatorũ conditione *L*, *litt.* lio triũ curiatũ ceterũ c̃dicione pu *in ras. m. 2 A* ‖ curiatium *dett.* ‖ iterum *om.* LA^1, ceterũ *in ras. A Halm* ‖ 22 atie* (e *in ras.*) A^1 ‖ 23 curiatis post mortẽ L^1, curiatis sponsi mortem (*litt.* sponsi mor *in ras.*) *A* ‖ 24 glodio *A*

lacrimas, quae *prae*propero amori dabantur. quem hoc nomine reum apud populum actum pater defendit. ita paulo propensior animus puellae ad memoriam futuri uiri et fratrem ferocem uindicem et uindictae tam rigidum adsensorem patrem habuit.

7. Consimili seueritate senatus postea usus Sp. Postumio Albino Q. Marcio Philippo consulibus mandauit ut de his, quae sacris Bacchanalium inceste usae fuerant, inquirerent. a quibus cum multae essent damnatae, in omnes cognati intra domos animaduerterunt, lateque patens opprobrii deformitas seueritate supplicii emendata est, quia, quantum ruboris ciuitati nostrae mulieres turpiter se gerendo incusserant, tantum laudis grauiter punitae adtulerunt.

8. Publicia autem, quae Postumium Albinum consulem, item Licinia, quae Claudium Asellum uiros suos ueneno necauerant, propinquorum decreto strangulatae sunt: non enim putauerunt seuerissimi uiri in tam euidenti scelere longum publicae quaestionis tempus expectandum. itaque quarum innocentium defensores fuissent, sontium mature uindices extiterunt.

9. Magno scelere horum seueritas ad exigendam uindictam concitata est, Egnati autem Meceni longe minore de causa, qui uxorem, quod uinum bibisset,

1 propero $L^1 A$ ‖ 3 propensio $L^1 A^1$, propens; *margo A* ‖ 4 uiri (*prior* i *corr.*) *L*, ueri A^1 ‖ 5 *an* rigidae? *nos et Gertz** ‖ 6 sp. *in ras. A*, spurio (*sed* s *m. 3 add.*) *L* ‖ 7 postumio *in ras. A* ‖ albinoque L^1, albino*q. (q *in ras.*) *A* ‖ 8 his *L A Par.*, iis *Halm*, ut eis *add. m. 1? margo L* ‖ incertae L^1 A^1, incestae A^2, incestu L^3 ‖ 10 cognati (*corr. m. 2? e* cognatae) *L*, cognitę A^1, cognatas L^3 *dett.* ‖ domos *L et dett. pleriq. ut VII 2 ext. 1*, domus *AC Halm* ‖ 12 supplicii (cii *in ras.*) *A* ‖ emendata est *L dett.*, dēpta est *in ras. m. 2 A* ‖ 15 publicia (*sed* a *s. l.*) *L*, Publica A^1, Publia *Par.* ‖ 16 asellum *L et dett*, ɴellum (*sed* ɴ *in ras.*) *A e Par.* ‖ uiros (*corr., ut uid., e* curros) *A* ‖ 18 strangylatae L^1, strangilatae A^1, stranguilatae A^2 *Par.* ‖ 19 quaesitionis A^1 ‖ 21 maturi A^2 ‖ 23 exiendam (*sed* gen. *in marg. add.*) *A* ‖ 24 ignati A^1 ‖ mecenii *margo A*, metelli *L A*, Metenius *est Paridi. cf. Plin. n. h. XIIII 13, 89* ‖ 25 maiore $L A^1$

fusti percussam interemit, idque factum non accusatore tantum, sed etiam reprehensore caruit, uno quoque existimante optimo illam exemplo uiolatae sobrietati poenas pependisse. et sane quaecumque femina uini usum immoderate appetit, omnibus et uirtutibus ianuam claudit et delictis aperit.

10. Horridum C. quoque Sulpicii Galli maritale supercilium: nam uxorem dimisit, quod eam capite aperto foris uersatam cognouerat, abscisa sententia, sed tamen aliqua ratione munita: 'lex enim' inquit 'tibi meos tantum praefinit oculos, quibus formam tuam adprobes. his decoris instrumenta conpara, his esto speciosa, horum te certiori crede notitiae. ulterior tui conspectus superuacua inritatione arcessitus in suspicione et crimine haereat necesse est'.

11. Nec aliter sensit Q. Antistius Vetus repudiando uxorem, quod illam in publico cum quadam libertina uulgari secreto loquentem uiderat: nam, ut ita dicam, incunabulis et nutrimentis culpae, non ipsa conmotus culpa citeriorem delicto praebuit ultionem, ut potius caueret iniuriam quam uindicaret.

12. Iungendus est his P. Sempronius Sophus, qui coniugem repudii nota adfecit, nihil aliud quam se ignorante ludos ausam spectare. ergo, dum sic olim feminis occurritur, mens earum a delictis aberat.

Ext. 1. Ceterum etsi Romana seueritatis exemplis totus terrarum orbis instrui potest, tamen externa summatim cognosse fastidio non sit. Lacedae-

1 fusti L^3 *et N. Heinsius. cf. Neue, Formenl. I p. 223*, furtĩ L^1, fustim *A*, fuste *Par. et Val. VIII 1 amb. 1* ‖ 3 sobrietati *LA*, *quod recte defend. Gertz p. 284*, sobrietatis *dett. Halm ut VII 2 ext. 17 et 3 ext. 7* ‖ 5 *"omnibus 'et (*notis transpos. m. 2 add.*) *A*, hominibus et $L^1 A^1$ ‖ 6 claudit (d *in ras.*) *L*, cladit A^1, *an ex* cludit? *Halm* ‖ 7 galli (*sed* alli *m. 3 s. l. add.*) *L*, gelli A^2 ‖ 8 suppliciũ L^3 ‖ 9 operto *Par.* ‖ 10 munita *CEF*, mota *LADΓ Halm* ‖ 11 et formam (*et in mrg. post* adprobes *add.* et placere desideres) L^3 ‖ 14 arcersitus *LA* ‖ 15 suspitione *A* ‖ 17 quidam A^1 ‖ 20 culpa* L^2 *A*, culpã L^1 ‖ probauit ultionem, *recte, ni fallor, Gertz** ‖ 22 p̃. *in ras. A* ‖ 23 repudii *in ras. m. 1, ut uid.*, *A* ‖ notã *A* ‖ 25 occurrebatur *margo A*

monii libros Archilochi e ciuitate sua exportari iusserunt, quod eorum parum uerecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur: noluerunt enim ea liberorum suorum animos imbui, ne plus moribus noceret quam ingeniis prodesset. itaque maximum poetam aut certe summo proximum, quia domum sibi inuisam obscenis maledictis lacerauerat, carminum exilio multarunt.

2. Athenienses autem Timagoran inter officium salutationis Dareum regem more gentis illius adulatum capitali supplicio adfecerunt, unius ciuis humilibus blanditiis totius urbis suae decus Persicae dominationi summissum grauiter ferentes.

3. Iam Cambyses inusitatae seueritatis, qui mali cuiusdam iudicis e corpore pellem detractam sellae intendi in eaque filium eius iudicaturum considere iussit. ceterum et rex et barbarus atroci ac noua poena iudicis ne quis postea corrumpi iudex posset prouidit.

IIII. GRAVITER DICTA AVT FACTA.

Magnam et bonam laudis partem in claris uiris etiam illa uindicant, quae aut ab his dicta grauiter aut facta pertinax memoria uiribus aeternis conprehendit. quorum ex abundanti copia nec parca nimis nec rursus auida manu quod magis desiderio satisfaciat quam satietati abundet hauriamus.

1. Ciuitate nostra Cannensi clade perculsa, cum admodum tenui filo suspensa rei publicae salus ex sociorum fide penderet, ut eorum animi ad imperium Romanum tuendum constantiores essent, maiori parti

1 libros *L dett. Par.*, *om.* A^1 ‖ archilochię ciu. L^1 ‖ e *om. Par.* ‖ 6 **summo *A* ‖ 7 obscoenis A^2 ‖ 9 timagoram *Par.* ‖ 10 darium *Par.*^{1} ‖ 13 ferentes] *add.* I. P. hic hab. titulū seq; *margo A* ‖ 16 intuendi L^1 *et, ut uid.*, A^1, intendit A^2 *e Par.* ‖ 18 iudici*s (s *in ras.*) *L*, iudicii A^1, *ut nos* A^2 *margo A* ‖ 20 GRAVITER — FACTA *in ras. A* ‖ 25 abida L^1A^1 ‖ 26 satietate *dett. multi* ‖ hariamus A^1 ‖ 28 filio L^1A^1 ‖ 29 animi (*extr.* i *m. 2 s. l.*) *L*

senatus principes Latinorum in ordinem suum sublegi placebat. Annius autem Campanus etiam consulem alterum Capua creari debere adseuerabat: sic contusus et aeger Romani imperii spiritus erat. tunc Manlius Torquatus filius eius, qui Latinos apud Veserim inclita pugna fuderat, quam poterat clara uoce denuntiauit, si quis sociorum inter patres conscriptos sententiam dicere ausus esset, continuo eum interempturum. hae unius minae et Romanorum languentibus animis calorem pristinum reddiderunt et Italiam ad ius ciuitatis nobiscum exaequandum consurgere passae non sunt: namque ut patris armis, ita uerbis filii fracta cessit.

Par illius quoque [et] Manli grauitas, cui cum consulatus [cum] omnium consensu deferretur eumque sub excusatione aduersae ualitudinis oculorum recusaret, instantibus cunctis 'alium' inquit, 'Quirites, quaerite, ad quem hunc honorem transferatis: nam si me gerere eum coegeritis, nec ego mores uestros ferre nec uos meum imperium perpeti poteritis'. priuati tam ponderosa uox: quam graues fasces consulis extitissent!

2. Nihilo segnior Scipionis Aemiliani aut in curia aut in contione grauitas. qui, cum haberet consortem censurae Mummium, ut nobilem, ita eneruis uitae, pro rostris dixit se ex maiestate rei publicae omnia gesturum, *si* sibi ciues uel dedissent collegam uel non dedissent.

1 princeps L^1A^1 ‖ 2 anius A^1 ‖ 3 capuę LA, *emendaui e Par.* ‖ 5 ueserim *Par.*, uesserim LA ‖ 6 indita L^1, inclyta A^2 *Par.* ‖ fuerat L^1 ‖ 8 diceret L^1 ‖ continuo] *add.* se L^3A^2 *Par.* ‖ 9 Haec A^1 ‖ 12 sint L^1 ‖ inquę (*corr. e* nāque) L^2 ‖ 14 et *expunct.* A, T. *Gelbke et Eberhard p. 163*, *at om. praenom. Par.* ‖ manlii A^2, *add.* I. P. torquati *margo A e Par.* ‖ cum coñs** omniū A, cum coñs. cum omnium (*corr. m. 3* consulatus) L ‖ 15 deferetur A^1 ‖ 17 quirites — transferatis *in infimo mrg. add. m. 1?* L ‖ 19 eum *om. Par.* ‖ cogeritis LA^1 ‖ 21 si priuati A^2 ‖ faces A ‖ 22 extitissent (nt *in ras.*) L ‖ 25 censurę* mummium LA, *fort.* L. Mummium *Halm*, *non habet praenom. Par. nec erat* l. *in ras.* ‖ 27 si *om.* L^1A^1, ac si sibi ciu. quem dedissent coll., non dedissent *non recte Wensky p. 11*

Idem, cum Ser. Sulpicius Galba et Aurelius consules in senatu contenderent uter aduersus Viriathum in Hispaniam mitteretur, ac magna inter patres conscriptos dissensio esset, omnibus quonam eius sententia inclinaretur expectantibus, 'neutrum' inquit 'mihi mitti placet, quia alter nihil habet, alteri nihil est satis', aeque malam licentis imperii magistram iudicans inopiam atque auaritiam. quo dicto ut neuter in prouinciam mitteretur obtinuit.

3. C. uero Popilius a senatu legatus ad Antiochum missus, ut bello se, quo Ptolemaeum lacessebat, abstineret, cum ad eum uenisset atque is prompto animo et amicissimo uultu dexteram ei porrexisset, inuicem illi suam porrigere noluit, sed tabellas senatus consultum continentis tradidit. quas ut legit Antiochus, dixit se cum amicis conlocuturum. indignatus Popilius, quod aliquam moram interposuisset, uirga solum, quo insistebat, denotauit et 'prius' inquit 'quam hoc circulo excedas da responsum, quod senatui referam'. non legatum locutum, sed ipsam curiam ante oculos positam crederes: continuo enim rex adfirmauit fore ne amplius de se Ptolemaeus quereretur, ac tum demum Popilius manum eius tamquam socii adprehendit. quam efficax est animi sermonisque abscisa grauitas! eodem momento Syriae regnum terruit, Aegypti texit.

4. P. autem Rutilii uerba pluris an facta aestimem nescio: nam utrisque aeque admirabile inest robur.

1 seruius *L A* ‖ gleba A^2 ‖ aur *L*, auř (*et s. l. add.* aurelius sic u.) A^2 *e Par.* ‖ Aurelius Cotta *non male Torrenius, at ut nos Par.* ‖ cons*in (*sed* in *m. 2 add.*) *A* ‖ 2 contenderent (te *m. 3 s. l.*) *L* ‖ uiriatum $L^2 A^2$ *Par.*, *at u. VIIII 6, 4* ‖ 6 qui alter A^1 ‖ 9 optinuit A^2 ‖ 10 C. *Par.*, C. ñ. *L*, C.N.*A* ‖ anthiocum $L A^1$ ‖ 11 *litt.* lo se quo** *in ras. A*, quo] *add.* popiliū *L* ‖ 11 ptolęmeum (*sic h. l.*) *L A* ‖ 12 his *A* ‖ 15 continentes L^3 *Par.* ‖ anthiocus $L A^1$ ‖ 16 conlocaturum A^1 ‖ 18 quod (*sed* d *expunct.*) *L*, I. P. quo instabat *margo A e Par.* ‖ inquid A^1 ‖ 22 ptolęmeus *L*, ptolomeus *A*, *u. ad p. 49,8* ‖ 23 quaereretur A^1 ‖ populius (*sic*) A^1 ‖ 27 pluris *Perizonius*, prius *L A Halm* ‖ 28 utriusq. $L A^1$

cum amici cuiusdam iniustae rogationi resisteret, atque is per summam indignationem dixisset 'quid ergo mihi [inquit] opus est amicitia tua, si quod rogo non facis?' respondit 'immo quid mihi tua, si propter te aliquid inhoneste facturus sum?' huic uoci consentanea illa opera, quod magis ordinum dissensione quam ulla culpa sua reus factus nec obsoletam uestem induit nec insignia senatoris deposuit nec supplices ad genua iudicum manus tetendit nec dixit quicquam splendore praeteritorum annorum humilius effecitque ut periculum non inpedimentum grauitatis eius esset, sed experimentum. atque etiam cum ei reditum in patriam Sullana uictoria praestaret, in exilio, ne quid aduersus leges faceret, remansit. quapropter felicitatis cognomen iustius quis moribus grauissimi uiri quam inpotentis armis adsignauerit: quod quidem Sulla rapuit, Rutilius meruit.

5. M. Brutus suarum prius uirtutum quam patriae parentis parricida — uno enim facto et illas in profundum praecipitauit et omnem nominis sui memoriam inexpiabili detestatione perfudit —, ultimum proelium initurus negantibus quibusdam id committi oportere 'fidenter' inquit 'in aciem descendo: hodie enim aut recte erit aut nihil curabo'. praesumserat uidelicet neque uiuere se sine uictoria neque mori sine securitate posse.

Ext. 1. Cuius mentio mihi subicit quod aduersus D. Brutum in Hispania grauiter dictum est referre: nam cum ei se tota paene Lusitania de*di*disset ac sola gentis eius urbs Cinginnia pertinaciter arma retineret, temptata redemptione propemodum uno ore

3 inquit *om. Par.*, *ego inclusi* ‖ 4 mihi tua] *add.* opus est *Par.* ‖ propter te (*corr. e* propte) *L* ‖ 6 dissentionē (˜ *eras.*) *L* ‖ 7 obsolitam $L^1 A^1$ ‖ 13 praesteneret $L^1 A^1$ ‖ 15 felicis *cod. Cauch.* (?) *Pighii* ‖ 16 insignauerit A^1, insigniuerit A^2, *ut nos L et dett.* ‖ 23 inquid A^1 ‖ 24 erit *LA*, *add.* I. P. ero *margo A e Par.* ‖ praesumpserat (p *s. l.*) *L* ‖ 27 subiacet $L^1 A$, subiycit L^3 ‖ 29 dedisset *LA*, *em. in dett.* ‖ 30 cinginnia A^2 *e Par.*, cinninia $L^1 A^1$, cinnania L^3 ‖ 31 ostentata *Perisonius*

legatis Bruti respondit ferrum sibi a maioribus, quo urbem tuerentur, non aurum, quo libertatem ab imperatore auaro emerent, relictum. melius sine dubio istud nostri sanguinis homines dixissent quam audissent.

2. Sed illos quidem natura in haec grauitatis uestigia deduxit, Socrates autem Graecae doctrinae clarissimum columen, cum Athenis causam diceret, defensionemque ei Lysias a se conpositam, qua in iudicio uteretur, recitasset demissam et supplicem, inminenti procellae adcommodatam, 'aufer' inquit 'quaeso istam: nam ego, si adduci possem ut eam in ultima Scythiae solitudine perorarem, tum me ipse morte multandum concederem'. spiritum contempsit, ne careret grauitate, maluitque Socrates extingui quam Lysias superesse.

3. Quantus hic in sapientia, tantus in armis Alexander illam uocem nobiliter edidit: Dareo enim uno iam et altero proelio uirtutem eius experto atque ideo et partem regni Tauro tenus monte et filiam in matrimonium cum decies centum milibus talentum pollicente, cum Parmenion dixisset se, si Alexander esset, usurum ea condicione, respondit 'et ego uterer, si Parmenion essem'. uocem duabus uictoriis respondentem dignamque cui tertia, sicut euenit, tribueretur.

4. Atque haec quidem et animi magnifici et prosperi status: illa uero, qua legati Lacedaemoniorum apud patrem eius miseram fortitudinis suae condicio-

4 istud A^2, stut $L^1 A^1$, sicut L^3 || hominis $L^1 A$ || 8 columē $L^1 A^1$ || dicturus esset *cod. Cauch.* *Γ Par.* || 9 quā L^1 || 10 dimissam *LA* || subplicem A^1 || 11 inminentiq: $L^3 A^2$ || au*fer (t *eras.*) *L* || inquid A^1 || 12 eam A^1, ea A^2 *Par.* || 13 scytiae *LA* || ipsū L^3 || 15 grauitatē $L^1 A^1$ || 16 *fort.* Lysiae artibus *Halm*, *at u. G. Becker in Fleckeis. ann. 1867 p. 338* || 18 nobiliter** (en *eras.*) *L*, nobilem (*sed* ilem *in ras. m. 3*) *A* || dario L^3 *Par.*[1] || 19 uirtutē (ē *in ras.*) *LA* || 20 et partem $L^2 D Γ$, et parte, *ut uid.*, L^1, ex parte *A* || 21 deicies A^1 || 22 pollicentem $L^1 A$ || 23 ea L^3 *et dett. mei*, ex L^1, hac L^2, se *in ras. A* || *litt.* condicio *in ras. A* || 27 prosperitatus L^1 || 29 fortitudinis *L et dett. mei omn.*, fortunae *in ras. m. 2 A*

nem testati sunt, gloriosior quam optabilior: intolerabilibus enim oneribus ciuitatem eorum inplicanti, si quid morte grauius imperare perseueraret, mortem se praelaturos responderunt.

5. Nec parum graue Spartani cuiusdam dictum, siquidem nobilitate et sanctitate praestans, sed in petitione magistratus uictus maximae sibi laetitiae esse praedicauit, quod aliquos patria sua se meliores uiros haberet. quo sermone repulsam honori adaequauit.

V. DE IVSTITIA.

Tempus est iustitiae quoque sancta penetralia adire, in quibus semper aequi ac probi facti respectus religiosa cum obseruatione uersatur et ubi studium uerecundiae, cupiditas rationi cedit nihilque utile, quod parum honestum uideri possit, ducitur. eius autem praecipuum et certissimum inter omnes gentes nostra ciuitas exemplum est.

1. Camillo consule Falerios circumsedente magister ludi plurimos et nobilissimos inde pueros uelut am*bul*andi gratia eductos in castra Romanorum perduxit. quibus interceptis non erat dubium quin Falisci deposita belli gerendi pertinacia tradituri se nostro imperatori essent. ea re senatus censuit ut pueri uinctum magistrum uirgis caedentes in patriam remitterentur. qua iustitia animi eorum sunt capti, quorum moenia expugnari non poterant: namque Falisci beneficio magis quam armis uicti portas Romanis aperuerunt.

Eadem ciuitas aliquotiens rebellando semper-

1 obtabilior A^1 ‖ 6 sed *nos, om.* L^1, et L^3A ‖ 7 petitio L^1 ‖ 11 *titulum om.* L^1A^1, *suppl.* L^3 *et margo* A ‖ 19 Falerios] *s. l. add.* faliscos L^3 ‖ circumsedentem A^1, circumsidente *Par.*, *ut nos* L ‖ 20 laudi A^1 ‖ uelud L^1A^1 ‖ 21 ambulandi $F\Gamma$, amandi LA ‖ 25 uictum L^1A^1 ‖ 30 aliquoties L, aliquotios A^1 ‖ rebellando] *post h. u. suppl.* hostilem animum professa *uel simile aliquid Gertz*, mancam enim esse sententiam et uerborum iuncturam. an Val., ut solet, gerund. ablat. pro partic. praes. posuit ut p. 41, 19; 76, 10; 77, 4 etc.?*

que aduersis contusa proeliis tandem se Q. Lutatio consuli dedere coacta est. aduersum quam saeuire cupiens populus Romanus, postquam a Papirio, cuius manu iubente consule uerba deditionis scripta erant, doctus est Faliscos non potestati, sed fidei se Romanorum conmisisse, omnem iram placida mente deposuit pariterque et uiribus odii, non sane facile uinci adsuetis, et uictoriae obsequio, quae promptissime licentiam subministrat, ne iustitiae suae deesset obstitit.

Idem, cum P. Claudius Camerinos ductu atque auspiciis suis captos sub hasta uendidisset, etsi aerarium pecunia, fines agris auctos animaduertebat, tamen, quod parum liquida fide id gestum ab imperatore uidebatur, maxima cura conquisitos redemit iisque habitandi gratia locum in Auentino adsignauit et praedia restituit. pecuniam etiam † non ad curiam sed sacraria aedificanda sacrificiaque facienda tribuit iustitiaeque promptissimo tenore effecit ut exitio suo laetari possent, quia sic renati erant.

Moenibus nostris et finitimis regionibus quae adhuc retuli * * *, quod sequitur per totum terrarum orbem manauit. Timochares Ambraciensis Fabricio consuli pollicitus est se Pyrrum ueneno per filium suum, qui potionibus eius praeerat, necaturum. ea res cum ad senatum esset delata, missis legatis Pyrrum monuit ut aduersus huius generis insidias cau-

4 iubentē L^1 ‖ 6 iram *margo* LA^2, rem L^1A^1 ‖ 10 P.] .p. * * *A* ‖ camerinos *L dett. et, ut uid.*, A^1, amerinos A^2 *Par. recte, ni fallor. cf. ed. meam mai. p. 499*, Arretinos *Linker in Fleckeis. ann. 1865 p. 402* ‖ 15 isq, A^1 ‖ aduentino L^1A, *ut nos* L^2 *Par.*, Arretino *Linker l. c.* ‖ 16 non ad luxuriam sed *non recte Foertsch I 23*, nouam ad curiam et *Linker*, ad curiam et (*om.* non) *ipse suspicatus eram*, non paruam ad c. et sacr. *Novak*, non ad ⟨tu⟩guria $\overset{o}{m}$ (= modo) *sed Gertz** ‖ 17 sed] *add.* ad *s. l.* A^2 ‖ 18 efficit A^1 ‖ 19 qui *Perizonius* ‖ 21 rettuli A^2 *Halm, post h. u. notaui lacunam, quam ipse coll. p. 48, 11 explendam censeo addito* cognita, *supplet* continentur *Gertz** ‖ 22 timoclares LA^1, timocrates *Par., at u. Gell. III 8, 1 et Mommsen Herm. I p. 210* ‖ 23 pirū L^1, 23 *et* 25 pyrrhum A^2

tius se gereret, memor urbem a filio Martis conditam armis bella, non uenenis gerere debere. Timocharis autem nomen suppressit, utroque modo aequitatem amplexus, quia nec hostem malo exemplo tollere neque eum, qui bene mereri paratus fuerat, prodere uoluit.

2. Summa iustitia in quattuor quoque tribunis pl. eodem tempore conspecta est: nam cum L. Atratino, sub quo duce aciem nostram apud Verruginem a Volscis inclinatam cum ceteris equitibus correxerant, diem ad populum L. Hortensius collega eorum dixisset, pro rostris iurauerunt in squalore se esse, quoad imperator ipsorum reus esset, futuros: non sustinuerunt enim egregii iuuenes, cuius armati periculum uulneribus et sanguine suo defenderant, eius togati ultimum discrimen potestatis insignia retinentes intueri. qua iustitia mota contio actione Hortensium desistere coegit: nec * se eo facto, quod sequitur, exhibuit.

3. Cum Ti. Gracchus et C. Claudius ob nimis seuere gestam censuram maiorem partem ciuitatis exasperassent, diem iis P. Popilius tribunus pl. perduellionis ad populum dixit, praeter communem consternationem priuata etiam ira accensus, quia necessarium eius Rutilium ex publico loco parietem demoliri iusserant. quo in iudicio primae classis permultae centuriae Claudium aperte damnabant, de Gracchi absolutione uniuersae consentire uidebantur.

2 thimocares *L*, thimochares *A* (*sed in utroq. libro* e *m. 2 mutat. in* i) ‖ 8 L. *LA Par.*, *sed* C. *est ap. Liu. IIII 42 et ipsum Val. III 2, 8* ‖ 9 ferruginem *LA Par.* ‖ 10 uolcis L^1A ‖ 12 se esse *LA*, esse futuros *Par.*, sese *Halm* ‖ 13 futuros *Γ Perizonius Halm*, futurus *LA Par.* ‖ 18 coegit (*corr. e* cogit) *LA* ‖ nec secus se *ipse conieci*, *alii lacunam aliter suppl.*: *add.* dissimilem *post* sequitur *margo A*, nec se etiam aliter *margo L et edd. uett.* ‖ 19 exibuit L^1 ‖ 20 Ti.] .t. *LA*, tiberius L^3 ‖ gra*chus *h. l. item 28 et p. 299, 5* c *eras. L* ‖ l. claudius *Par. at u. Liu. XLIII 16* ‖ 22 is A^1 ‖ P.] * (p̄ *eras. uid.*) *A*, .m. *margo A*, *praenom. om. Par.*, P. Rupilius *est ap. Liu. l. c.* ‖ 26 demoli L^1 A^1, demolire A^2 ‖ 27 dampnabant *L*

qui clara uoce iurauit, si de collega suo grauius esset iudicatum, in factis se paribus eandem cum illo poenam exilii subiturum, eaque iustitia tota illa tempestas ab utriusque fortunis et capite depulsa est: Claudium enim populus absoluit, Graccho causae dictionem Popilius remisit.

4. Magnam laudem et illud collegium tribunorum tulit, quod, cum unus ex eo L. Cotta fiducia sacrosanctae potestatis creditoribus suis satis facere nollet, decreuit, si neque solueret pecuniam neque daret cum quo sponsio fieret, se appellantibus eum creditoribus auxilio futurum, inicum ratum maiestatem publicam priuatae perfidiae obtentu esse. itaque Cottam in tribunatu quasi in aliquo sacrario latentem tribunicia inde iustitia extraxit.

5. Cuius ut ad alium aeque inlustrem actum transgrediar, Cn. Domitius tribunus pl. M. Scaurum principem ciuitatis in iudicium populi deuocauit, ut, si fortuna aspirasset, ruina, sin minus, certe ipsa obtrectatione amplissimi uiri incrementum claritatis adprehenderet. cuius opprimendi cum summo studio flagraret, seruus Scauri noctu ad eum peruenit, instructurum se eius accusationem multis et grauibus domini criminibus promittens. erat in eodem pectore *et* inimicus et Domitius [et dominus], diuersa aestimatione nefarium indicium perpendens. iustitia uicit odium: continuo enim et suis auribus obseratis et indicis ore clauso duci eum ad Scaurum iussit.

1 clasa, *ut uid.*, A^1 ‖ 2 eadem $L^1 A^1$ ‖ poenã (ã *in ras.*) *A* ‖ 6 m̃. popilius *LACEF*, m̀ *e proxima litt. ortam deleui*, p. popilius *DΓ* ‖ 9 creditori suo *Par.* ‖ nollent $L^1 A^1$ ‖ 11 creditori *Par.* ‖ 12 inicum L^1, iniquũ L^2 *Halm et in ras. A* ‖ ratus $L^1 A$ ‖ 13 obtentu L^1, optentui (*sed* p *ex* b *corr. et* i *in ras.*) *A*, obtentui L^3 *DΓ*, obtentũ *dett. cf.* exercitu *III 6, 1 et 7, 10*; consulatu *VI 9, 10*; adfectu *VIII 11 ext. 6. cf. Neue Formenl. I p. 366* ‖ 14 tribunitiã $L^1 A^1$ ‖ 15 iustitiã $L^1 A^1$ ‖ 16 eque *L* ‖ 19 ruinã *L*A^2 ‖ 20 obtrectatio *L* ‖ 25 et inimicus *Gertz p. 284, u. ad p. 102, 26* ‖ et dominus *punctat. m. 2 A*, *delend. esse uidit Perizonius*, *contra* et Domitius *delend. cens. G. Becker in Fleckeis. ann. 1867 p. 337* ‖ 26 indicium (ci *in ras.*) *L*, inditum A^1 ‖ 27 obseruatis $L^1 A^1$

accusatorem etiam reo suo, ne dicam diligendum, certe laudandum! quem populus cum propter alias uirtutes tum hoc nomine libentius et consulem et censorem et pontificem maximum fecit.

6. Nec aliter *se* L. Crassus in eodem iustitiae experimento gessit. Cn. Carbonis nomen infesto animo utpote inimicissimi sibi detulerat, sed tamen scrinium eius a seruo adlatum ad se, conplura continens, quibus facile opprimi posset, ut erat signatum cum seruo catenato ad eum remisit. quo pacto igitur inter amicos uiguisse tunc iustitiam credimus, cum inter accusatores quoque et reos tantum uirium obtinuisse uideamus?

7. Iam L. Sulla non se tam incolumem quam Sulpicium Rufum perditum uoluit, tribunicio furore eius sine ullo fine uexatus. ceterum cum eum proscriptum et in uilla latentem a seruo proditum conperisset, manu missum parricidam, ut fides edicti sui constaret, praecipitari protinus saxo Tarpeio cum illo scelere parto pilleo iussit, uictor alioquin insolens, hoc imperio iustissimus.

Ext. 1. Verum ne alienigenae iustitiae obliti uideamur, Pittacus Mitylenaeus, cuius aut meritis tantum ciues debuerunt aut moribus crediderunt, ut ei *suis* suffragiis tyrannidem deferrent, tam diu illud imperium sustinuit, quam diu bellum de Sigeo cum Atheniensibus gerendum fuit. postquam autem pax uictoria parta est, continuo reclamantibus Mitylenaeis deposuit, ne dominus ciuium ultra quam rei publicae necessitas exegerat permaneret. atque etiam cum recuperati agri dimidia pars consensu omnium

5 se *om. A et dett., possis etiam ante* gessit *supplere* || 10 ad dominum *Par.* || 14 Iam *L et sic, non ex corr. A*, nam *C Halm* || tam se *Gertz** || 18 fide se dicti *A*[1] || 19 constaret *2 codd. Torrenii, quod recepi. cf. VI 7, 3; II 9 in.*, extaret *LA Par. Halm* || I. P. praecipitari eum s. t. pilleatum iussit *margo A e Par.* || e saxo *L*[3] || 22 ne *om. A*[1] || 23 mityleneus *L Par.*, mytil. *A Halm* || 25 ei suis *nos et Gertz*. cf. Par.*, eis *LA*[1], eius *A*[2] || 26 sigaeo *LA* || 28 mytyleneis *LA* || 29 cium *A*[1] || 31 recuperari *A*[1]

offerretur, auertit animum ab eo munere deforme iudicans uirtutis gloriam magnitudine praedae minuere.

2. Alterius nunc mihi prudentia referenda est, ut alterius repraesentari iustitia possit. cum saluberrimo consilio Themistocles migrare Athenienses in classem coegisset Xerxeque rege et copiis eius Graecia pulsis ruinas patriae in pristinum habitum reformaret et opes clandestinis molitionibus ad principatum Graeciae capessendum nutriret, in contione dixit habere se rem deliberatione sua prouisam, quam si fortuna ad effectum perduci passa esset, nihil maius aut potentius Atheniensi populo futurum, sed eam uulgari non oportere, postulauitque ut aliquis sibi, cui illam tacite exponeret, daretur. datus est Aristides. is postquam rem cognouit, classem illum Lacedaemoniorum, quae tota apud Gytheum subducta erat, uelle incendere, ut ea consumpta dominatio maris ipsis cederet, processit ad ciues et retulit Themistoclen ut utile consilium, ita minime iustum animo uoluere. e uestigio uniuersa contio quod aecum non uideretur ne expedire quidem proclamauit ac protinus Themistoclen incepto iussit desistere.

3. Nihil illis etiam iustitiae exemplis fortius. Zaleucus urbe Locrensium a se saluberrimis atque utilissimis legibus munita, cum filius eius adulteri crimine damnatus secundum ius ab ipso constitutum utroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem patris necessitatem poenae adulescentulo remitteret, aliquamdiu repugnauit. ad ultimum populi precibus euictus suo prius, deinde filii oculo eruto usum uidendi utrisque reliquit. ita debitum supplicii

2 iudicant A^1 ‖ 6 themisthocles *L A* ‖ 8 gracia A^1 ‖ 12 fortuna adfectum (*corr. m. 2* ad adfect.) *A* ‖ 16 rem cognouit *Maduig II 326,* recognouit *L A Halm* ‖ 19 rettulit A^2 *Halm* ‖ 20 themitoclen L^1 A^1 *itemq. u. 23* L^1 ‖ 22 aecum L^1, aequum L^2 *A Halm* ‖ 27 adulterii A^2 *Par. et* ii *in ras.* *L* ‖ 28 dampnatus L^1 ‖ 31 aliquandiu (*sic semper fere*) *A* ‖ 33 uidendi

modum legi reddidit, aequitatis admirabili temperamento se inter misericordem patrem et iustum legislatorem partitus.

4. Sed aliquanto Charondae Thurii praefractior et abscisior iustitia. ad uim et cruorem usque seditiosas contiones ciuium pacauerat lege cauendo ut, si quis eas cum ferro intrasset, continuo interficeretur. interiecto deinde tempore e longinquo rure gladio cinctus domum repetens, subito indicta contione sic ut erat in eam processit, ab eoque, qui proxime constiterat, solutae a se legis suae admonitus 'idem' inquit 'ego illam sanciam' ac protinus ferro, quod habebat, destricto incubuit, cumque liceret culpam uel dissimulare uel errore defendere, poenam tamen repraesentare maluit, ne qua fraus iustitiae fieret.

VI. DE FIDE PVBLICA.

Cuius imagine ante oculos posita uenerabile fidei numen dexteram suam, certissimum salutis humanae pignus, ostentat. quam semper in nostra ciuitate uiguisse et omnes gentes senserunt et nos paucis exemplis recognoscamus.

1. Cum Ptolomaeus rex tutorem populum Romanum filio reliquisset, senatus M. Aemilium Lepi-

utrisq. *CE*, uidendi utriusq: *L*, "uidendi 'utrique *in ras. A e Par.*, uidendi utrique *Halm, at u. I 6, 13; V 4, 6; VII 3 ext. 5 (ubi tamen Par.* utriq.); *VIII 13, 3*

1 temporamento L^1 ‖ 4 aliquanto (*corr. e* do) *L et* to *in ras. A* ‖ charionde tyrii *L*, charondę syrii *in ras. A, sed* tyrii *margo A, scribend. uid.* Thurini *uel* Turini? *cf. I 8, 6; Liu. XXV 15, 6 et saepissime Plin. n. h.* ‖ praefra*tior et absi*sior *A* ‖ 6 contines A^1 ‖ leges L^1A ‖ 8 rure *LA*, itinere *Par., quod probat Busch p. 15* ‖ 11 constiterat (stite *in ras.*) *A*, consisterat L^1 ‖ legi L^1A^1 ‖ 12 inquid A^1 ‖ sauciam LA^1, sarciam A^2 ‖ 14 errorẽ (˜ *m. 2 add. uid.*) *A* ‖ 18 imaginem — positã L^1A ‖ 19 certissimam L^1A ‖ 20 ostentat L^3 *et dett.*, ostendant (n *expunct.*) L^1, ostendat (*ultima* t *in ras.*) *A* ‖ 22 recognoscemus *Perizonius* ‖ 23 ptolomęus *L Par.*, ptolęmeus *A, u. ad I 8, 9* ‖ 24 filio suo *Par.*

dum pontificem maximum, bis consulem, ad pueri tutelam gerendam Alexandriam misit, amplissimique et integerrimi uiri sanctitatem rei publicae usibus et sacris operatam externae procurationi uacare uoluit, ne fides ciuitatis nostrae frustra petita existimaretur. cuius beneficio regia incunabula conseruata pariter ac decorata incertum Ptolomaeo reddiderunt patrisne fortuna magis an tutorum maiestate gloriari deberet.

2. Speciosa illa quoque Romana fides. ingenti Poenorum classe circa Siciliam deuicta duces eius fractis animis consilia petendae pacis·agitabant. quorum Hamilcar ire se ad consules negabat audere, ne eodem modo catenae sibi inicerentur, quo ab ipsis Cornelio Asinae consuli fuerant iniectae. Hanno autem, certior Romani animi aestimator, nihil tale timendum ratus maxima cum fiducia ad conloquium eorum tetendit. apud quos cum de fine belli ageret, et tribunus militum ei dixisset posse illi merito euenire quod Cornelio accidisset, uterque consul tribuno tacere iusso 'isto te' inquit 'metu, Hanno, fides ciuitatis nostrae liberat'. claros illos fecerat tantum hostium ducem uincire potuisse, sed multo clariores fecit noluisse.

3. Aduersus eosdem hostes parem fidem in iure legationis tuendo patres conscripti exhibuere: M. enim Aemilio Lepido, L. Flaminio consulibus L. Minucium et L. Manlium Karthaginiensium legatis, quia manus his attulerant, per fetiales *a M.* Claudio praetore dedendos curauerunt. se tunc senatus, non eos, quibus hoc praestabatur, aspexit.

2 alexandria *A*[1] ‖ 4 cōparatā *L*[3] ‖ exterrae *A*[1] ‖ uacare (a *post* c *in ras.*) *L*, uacere *A*[1] ‖ 7 Ptolomeo *L*, ptolemeo *A* ‖ 8 tutorum *L*[3]*CF*, tutorem *L*[1], tutoris (*sed* is *in ras.*) *A* ‖ 10 poenarum *A*[1] ‖ deuicta *Par.*, deducta *LA* ‖ 12 humilcar *A* ‖ 13 adipsis *A*[1] ‖ 15 romanorum morum *Par.*, *quae uera lectio uid. Halmio em. Val. p. 12* ‖ 22 uincere *LA*, *em. Ian. Parrhasius* ‖ 25 exhibere *L*[1]*A*[1] ‖ 26 L. *A Par. at* C. *est Liuio XXXVIII 42 et in fastis a. 567* ‖ flāmino *A*, flaminino *Par.*, *ut nos L* ‖ minutium *LA* ‖ 27 legatio *L*[1]*A*[1] ‖ 28 intulerant *Par.* ‖ a M. *om. LA*, *suppleui e Par.* ‖ claudio (u *s. l.*, i *in ras.*) *L* ‖ 29 dedendo *A*[1]

4. Cuius exemplum superior Africanus secutus, cum onustam multis et inlustribus Karthaginiensium uiris nauem in suam potestatem redegisset, inuiolatam dimisit, quia se legatos ad eum missos dicebant, tametsi manifestum erat illos uitandi praesentis periculi gratia falsum legationis nomen amplecti, ut Romani imperatoris potius decepta fides quam frustra implorata iudicaretur.

5. Repraesentemus etiam illud senatus nullo modo praetermittendum opus. legatos ab urbe Apollonia Romam missos Q. Fabius, Cn. Apronius aedili*cii* orta contentione pulsauerunt. quod ubi conperit, continuo eos per fetiales legatis de*di*dit quaestoremque cum his Brundisium ire iussit, ne quam in itinere a cognatis deditorum iniuriam acciperent. illam curiam mortalium quis concilium ac non Fidei templum dixerit? quam ut ciuitas nostra semper benignam praestitit, ita in sociorum quoque animis constantem recognouit.

Ext. 1. Post duorum in Hispania Scipionum totidemque Romani sanguinis exercituum miserabilem stragem Saguntini uictricibus Hannibalis armis intra moenia urbis suae conpulsi, cum vim Punicam ulterius nequirent arcere, collatis in forum quae unicuique erant carissima atque undique circumdatis accensisque ignis nutrimentis, ne a societate nostra desciscerent, publico et communi rogo semet ipsi superiecerunt. crediderim tunc ipsam Fidem humana negotia speculantem maestum gessisse uultum, perseuerantissimum sui cultum iniquae fortunae iudicio tam acerbo exitu damnatum cernentem.

1 secut' (t' *in ras.*) *L*, secus A^1 || 2 inlustrium L^1A^1 || 3 inuolutam A^1 || 7 frusta A^1 || 11 et cn. *Par.* || aedilicii *margo A e Par.*, edilis (s *m. 3 add.*) *L*, ȩdili *A* || 12 pulsauerant *Perizonius*, *ut nos etiam Par.* || conceperit A^1 || 13 dedidit L^2A^2 *Par.*, dedit L^1A^1 || 14 iis *Halm* || itenere L^1 || 16 ac non *Pighius*, *Foertsch I 23*, annon *LA*, an *Perizonius* || 18 sotiorum *LA* || 22 sagutini L^1 *et, ut uid.*, A^1 || 27 desisterent *LA*, defic: *margo A*, *em. Pighius e cod. Susiano. cf. VII 6, 2* || ipsos L^3 || 28 humanā A^1 || 29 aestum L^1A^1 || 31 aceruo L^1A^1

2. Idem praestando Petelini eundem laudis honorem meruerunt. ab Hannibale, quia deficere nostra amicitia noluerant, obsessi legatos ad senatum auxilium inplorantes miserunt. quibus propter recentem Cannensem cladem succurri non potuit. ceterum permissum est uti facerent quod utilissimum incolumitati ipsorum uideretur. liberum ergo erat Karthaginiensium gratiam amplecti. illi tamen feminis omnique aetate inbelli urbe egesta, quo diutius armati famem traherent, pertinacissime in muris constiterunt, expirauitque prius eorum tota ciuitas quam ulla ex parte respectum Romanae societatis deposuit. itaque Hannibali non Peteliam, sed fidum Peteliae sepulcrum capere contigit.

VII. DE FIDE VXORVM ERGA VIROS.

1. Atque ut uxoriam quoque fidem attingamus, Tertia Aemilia, Africani prioris uxor, mater Corneliae Gracchorum, tantae fuit comitatis et patientiae, ut, cum sciret uiro suo ancillulam ex suis gratam esse, dissimulauerit, ne domitorem orbis Africanum femina † magnum uirum inpatientiae reum ageret, tantumque a uindicta mens eius afuit, ut post mor-

1 petilini *LA*, *emendaui e Par.* ‖ 2 a nostra amicitia A^2 *Halm*, nostrã amicitiã LA^1, *fort.* destituere (*uel* deserere) nostram amicitiam *Halm; at praepos.* a *abesse posse doc. Foertsch II 28 coll. Liu. I 24, 7. cf. Blaum p. 19* ‖ 6 uti *Par.*, ut ei *LA* ‖ incolomitati LA^1 ‖ 9 aetati A^1 ‖ diutius *Pighius e codd.* (?), tutius *LA dett. mei omn.* ‖ 13 petiliam *et* petiliae *LA* ‖ 14 sepulchrum A^1 *Halm* ‖ 15 DE FIDE — VIROS *in ras. m. 2 A*, *titulum post* attingamus *habet L* ‖ ERGA VIROS *om. Par* ‖ 16 Atque — tertia *in ras. m. 2 A* ‖ 17 corneli et gr. A^2 ‖ 18 grachorum *L* ‖ 21 inpotentiae *Lipsius, quod prob. Foertsch II 28 et Halm*, ⟨indecentis⟩ intemperantiae? *Gertz**, inpudicitiae, incontinentiae *alii*, *at* magnum uirum *superuacaneum esse post* domitorem orb. Afric. *recte iudicat Wensky p. 11*, *qui coni.* magni uiri impatientior. *equidem desidero aliquid, quod ut femina domitori Africae, sic magno uiro opponatur. fort.* ne domitorem o. A. femina, magnum uirum ⟨muliebris⟩ inpatientia (*uel* inpotentia?) reum ageret ‖ 22 mens (s *in ras.*) ei: (*i. e.* eius) afuit *in ras. paulo maiore A*, mendesseam fuit *L*

tem Africani manu missam ancillam in matrimonium liberto suo daret.

2. Q. Lucretium proscriptum a triumuiris uxor Turia inter cameram et tectum cubiculi abditum una conscia ancillula ab inminente exitio non sine magno periculo suo tutum praestitit singularique fide id egit, ut, cum ceteri proscripti in alienis et hostilibus regionibus per summos corporis et animi cruciatus uix euaderent, ille in cubiculo et in coniugis sinu salutem retineret.

3. Sulpicia autem, cum a matre Iulia diligentissime custodiretur, ne Lentulum Cruscellionem, uirum suum proscriptum a triumuiris in Siciliam persequeretur, nihilo minus famulari ueste sumpta cum duabus ancillis totidemque seruis ad eum clandestina fuga peruenit nec recusauit se ipsam proscribere, ut ei fides sua in coniuge proscripto constaret.

VIII. DE FIDE SERVORVM.

Restat ut seruorum etiam erga dominos quo minus expectatam hoc laudabiliorem fidem referamus.

1. M. Antonius auorum nostrorum temporibus clarissimus orator incesti reus agebatur. cuius in iudicio accusatores seruum in quaestionem perseuerantissime postulabant, quod ab eo, cum ad stuprum irent, lanternam praelatam contenderent. erat autem is etiam tum inberbis et stabat *in* corona uidebat-

4 tyria A^2 *e Par., fort.* Turcia *Halm; at u. C. I. L. II 1890 et 1891* ‖ 5 ancilla *Par.* ‖ 9 uix] *ante h. u. addend. cens.* exitium *uel simile aliq. Gertz p. 284* ‖ 12 cruscilionem A^2 *e Par.* ‖ 13 Siciliam] *add.* I. P. transeuntem *margo A e Par., qui* et in siciliam transeuntem *habet* ‖ persequeretur *L*, psequeretur (*sic*) $A^1 C \Gamma$, sequeretur A^2 *Par.*, prosequeretur *D E Halm; at u. Cic. Verr. V 35, 91. Terent. Andr. V 4, 32 et Donat. ad h. l.* ‖ 14 familiari *L* A^1 *corr. e Par.* ‖ 15 clãdestina L^1, clandestina — 19 dominos quo *in ras. m. 2 A* ‖ 17 coniugem proscriptum *Eberhard p. 164* ‖ 18 *titulum om. L* ‖ 23 perseuerantē *Par.*[1] ‖ 25 irent *L et sic sine litura A*, iret *Halm*, iretur *Par.*, *quod probat Gertz** ‖ la*ternam (n *eras.*) *A* ‖ 26 stabant *L et* n *induct. A* ‖ in corona *G. Becker in*

que rem ad suos cruciatus pertinere, nec tamen eos fugitauit. ille uero, ut domum quoque uentum est, Antonium hoc nomine uehementius confusum et sollicitum ultro est hortatus ut se iudicibus torquendum traderet, adfirmans nullum ore suo uerbum exiturum, quo causa eius laederetur, ac promissi fidem mira patientia praestitit: plurimis etenim laceratus uerberibus eculeoque inpositus, candentibus etiam lamminis ustus omnem uim accusationis custodita rei salute subuertit. argui fortuna merito potest, quod tam pium et tam fortem spiritum seruili nomine inclusit.

2. Consulem autem C. Marium Praenestinae obsidionis miserabilem exitum sortitum, cuniculi latebris frustra euadere conatum leuique uulnere a Telesino, cum quo conmori destinauerat, perstrictum seruus suus, ut Sullanae crudelitatis expertem faceret, gladio traiectum interemit, cum magna praemia sibi proposita uideret, si eum uictoribus tradidisset. cuius dexterae tam opportunum ministerium nihil eorum pietati cedit, a quibus salus dominorum protecta est, quia eo tempore Mario non uita, sed mors in beneficio reposita erat.

3. Aeque inlustre quod sequitur. C. Gracchus, ne in potestatem inimicorum perueniret, Philocrati seruo suo ceruices incidendas praebuit. quas cum celeri ictu abscidisset, gladium cruore domini ma-

Fleckeis. ann. 1867 p. 338 coll. Cic. de fin. II 22,74 et Madvig II 326 coll. VIII 10, 2, corona (*sine* in) *L C*, coronã *A*¹, coram *A*² *Halm* ‖ uidebantq. (*sed* n *induct.*) *A*

6 promissi fidem *ed. Ven. 1478, et corr. e* promis idem *L*, proximidẽ *A*¹, proxime idẽ *A*² ‖ 7 etenim *Lipsius*, etiam *L A dett. fere omn.*, enim *dett. pauci Halm* ‖ 8 cadentibus *A*¹ ‖ 9 accusatorum *margo A* ‖ 10 rei *A*, heri *coni. Eberhard p. 163, at u. Busch p. 14* ‖ 16 quo mori *probabiliter Novak e Par.* ‖ 17 syllene *A*¹, syllanę *L A*² ‖ 20 oportunum *L*²*A* ‖ 22 non (*ultima* n *m. 2 add.*) *L A* ‖ uita sed *in ras. A* ‖ mors *in ras. A*, mo*s (r *m. 2 s. l. add.*) *L* ‖ 24 *et p. 308, 6* gra*chus *L* ‖ 25 potestate *A* ‖ 27 manantem *L*²*C E F*, manentem *L*¹*A*¹, madentem *A*². *cf. II 7, 6; VI 9 ext. 5*

nantem per sua egit praecordia. Euporum alii hunc uocitatum existimant: ego de nomine nihil disputo, famularis tantum modo fidei robur admiror. cuius si praesentiam animi generosus iuuenis imitatus foret, suo, non serui beneficio inminentia supplicia uitasset: nunc conmisit ut Philocratis quam Gracchi cadauer speciosius iaceret.

4. Alia nobilitas, alius furor, sed fidei par exemplum. Pindarus *C.* Cassium Philippensi proelio uictum, nuper ab eo manu missus, iussu ipsius obtruncatum insultationi hostium subtraxit seque e conspectu hominum uoluntaria morte abstulit ita, ut ne corpus quidem eius absumpti inueniretur. quis deorum grauissimi sceleris ultor illam dexteram, quae in necem patriae parentis exarserat, tanto torpore inligauit, ut se tremibunda Pindari genibus summitteret, ne publici parricidii quas merebatur poenas arbitrio piae uictoriae exsolueret? tu profecto tunc, diue Iuli, caelestibus tuis uulneribus debitam exegisti uindictam, perfidum erga te caput sordidi auxilii supplex fieri cogendo, eo animi aestu conpulsum, ut neque retinere uitam uellet neque finire sua manu auderet.

5. Adiunxit se his cladibus C. Plotius Plancus Munatii Planci consularis et censorii frater. qui, cum a triumuiris proscriptus in regione Salernitana lateret, delicatiore uitae genere et odore unguenti

1 euporũ (*sed* porũ *in ras.*) *A*. eum porum *L et dett.*, Euparus *est in cod. Par.* || ali A^1 || 6 et nunc A^1 || philocrates LA^1 || 9 C. *praenom. om. LA, suppleui e Par.* || assium A^1 || 11 insultationi* (*ultima* i *in ras.*) *A et corr. ex* insultationum? *L* || 13 nec corpus *LA* || adsumpti LA^1 || 14 quae *add. margo A, om.* A^1 || 15 corpore (*sic*) A^1, in corpore ligauit *L* || 16 tremebunda L^2 || 18 pii uictoris A^2 || 19 iulia *A* || exigisti $L^1 A^1$ || 20 sordidis A^2 || auxiliis $L^1 A$, mancipii *coni. Wensky 1884 p.787* || 24 adiuncxit (c *eras.*) *L* || se *L*, *om. A et dett. fort.* his se cl. *Halm* || C. *om. Par.*, L. *Plin. n. h. XIII 3, 5, 25 et Solin. 46 p. 196 Momms.* || plotinus *LA*, *om. Par.*, *qui habet*: plancus munatius, planci munatii frater || 25 plan.consularis (*sic*) *A* || 26 salonitana *margo A Par. at u. Plin. l. c.* || 27 ungenti A^1

occultam salutis custodiam detexit: istis enim uestigiis eorum, qui miseros persequebantur, sagax inducta cura abditum fugae eius cubile odorata est. a quibus conprehensi serui latentis multumque ac diu torti negabant se scire ubi dominus esset. non sustinuit deinde Plancus tam fideles tamque boni exempli seruos ulterius cruciari, sed processit in medium iugulumque gladiis militum obiecit. quod certamen mutuae beniuolentiae arduum dinosci facit utrum dignior dominus fuerit, qui tam constantem seruorum fidem experiretur, an serui, qui tam iusta domini misericordia quaestionis saeuitia liberarentur.

6. Quid Vrbini Panapionis seruus, quam admirabilis fidei! cum ad dominum proscriptum occidendum domesticorum indicio certiores factos milites in Reatinam uillam uenisse cognosset, conmutata cum eo ueste, permutato etiam anulo illum postico clam emisit, se autem in cubiculum ac lectulum recepit et ut Panapionem occidi passus est. breuis huius facti narratio, sed non parua materia laudationis: nam si quis ante oculos ponere uelit subitum militum adcursum, conuulsa ianuae claustra, minacem uocem, truces uultus, fulgentia arma, rem uera aestimatione prosequetur, nec quam cito dicitur aliquem pro alio mori uoluisse, tam id ex facili etiam fieri potuisse arbitrabitur. Panapio autem quantum seruo deberet amplum ei faciendo monumentum ac testimonium pietatis grato titulo reddendo confessus est.

7. Contentus essem huius exemplis generis, nisi unum me *a*dicere admiratio facti cogeret. Antius Restio proscriptus a triumuiris, cum omnes dome-

4 latentes *L A*, *em. Perizonius* ‖ 13 urbini *L D Γ*, urbani *C E F*, uruon (*sed* uon *in ras.*) *A e Par.*, Vrbinus *est Macrob. Sat. I 11, 16* ‖ panapionis *A*[2] *Par.* (*et sic u. 19 L A*), panopionis *h. l. et u. 26* panopio *L A*[1] ‖ 15 certior rei factus *A*[2] ‖ 17 anullo *A*[1] ‖ 21 ante *s. l. m. 1 L* ‖ 23 aestimationem *L A*[1] ‖ 24 prosequeretur (re *induct.*) *A* ‖ 26 arbitrabitur *L et dett. mei omn.*, mirabitur *in ras. A* ‖ 29 huius *L A*[1], his huius *A*[2], *quod recte, ni fallor, probat Gertz** ‖ 30 adicere *Perizonius*, dicere *L A*

sticos circa rapinam et praedam occupatos uideret, quam maxime poterat dissimulata fuga se penatibus suis intempesta nocte subduxit. cuius furtiuum egressum seruos ab eo uinculorum poena coercitus inexpiabilique litterarum nota per summam oris contumeliam inustus curiosis speculatus oculis ac uestigia huc atque illuc errantia beniuolo studio subsecutus lateri uoluntarius comes adrepsit. quo quidem tam exquisito tamque ancipiti officio perfectissimum *in*expectatae pietatis cumulum expleuerat: his enim, quorum felicior in domo status fuerat, lucro intentis ipse, nihil quam umbra et imago suppliciorum suorum, maximum esse emolumentum eius, a quo tam grauiter punitus erat, salutem iudicauit, cumque abunde foret iram remittere, adiecit etiam caritatem. nec hactenus beniuolentia processit, sed in eo conseruando mira quoque arte usus est: nam ut sensit cupidos sanguinis milites superuenire, amoto domino rogum extruxit eique egentem a se conprehensum et occisum senem superiecit. interrogantibus deinde militibus ubinam esset Antius manum rogo intentans ibi illum datis sibi crudelitatis piaculis uri respondit. quia ueri similia loquebatur, habita est uoci fides. quo euenit ut Antius tutam quaerendae incolumitatis occasionem adsequeretur.

3 in tempestate $L^1 A^1$ ‖ furtium $L^1 A^1$ ‖ 4 seruus $L^2 A^2$ ‖ cohercitus $L^1 A^1$ ‖ 9 ancipiti* L, ancipici A^1 ‖ inexpectatae *nos e coni. Perizonii. cf. p. 270, 9 et 306, 20*, expectatę $L A$, spectatae *pauci dett. Halm*, insperatae *Gertz** ‖ 10 iis *Halm* ‖ 12 ipse] *add.* cum A^2 ‖ nihil] *add.* aliud *dett. mei omn. et* A^2, *nescio an recte. cf. tamen Suet. Claud. 10, 10* ‖ 13 esse $L^2 \Gamma$, esset $L^1 A$ ‖ 14 salutem] *add.* suam A^2 ‖ 16 actenus A^1 ‖ 18 cupido A^1 ‖ 19 egentem] ardenti *Par.* ‖ conprensum *Par.* ‖ 23 uiri A^1 ‖ 24 tutam *Maduig II 327*, statum $L^1 A$, statim L^2 *dett. Halm* ‖ 25 incolomitatis $L A^1$ ‖ occisionem A^1, occasione A^2

VIIII. DE MVTATIONE MORVM AVT FORTVNAE.

Multum animis hominum et fiduciae adicere et sollicitudinis detrahere potest morum ac fortunae in claris uiris recognita mutatio, siue nostros status siue proximorum [ingenia] contemplemur: nam cum aliorum fortunas spectando ex condicione abiecta atque contempta emersisse claritatem uideamus, quid aberit quin et ipsi meliora de nobis semper cogitemus, memores stultum esse perpetuae infelicitatis se praedamnare spemque, quae etiam incerta recte fouetur, interdum certam in desperationem conuertere?

1. Manlius Torquatus adeo hebetis atque obtunsi cordis inter initia iuuentae existimatus, ut a patre L. Manlio amplissimo uiro, quia et domesticis et rei publicae usibus inutilis uidebatur, rus relegatus agresti opere fatigaretur, postmodum patrem reum iudiciali periculo liberauit, filium uictorem, quod aduersus imperium suum cum hoste manum conseruerat, securi percussit, patriam Latino tumultu fessam speciosissimo triumpho recreauit, in hoc, credo, [ne] fortunae nubilo adulescentiae contemptu perfusus, quo senectutis eius decus lucidius enitesceret.

2. Scipio autem Africanus superior, quem di immortales nasci uoluerunt, ut esset in quo uirtus

1 DE MVTATIONE — Multum *in ras. A* ‖ AVT FORTVNAE *om. Par.* ‖ 6 ingenia *merito suspect. Gertzio* inclusi* ‖ 7 spectando ex *L et in ras. A*, spectando et ex *dett.* ‖ condicione (*sic h. l.*) *A* ‖ 11 sepe damnare *L*, saepe (*sed* pe *m. 2 corr. in* prę) dampnare *A* ‖ spemqueque etiam L^1 *et litt.* que quae etiam *in ras. A* ‖ 12 foueto L^1 ‖ 14 hebitis (e *corr.*) *L*, habetis A^1 ‖ obtunsi A^2 *Par. ut VII 3, 2*, obtusi LA^1 ‖ 15 existimatus] *add.* est *Par.* ‖ 16 manlio (n *s. l.*) *L* ‖ qui et A^1 ‖ 17 rus** (*corr., ut uid., e* rursus) *L* ‖ 18 patrem *om. Par.* ‖ 19 iudicati L^1A^1 ‖ 20 aduersus *s. l. L* ‖ conseruerat (erat *in ras.*) *A* ‖ 21 tumultum L^1A^1 ‖ 23 ne *eras. in L et punctat. in A*, malignae *Γ*, *om. dett. pleriq.*, ore *Foertsch II 28 Halm, ego inclusi. cf. ed. meam mai.* ‖ perfusum A^2 ‖ 25 dii A^2

se per omnes numeros hominibus efficaciter ostenderet, solutioris uitae primos adulescentiae annos egisse fertur, remotos quidem a luxuriae crimine, sed tamen Punicis tropaeis, deuictae Karthaginis ceruicibus inposito iugo teneriores.

3. C. quoque Valerius Flaccus secundi Punici belli temporibus luxu perditam adulescentiam inchoauit. ceterum a P. Licinio pontifice maximo flamen factus, quo facilius a uitiis recederet, ad curam sacrorum et caerimoniarum conuerso animo, usus duce frugalitatis religione, quantum prius luxuriae fuerat exemplum, tantum postea modestiae et sanctitatis specimen euasit.

4. Nihil Q. Fabio Maximo, qui Gallica uictoria cognomen Allobrogi*ci* sibimet ac posteris peperit, adulescente magis infame, nihil eodem sene ornatius aut speciosius illo saeculo nostra ciuitas habuit.

5. Quis ignorat Q. Catuli auctoritatem in maximo clarissimorum uirorum prouentu excelsum gradum obtinuisse? cuius si superior aetas reuoluatur, multi lusus, multae deliciae reperiantur. quae quidem ei inpedimento non fuerunt quo minus patriae princeps existeret, nomenque eius in Capitolino fastigio fulgeret ac uirtute ciuile bellum ingenti motu oriens sepeliret.

6. L. uero Sulla usque ad quaesturae suae comitia uitam libidine, uino, ludicrae artis amore inquinatam perduxit. quapropter C. Marius consul moleste tulisse traditur, quod sibi asperrimum in

1 se per A^{2}, per (*om.* se) *L*, super A^{1} ‖ ostenderet̃ *L* ‖ 3 fertus A^{1} ‖ luxoriae A^{1} ‖ 4 tropeis *LA* ‖ 5 *an* tenuiores *ut p. 151, 3* ‖ 10 cerimoniarum *A* ‖ 11 fragilitatis A^{1} *et, ut uid.,* L^{1} ‖ regione $L^{1}A$ ‖ luxoriae *LA* ‖ 15 allobrogi *LA* ‖ 18 auctoritatem et in, *ut uid.,* A^{1}, auctoritatẽ ** in A^{2}, *ut nos L* ‖ 19 prouectu $L^{1}A^{1}$ ‖ 21 luxus *edd. ante Halm* ‖ delitiae *A* ‖ repperiantur $L^{1}A^{1}$, reperientur $L^{2}A^{2}$ ‖ 25 sepeliret] *add.* I. P. DE MVTATIONE FORTVNAE *margo A e Par.* ‖ 26 comiti auita A^{1} ‖ 28 marium cons̃ *LA Halm*, Marius consul *nos. cf. I 1, 17; 5, 1; IIII 7, 7; VIII 8, 2, et sic semper Val. post praesens tempus*

Africa bellum gerenti tam delicatus quaestor sorte obuenisset. eiusdem uirtus quasi perruptis et disiectis nequitiae, qua obsidebatur, claustris catenas Iugurthae manibus iniecit, Mitridatem conpescuit, socialis belli fluctus repressit, Cinnae dominationem fregit eumque, qui se in Africa quaestorem fastidierat, ipsam illam prouinciam proscriptum et exulem petere coegit. quae tam diuersa tamque inter se contraria si quis apud animum suum attentiore conparatione expendere uelit, duos in uno homine Sullas fuisse crediderit, turpem adulescentulum et uirum, dicerem fortem, nisi ipse *se* felicem appellari maluisset.

7. Atque ut nobilitati, beneficio paenitentiae se ipsam admonitae respicere, altiora modo suo sperare ausos subtexamus, T. Aufidius, cum Asiatici publici exiguam admodum particulam habuisset, postea totam Asiam proconsulari imperio obtinuit. nec indignati sunt socii eius parere fascibus, quem aliena tribunalia adulantem uiderant. gessit etiam se integerrime atque splendidissime. quo quidem modo demonstrauit pristinum quaestum suum fortunae, praesens uero dignitatis incrementum moribus ipsius inputari debere.

8. At P. Rupilius non publicanum in Sicilia egit, sed operas publicanis dedit. idem ultimam inopiam suam auctorato sociis officio sustentauit. ab hoc postmodum consule leges uniuersi Siculi acceperunt acerbissimoque praedonum ac fugitiuorum bello li-

1 africā $L^1 A$ ‖ 3 obsiderebatur $L^1 A^1$ ‖ 4 iugurthę *in ras. m. 2* A ‖ 5 luctus L *et* (*sic*) A^1 *dett.* ‖ 7 et A^2, ex A^1 ‖ 10 homone A^1 ‖ 12 se *om.* LA ‖ felicem *s. l. m. 2 add., om.* L^1 ‖ 14 nobilitati *nos cum I. F. Gronouio*, nobilitatis $L^1 A^1$, nobilitate A^2, nobilitatē L^3 ‖ 15 ipsum $L^1 A^1$ ‖ adomonit* A^1, admonui* A^2, admonuimus L^3 ‖ 16 ausus $L^1 A^1$ ‖ Titus LA, P. *Par.* ‖ 18 optinuit A^2 ‖ 19 parare L^1 ‖ 20 adul: trib (*sic*) *margo* A ‖ 21 quo quidem *nos*, quoq. id LA ‖ 23 ** suis (*corr. ex* ipsius) L ‖ 25 rutilius LA ‖ 26 idem LA, id est *Lipsius, at u. Torrenium* ‖ 27 ab $L^2 A^2$, ad $L^1 A^1$ ‖ 28 *coñs. m *eras. uid. in* L, p *uel* o *in* A, *an* proconsule? ‖ 29 aceruissimoq. $L^1 A^1$

berati sunt. portus ipsos, si quis modo mutis rebus inest sensus, tantam in eodem homine uarietatem status admiratos arbitror: quem enim diurnas capturas exigentem animaduerterant, eundem iura dantem classesque et exercitus regentem uiderunt.

9. Huic tanto incremento maius adiciam. Asculo capto Cn. Pompei*us* Magni pater P. Ventidium aetate *in*puberem in triumpho suo populi oculis subiecit. hic est Ventidius, qui postea Romae ex Parthis et per Parthos de Crassi manibus in hostili solo miserabiliter iacentibus triumphum duxit. ita qui captiuus carcerem exhorruerat, uictor Capitolium felicitate celebrauit. in eodem etiam illud eximium, quod eodem anno praetor *et consul* est factus.

10. Casuum nunc contemplemur uarietatem. L. Lentulus consularis lege Caecilia repetundarum crimine oppressus censor cum L. Censorino creatus est. quem quidem fortuna inter ornamenta et dedecora alterna uice uersauit, consulatu illius damnationem, damnationi censuram subiciendo et neque bonis eum perpetuis frui neque malis aeternis ingemescere patiendo.

11. Isdem uiribus uti uoluit in Cn. Cornelio Scipione Asina. qui consul a Poenis apud Liparas captus, cum belli iure omnia perdidisset, laetiore subinde uultu eius adiutus cuncta recuperauit, consul etiam iterum creatus est. quis crederet illum a XII securibus ad Karthaginiensium peruenturum ca-

7 pompei L^1A, *em. Pighius* ‖ aetate puberem *LA*, *em. Pighius*, *malim* aetate ⟨nondum⟩ (admodum *Par.*) puberem ‖ 9 qui* (a *uel* & *eras.*) *A* ‖ 10 partos *L* ‖ 11 dixit A^1 *et, ut uid.*, L^1 ‖ 14 et consul *margo L ed. Venet. 1478. cf. Vell. II 65, 3; om.* L^1A *dett.* ‖ 16 caecilia *LA Par.; at erat Calpurnia* (*Mommsen C. I. L. I p. 55*). *error est ipsius Valerii.* lege Acilia *scribend., sed de ea quoque errasse Val. cens. Gertz** ‖ 18 inter tormenta LA^1 ‖ decora L^1 ‖ 19 consulatui A^2; *at u. ad p. 299, 13* ‖ dampnationem damnationi *A* ‖ 21 ingemiscere A^2 ‖ 23 idem L^1A^1 ‖ noluit A^1 ‖ 24 Asina *Glareanus, ut* L^3 *margo A*, *Par.*, nęsica L^1, nasica L^2A ‖ 26 adiunctus L^1 ‖ reciperauit *margo A e Par.*

tenas? quis rursus existimaret a Punicis uinculis ad summi imperii peruenturum insignia? sed tamen ex consule captiuus et ex captiuo consul est factus.

12. Quid, Crasso nonne pecuniae magnitudo locupletis nomen dedit? sed eidem postea inopia turpem decoctoris appellationem inussit, siquidem bona eius a creditoribus, quia solidum praestare non poterat, uenierunt. † itaque qui amara suggillatione non caruit, cum egens ambularet, Diues ab occurrentibus salutabatur.

13. Crassum casus acerbitate Q. Caepio praecucurrit: is namque praeturae splendore, triumphi claritate, consulatus decore, maximi pontificis sacerdotio ut senatus patronus diceretur adsecutus in publicis uinculis spiritum deposuit, corpusque eius funestis carnificis manibus laceratum in scalis Gemoniis iacens magno cum horrore totius fori Romani conspectum est.

14. Iam C. Marius † maximae fortunae luctatione: omnes enim eius impetus qua corporis qua animi robore fortissime sustinuit. Arpinatibus honoribus iudicatus inferior quaesturam Romae petere ausus est. patientia deinde repulsarum inrupit magis in curiam quam uenit. in tribunatus quoque et

2 summũ L^1A^1 ‖ 4 Nonne L^3A^2, ñ& L^1A^1 ‖ 5 inopiã L^1A^1 ‖ 6 appellationem *Lipsius*, superlationem *LA*, insuper appelationem *Perizonius* ‖ 8 uenerunt L^1A^1 ‖ qui LA^1, quia A^2, sui *Foertsch I 23*, quod *ipse conieceram*, *deleta u.* qui *scribend. censuerunt* salutaretur *Eberhard p. 163*, cum enim egens *Halm; qui transposuerunt ante* cum *Heller Philol. 1869 p. 598 et Blaum p. 45;* Id quoq. amara *tentauit Gertz p. 284* ‖ 11 aceruitatem A^1 *et, ut uid.*, L^1 ‖ q** cępio L^2A^2, qua nępio, *ut uid.*, A^1, *incerta scriptura* L^1 ‖ 12 splendor et triumphi L^1A^1, splendore et tr. L^3 ‖ 16 funestis *Gertz**, funesti *LA Halm* ‖ 19 maximae *L*, maxime A^1CF, maxima $A^2DE\Gamma$ ‖ luctatione, *sed* ne *eras. in L et induct. in A*, luctatio est L^3 *dett. Halm, cui tamen admodum incerta uid. emendatio.* maximae fortunae ⟨fuit⟩ luctationi *Gertz**. *cf. etiam Gertz p. 284. fort.* maxime fortunae luctatione ⟨insignis⟩ ‖ 20 qua (*eras.*) corporis qua (*corr.* quã) *L*, quo corporis quo A^2, *ut nos* A^1

aedilitatis petitione consimilem campi notam expertus praeturae candidatus supremo in loco adhaesit, quem tamen non sine periculo obtinuit: ambitus enim accusatus uix atque aegre absolutionem ab iudicibus impetrauit. ex illo Mario tam humili Arpini, tam ignobili Romae, tam fastidiendo candidato ille Marius euasit, qui Africam subegit, qui Iugurtham regem ante currum egit, qui Teutonorum Cimbrorumque exercitus deleuit, cuius bina tropaea in urbe spectantur, cuius septem in fastis consulatus leguntur, cui post exilium consulem creari proscriptoque facere proscriptionem contigit. quid huius condicione inconstantius aut mutabilius? quem si inter miseros posueris, miserrimus, *si* inter *felices*, felicissimus reperietur.

15. C. autem Caesar, cuius uirtutes aditum sibi in caelum struxerunt, inter primae iuuentae initia priuatus Asiam petens, a maritimis praedonibus circa insulam Pharmacusam exceptus L se talentis redemit. parua igitur summa clarissimum mundi sidus in piratico myoparone rependi fortuna uoluit. quid est ergo quod amplius de ea queramur, si ne consortibus quidem diuinitatis suae parcit? sed caeleste numen se ab iniuria uindicauit: continuo enim captos praedones crucibus adfixit.

Ext. 1. Adtento studio nostra commemorauimus: remissiore nunc animo aliena narrentur. perditae luxuriae Athenis adulescens Polemo, neque inlece-

2 preturiae (*sed* i *eras.*) *A* ‖ suppremo LA^1 ‖ adhaesit *Gronou. ad Liu. V 2, 10,* ita haesit LA^1, inhaesit A^2 ‖ 3 quam A^2 ‖ 5 imperauit L^1 ‖ arpini Γ, arpinate A^2 *Halm*, arpina LA^1 ‖ 6 Romano, *si antea* Arpinate *scribatur*, *Gertz l. c.* ‖ 7 subegit qui subegit *L et uu.* qui subegit *punctat.* *A* ‖ 8 te ut honorum *A* ‖ 9 tropea *LA* ‖ 10 urbem L^1A ‖ cui A^2, qui LA^1 ‖ 14 miserrimus si $D\Gamma$. *cf. Gertz l. c.*, miserrimus (*om.* si) *LA Halm* ‖ inter felicissimos (*om.* felices) LA^1 ‖ 15 repperietur L^1, repperiretur (*sed* r *post* i *expunct.*) *A* ‖ 17 instruxerunt *L et* in *m. 2 punctat. A. cf. p. 243, 26* ‖ prima *Par.*, *nescio an recte* ‖ 19 pharnacusam A^2, parnacusam *Par.*[1] ‖ 20 carissimum A^1 ‖ 22 quaeramur A^1 ‖ nec L^2 ‖ 25 crucib; (*corr. e* criçib;) *A* ‖ 28 luxoriae *A et, ut uid.*, L^1

bris eius tantum modo, sed etiam ipsa infamia gaudens, *cum* e conuiuio non post occasum solis, sed post ortum surrexisset domumque rediens Xenocratis philosophi patentem ianuam uidisset, uino grauis, unguentis delibutus, sertis capite redimito, perlucida ueste amictus refertam turba doctorum hominum scholam eius intrauit. nec contentus tam deformi introitu consedit etiam, ut clarissimum eloquium et prudentissima praecepta temulentiae lasciuiis eleuaret. orta deinde, ut par erat, omnium indignatione Xenocrates uultum in eodem habitu continuit omissaque re, quam disserebat, de modestia ac temperantia loqui coepit. cuius grauitate sermonis resipiscere coactus Polemo primum coronam capite detractam proiecit, paulo post brachium intra pallium reduxit, procedente tempore oris conuiualis hilaritatem deposuit, ad ultimum totam luxuriam exuit uniusque orationis saluberrima medicina sanatus ex infami ganeone maximus philosophus euasit. peregrinatus est huius animus in nequitia, non habitauit.

2. Piget Themistoclis adulescentiam adtingere, siue patrem aspiciam abdicationis iniungentem notam, siue matrem suspendio finire uitam propter fili turpitudinem coactam, cum omnium postea Grai sanguinis uirorum clarissimus extiterit mediumque Europae et Asiae uel spei uel desperationis pignus fuerit: haec enim eum salutis suae patronum habuit, illa uadem uictoriae adsumpsit.

3. Cimonis uero incunabula opinione stultitiae fuerunt referta: eiusdem adulti imperia salutaria

2 cum *om.* $L A^1$ || potest occasum, *ut uid.*, A^1 || 3 domum quae A^1 || 5 remedito $L^1 A^1$ || 6 turbam $L^1 A^1$ || doctorem L A^1 || 9 lasciuis $L^1 A^1$ || eleuaret] macularet *margo* A || 13 cępit L || 17 luxoriam $L^1 A^1$ || 18 orationi $L^1 A$ || senatus A^1 || 20 est *om.* A^1 || 22 inurentem *margo A, ut p. 310,6 et 315,6* || 24 filii $L^2 A^2$ || 26 disperationis $L^1 A^1$ || 27 eum *om.* A^1 || 29 opinionis A^1 || 30 adulti *Maduig II 327*, adultae aetatis *Wensky 1884 p. 787. cf. I 5,4; IIII 3,1 et 4,10; VIIII 13 ext. 4*, stultitiae $L A$, *quod delend. cens. Lipsius,* adulescentiae *Halm coll. III 4,1*

Athenienses senserunt. itaque coegit eos stuporis semet ipsos damnare, qui eum stolidum crediderant.

4. Nam Alcibiaden quasi duae fortunae partitae sunt, altera, quae ei nobilitatem eximiam, abundantes diuitias, formam praestantissimam, fauorem ciuium propensum, summa imperia, praecipuas potentiae uires, flagrantissimum ingenium adsignaret, altera, quae damnationem, exilium, uenditionem bonorum, inopiam, odium patriae, uiolentam mortem infligeret: nec aut haec aut illa uniuersa, sed uarie perplexa, freto atque aestui similia.

5. Ad inuidiam usque Polycratis Samiorum tyranni abundantissimis bonis conspicuus uitae fulgor excessit, nec sine causa: omnes enim conatus eius placido excipiebantur itinere, spes certum cupitae rei fructum adprehendebant, uota nuncupabantur simul et soluebantur, uelle ac posse in aequo positum erat. semel dumtaxat uultum mutauit, perquam breui tristitiae salebra succussum, tunc cum admodum gratum sibi anulum de industria in profundum, ne omnis incommodi expers esset, abiecit. quem tamen continuo recuperauit capto pisce, qui eum deuorauerat. sed hunc, cuius felicitas semper plenis uelis prosperum cursum tenuit, Orontes Darii regis praefectus in excelsissimo Mycalensis montis uertice cruci adfixit, e qua putres eius artus et tabido cruore manantia membra atque illam laeuam, cui Neptunus anulum piscatoris manu restituerat, situ marcidam

1 cogit *LA* ‖ 3 iam A^2 ‖ 8 exillum A^1 *et, ut uid.*, L^1 ‖ 10 ne LA^1 ‖ illa] *add.* simul A^2 ‖ uarie *F*, uariā *aut* uariae A^1, uaria LA^2 *dett. pleriq. Halm, qui* uaria et *aut* uarie *expectari dicit* ‖ 11 aestuis L^1A^1, aestiuis L^2 ‖ 12 policratis *A*, polycrates L^1 ‖ tyranni* *L* ‖ 16 fructum L^3 *dett. multi*, fractum L^1A^1, factum A^2 ‖ 18 perq: LA^1 ‖ 19 selebrā A^1 ‖ 21 esset (*sed* t *m. 2 add. uid.*) *A* ‖ 23 deuora***uerat (huc *eras.*) *L* ‖ huc L^1 ‖ cuius (*corr. ex* huius) *LA* ‖ 24 orantes A^1, *em. e Par.* ‖ darii L^2A^2 *Par.*, dari L^1A^1 *Halm* ‖ 25 mycales *Par. contulit Iust. II 14, 7 Halm, at u. ad p. 33, 24* ‖ 26 et abido L^1A^1 ‖ 27 manantia *in ras. A* ‖ maembra A^1 ‖ leuam *LA*

Samos, amara seruitute aliquamdiu pressa, liberis ac laetis oculis aspexit.

6. Dionysius autem, cum hereditatis nomine a patre Syracusanorum ac paene totius Siciliae tyrannidem accepisset, maximarum opum dominus, exercituum dux, rector classium, equitatuum potens, propter inopiam litteras puerulos Corinthi docuit eodemque tempore tanta mutatione maiores natu ne quis nimis fortunae crederet magister ludi factus ex tyranno monuit.

7. Sequitur hunc Syphax rex, consimilem fortunae iniquitatem expertus, quem amicum hinc Roma per Scipionem, illinc Karthago per Hasdrubalem ultro petitum ad penates deos eius uenerat. ceterum eo claritatis euectus, ut ualidissimorum populorum tantum non arbiter uictoriae existeret, parui temporis interiecta mora catenatus a Laelio legato ad Scipionem imperatorem pertractus est, cuiusque dexteram regio insidens solio adroganti manu attigerat, eius genibus supplex procubuit.

Caduca nimirum et fragilia puerilibusque consentanea crepundiis sunt ista, quae uires atque opes humanae uocantur. adfluunt subito, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in persona stabilibus nixa radicibus consistunt, sed incertissimo flatu fortunae huc atque illuc acta quos sublime extulerunt inprouiso recussu destitutos profundo cladium miserabiliter inmergunt. itaque *neque* existimari neque

1 amarā A^1 ‖ aliquandiu A ‖ 3 dyonisius L, dionisius A^1 ‖ 6 e**quitatu*um L ‖ 7 puerilos A^1 ‖ 8 tantam mutationem L^1A^1 ‖ 9 fac*tus (a *uid. eras.*) L, factus (*litt.* fact *in ras.*) A ‖ 11 sypax L^1A^1, syfax A^2 ‖ 14 penatos L^1A^1 ‖ deos *haud immerito suspectum Perizonio* ‖ 16 non tantum arbiter sed et A^2 ‖ *uictoriae (*litt.* iae *punctat.*) A ‖ 19 attingerat L^1A ‖ 20 suplex LA ‖ 21 nimirum *edd. uett. et Gertz**, nimium L A *Halm* ‖ puerilib; quae A^1 *et*, *ut uid.*, L^1 ‖ consenanea crepitudis L *et* (*corr. m. 2* crepundiis) A ‖ 22 istaq. uires L^1A^1 ‖ 23 adfluum A^1 ‖ 25 fortunā L^1, fortuna* A ‖ 27 recussu LA^1, recessu $D\Gamma$, *nescio an recte* ‖ 28 itaq. neq. A^2, itaq. (*om.* neq.) LA^1, ita neque *E, quod non improbat Halm*

dici debent bona, quae, ut inflictorum malorum amaritudine desiderium sui duplicent, * * *

LIBER SEPTIMVS.

I. DE FELICITATE.

Volubilis fortunae conplura exempla retulimus, constanter propitiae admodum pauca narrari possunt. quo patet eam aduersas res cupido animo infligere, secundas parco tribuere. eadem, ubi malignitatis obliuisci sibi imperauit, non solum plurima ac maxima, sed etiam perpetua bona congerit.

1. Videamus ergo quot gradibus beneficiorum Q. Metellum a primo originis die ad ultimum usque fati tempus numquam cessante indulgentia ad summum beatae uitae cumulum perduxerit. nasci eum in urbe terrarum principe uoluit, parentes ei nobilissimos dedit, adiecit animi rarissimas dotes et corporis uires, ut sufficere laboribus posset, uxorem pudicitia et fecunditate conspicuam conciliauit, consulatus decus, imperatoriam potestatem, speciosissimi

1 ut *punctat.* A^2, *del. Torrenius;* uim *Maduig II 327* ‖ amaritudinẽ desiderio sui duplicãnt A^2 *et retento coniunct.* duplicent *Torrenius*, amaritudine desiderii sui duplicant. *Maduig l. c., excidisse putant finem sententiae Pighius et recc. editores, quem sic supplend. censui:* amaritudinem desiderio sui duplicent, aliquamdiu blando fauore hominum animos permulcent. *alii aliter* ‖ 3 VALERI MAXIMI LIB. VI EXPLIC. INCIPIT LIB. VII *LA* ‖ 4 I. P. DE FORTVNA CONSTANTER PROPITIA *margo A e Par.* ‖ 5 fortuna A^1 ‖ complura (*sed* com *in ras.*) *A* ‖ rettulimus A^2 *Halm* ‖ 6 constanter propitię *LΓ et litt.* ter propitię *in ras. A*, constantis propriae *dett. multi* ‖ 8 secondas A^1 ‖ ea demũ *margo A* ‖ 11 quod LA^1 ‖ *litt.* rum q. metellũ *in ras. A* ‖ 13 cessantẽ indulgentiã L^1A^1 ‖ 14 columen *Par.*, culmen *Pighius; at u. ad p. 108, 12* ‖ 15 orbe LA^1, urbe orbis *Kellerbauer* ‖ principem LA^1 ‖ 17 possint LA^1, possent A^2, *em. Perizonius* ‖ 18 pudicitiae L^1 *et, ut uid.*, A^1

triumphi praetextum largita est, fecit ut eodem tempore tres filios consulares, unum etiam censorium et triumphalem, quartum praetorium uideret, utque tres filias nuptum daret earumque subolem sinu suo exciperet. tot partus, tot incunabula, tot uiriles togae, tam multae nuptiales faces, honorum, imperiorum, omnis denique gratulationis summa abundantia, cum interim nullum funus, nullus gemitus, nulla causa tristitiae. caelum contemplare, uix tamen ibi talem statum reperies, quoniam quidem luctus et dolores deorum quoque pectoribus a maximis uatibus adsignari uidemus. hunc uitae actum eius consentaneus finis excepit: namque Metellum ultimae senectutis spatio defunctum lenique genere mortis inter oscula conplexusque carissimorum pignorum extinctum filii et generi humeris suis per urbem latum rogo inposuerunt.

2. Clara haec felicitas: obscurior illa, sed † diuino splendori praeposita: cum enim Gyges regno Lydiae armis et diuitiis abundantissimo inflatus animo Apollinem Pythium sciscitatum uenisset an aliquis mortalium se esset felicior, deus ex abdito sacrarii specu uoce missa Aglaum Psophidium ei praetulit. is erat Arcadum pauperrimus, sed aetate iam senior terminos agelli sui numquam excesserat, paruuli ruris fructibus [uoluptatibus] contentus. uerum

2 I. P. uno etiam censorio et triumphali *margo A e Par.* ‖ 3 et triumphalem] triumphalem et *LA*, ac tr. et *dett.* ‖ 4 utq: tres (: t *in ras.*) *A*, utquires L^1, atq. tres L^2 ‖ 7 summa∗ *L* ‖ 10 ibus *L* ‖ statuum *L et, ut uid.*, A^1 ‖ repperies $L^1 A^1$ ‖ 12 uideamus A^1 ‖ 13 Namq. A^1, Nã∗q. A^2 ‖ Metellum *suspectum Lipsio* ‖ 15 amplexusq. *Par.* ‖ 16 umeris $L^2 A^2$ *Par. Halm* ‖ 18 diuino *LA*, diuine *uel* diuinitus *Perizonius*, uano *Wensky 1883 p. 640*, diuino ore *Halm, malim tamen* diuino ⟨ore uano⟩ splendori *uel* diuino ⟨iudicio uano⟩ spl. *cum Gertzio** ‖ 21 animo *om. Γ Par.* ‖ phitium L^1 *A* ‖ 23 aglaum sophiditim (*corr.* sophidium) *L*, aglaum sophidium *A*, I. P. agrauum pisophidium *margo A e Par. cf. Plin. n. h. VII 46, 151 et Pausan. VIII 24, 13* ‖ 24 archadum *L* ‖ sed] *malim* et, *om. Par.* ‖ 26 parui *Par.* ‖ ruris fructibus uoluptatibus contentus *L*, *litt.* ris fructibus con

profecto beatae uitae finem Apollo non adumbratum oraculi sagacitate conplexus est. quocirca insolenter fulgore fortunae suae glorianti respondit magis se probare securitate ridens tugurium quam tristem curis et sollicitudinibus aulam, paucasque glebas pauoris expertes quam pinguissima Lydiae arua metu referta, et unum aut alterum iugum boum facilis tutelae quam exercitus et arma et equitatum uoracibus inpensis onerosum, et usus necessarii horreolum nulli nimis adpetendum quam thesauros omnium insidiis et cupiditatibus expositos. ita Gyges, dum adstipulatorem uanae opinionis deum habere concupiscit, ubinam solida et sincera esset felicitas didicit.

II. SAPIENTER DICTA AVT FACTA.

Nunc id genus felicitatis explicabo, quod totum in habitu animi nec uotis petitum, sed in pectoribus sapientia praeditis natum dictis factisque prudentibus enitescit.

1. App. Claudium crebro solitum dicere accepimus negotium populo Romano melius quam otium conmitti, non quod igno*ra*ret quam iucundus tranquillitatis status esset, sed quod animaduerteret praepotentia imperia agitatione rerum ad uirtutem capessendam excitari, nimia quiete in desidiam resolui. et sane negotium nomine horridum ciuitatis nostrae mores in suo statu continuit, blandae appellationis quies plurimis uitiis respersit.

(*om.* uoluptatibus) *in ras. maiore A* ‖ ac uoluptatibus *dett. nonnulli*, *om. Par. Halm*, *glossam esse uidit Pighius*

2 oraculi sagitate L^1, oraculis agitate A^1 ‖ 5 curi*s *L*, curiis A^1 ‖ solicitudibus L^1 ‖ 6 pinguissima* *L* ‖ metu* *LA* ‖ 9 necesarii *L* ‖ 10 minis *margo A* ‖ 14 dedicit A^1 ‖ 17 animi] *add.* est A^2 (*non* A^1) *D Halm* ‖ petitum *nos*, petitur *LA Halm* ‖ 21 p̃ r.**melius *A* ‖ 22 conmitti] *add.* I. P. dari *margo A e Par.* ‖ ignoret L^1A^1 ‖ 23 *an* animaduerterat? ‖ 25 quietę A^1 ‖ 27 **mores (*litt.* me *erasae*) *LA* ‖ 28 refersit *margo A*, *add.* hoc loco I. P. titulũ hab. hui; m. de felici-

2. Scipio uero Africanus turpe esse aiebat in re militari dicere 'non putaram', uidelicet quia explorato et excusso consilio quae ferro aguntur administrari oportere arbitrabatur. summa ratione: inemendabilis est enim error, qui uiolentiae Martis committitur. idem negabat aliter cum hoste confligi debere, quam aut si occasio obuenisset aut necessitas incidisset. aeque prudenter: nam et prospere gerendae rei facultatem omittere maxima dementia est et in angustias utique pugnandi conpulsum abstinere se proelio pestiferae ignauiae adfert exitum, eorumque, qui ista conmittunt, alter beneficio fortunae uti, alter iniuriae nescit resistere.

3. Q. quoque Metelli cum grauis tum etiam alta in senatu sententia, qui deuicta Karthagine *ne*scire se illa uictoria bonine plus an mali rei publicae adtulisset adseuerauit, quoniam ut pacem restituendo profuisset, ita Hannibalem summouendo nonnihil nocuisset: eius enim transitu in Italiam dormientem iam populi Romani uirtutem excitatam, metuique debere ne acri aemulo liberata in eundem somnum reuolueretur. in aequo igitur malorum posuit uri tecta, uastari, agros, exhauriri aerarium et prisci roboris neruos hebetari.

4. Quid illud factum L. Fimbriae consularis,

tate quae in animi habitu est *margo A, quod mihi non enotatum est e Par.*

2 non putaui *Par. et Sen. de ira II 31* ‖ 6 confligi *edd. uett., quod restitui. cf. h. cap. § 3 et 5; VII 5 init.*, confligere *LA Halm. idem mendum correxi VII 2 ext. 11 recepto* ipsos *e Par.* ‖ debere *LA Par.*, decere *h. l. et VII 2 ext. 11 Foertsch II 30 Halm* ‖ quam si aut *Par.* ‖ 8 prosperae *LA*[1] ‖ 10 pestifere ignauiae *A*[1], pestifera ignauia *Wensky p. 12, qui recte, si quid uideo, delet uu.* adfert exitum. *malim tamen supra legere* maximae dementiae *et h. l. cum codd.* pestiferae ignauiae. *cf. Caes. b. G. IIII 13, 1; Sall. Iug. 3, 3* ‖ 11 adfer *LA*[1] ‖ eorumq: (*sed* q: *eras.*) *L* ‖ 15 nescire (ne *s. l.*) *L*, scire *A*[1] ‖ 18 nonnihi *L*[1] ‖ 19 transitum *L*[1]*A*[1] ‖ 21 somnium *LA*[1] ‖ 23 exauriri *L*[1]*A*[1] ‖ 24 habitari *A*[1], hebitari *A*[2] ‖ 25 factum (*litt.* ctum *in ras.*) *A* ‖ L. *Par. et in ras.*

quam sapiens! M. Lutatio Pinthiae splendido equiti Romano iudex addictus de sponsione, quam is cum aduersario, quod uir bonus esset, fecerat, numquam id iudicium pronuntiatione sua finire uoluit, ne aut probatum uirum, si contra eum iudicasset, fama spoliaret aut iuraret uirum bonum esse, cum ea res innumerabilibus laudibus contineretur.

5. Forensibus haec, illa militaribus stipendiis prudentia est exhibita. Papirius Cursor consul, cum Aquiloniam oppugnans proelium uellet conmittere pullariusque non prosperantibus auibus optimum ei auspicium renuntiasset, de fallacia illius factus certior sibi quidem et exercitui bonum omen datum credidit ac pugnam iniit, ceterum mendacem ante ipsam aciem constituit, ut haberent di cuius capite, si quid irae conceperant, expiarent. directum est autem siue casu siue etiam caelestis numinis prouidentia quod primum e contraria parte missum erat telum in ipsum pullarii pectus eumque exanimem prostrauit. id ut cognouit consul, fidente animo et inuasit Aquiloniam et cepit. tam cito animaduertit quo pacto iniuria imperatoris uindicari deberet, quemadmodum uiolata religio expianda foret, qua ratione uictoria adprehendi posset. egit uirum seuerum, consulem religiosum, imperatorem strènuum,

mai. A, licinię *L*, Licinii *dett.*, *in archetypo plene scriptum erat* Lucii, *sed erat C. Fimbria*

1 M. *Par.*, a ñ· *LA* ‖ pinthia *A Par. et* th *in ras. L* ‖ equite *A Par.*, *em. Halm in em. Val. p. 12 et hab.* equiti *L* ‖ 2 addictus *LA Par.*, additus *C*, aditus *Cuiacius* ‖ depositionẽ (˜ *eras.*) *L*, de sponsione∗ *A* ‖ 3 quod *LA*, ni *Par. Cic. de off. III 19, 77, Halm; at cf. VI 1, 10* ‖ nunquam *extra uers. add. A² e Par.*, *om. A¹* ‖ 4 id — noluit (n *corr.*) *in ras. A* ‖ 5 si — uirum *om.*, *sed in mrg. m. 1 suppl. L* ‖ 6 iuraret *LA Par.*, iudicaret *cod. Copes.* ‖ 7 contineretur *Par. Cic. l. c.*, contineatur *LA* ‖ 9 prudentia est *Halm*, prudentiae *L¹A*, prudentia *dett. pleriq.* ‖ 11 properantib; *LA¹*, *add.* I. P. ñ prosperantib; auib; em̃tit' esset auspicia *margo A e Par.* ‖ 15 ipsa in aciẽ *A¹* ‖ dii *A² Par.* ‖ 18 misum *L¹* ‖ 23 religio *dett.*, regia *LA* ‖ 24 agit *L²* ‖ 25 religio∗∗sum (ne *eras. uid.*) *L*

timoris modum, poenae genus, spei uiam uno mentis impetu rapiendo.

6. Nunc ad senatus acta transgrediar. cum aduersus Hannibalem Claudium Neronem et Liuium Salinatorem consules mitteret eosque ut uirtutibus pares, ita inimicitiis acerrime inter se dissidentes uideret, summo studio in gratiam reduxit, ne propter priuatas dissensiones rem publicam parum utiliter administrarent, quia consulum imperio nisi concordia inest, maior aliena opera interpellandi quam sua edendi cupiditas nascitur. ubi uero etiam pertinax intercedit odium, alter alteri quam uterque contrariis castris certior hostis proficiscitur. eosdem senatus, cum ob nimis aspere actam censuram a Cn. Baebio tribuno pl. pro rostris agerentur rei, causae dictione decreto suo liberauit uacuum omnis iudicii metu eum honorem reddendo, qui exigere deberet rationem, non reddere.

Par illa sapientia senatus. Ti. Gracchum tribunum pl. agrariam legem promulgare ausum morte multauit. idem ut secundum legem eius per triumuiros ager populo uiritim diuideretur egregie censuit, si quidem grauissimae seditionis eodem tempore et auctorem et causam sustulit.

Quam deinde se prudenter in rege Masinissa gessit! nam cum promptissima et fidelissima eius opera aduersus Karthaginienses usus esset eumque in dilatando regno auidiorem cerneret, legem ferri iussit, qua Masinissae ab imperio populi Romani solutam libertatem tribueret. quo facto cum optime meriti beniuolentiam retinuit, tum Mauritaniae et

4 Hannibalem] *add.* senatus *A*[2] *e Par.* ‖ 5 mitterent *L A*[1] ‖ 6 acerimme *L*[1] ‖ 9 consulum *Wensky p. 12*, consimili *L A Halm* ‖ 10 inest maior (*corr. ex* inaestimatior) *L A* ‖ suadendi *L A*[1] ‖ 11 cipiditas *L*[1] ‖ 15 bebio *L* ‖ rei *L A*, *add.* reos sic u. (*i. e.* uetus) *margo A e Par.* ‖ 17 metũ *A*[1] ‖ deberet *nos et Gertz**, debent *L A*, debet (*sed add.: fort.* debeat) *Halm* ‖ 19 T̄. gracchum *L A* ‖ 21 ut *A*[2], et *A*[1] ‖ 29 quae *Perizonius* ‖ 31 tam *A*[1]

Numidiae ceterarumque illius tractus gentium numquam fida pace quiescentem feritatem a ualuis suis reppulit.

Ext. 1. Tempus deficiet domestica narrantem, quoniam imperium nostrum non tam robore corporum quam animorum uigore incrementum ac tutelam sui conprehendit. maiore itaque ex parte Romana prudentia in admiratione tacita reponatur alienigenisque huius generis exemplis detur aditus.

Socrates, humanae sapientiae quasi quoddam terrestre oraculum, nihil ultra petendum a dis inmortalibus arbitrabatur quam ut bona tribuerent, quia ii demum scirent quid uni cuique esset utile, nos autem plerumque id uotis expeteremus, quod non inpetrasse melius foret: etenim densissimis tenebris inuoluta mortalium mens, in quam late patentem errorem caecas precationes tuas spargis! diuitias adpetis, quae multis exitio fuerunt: honores concupiscis, qui conplures pessum dederunt: regna tecum ipsa uoluis, quorum exitus saepe numero miserabiles cernuntur: splendidis coniugiis inicis manus; at haec ut aliquando inlustrant, ita nonnumquam funditus domos euertunt. desine igitur stulta futuris malorum tuorum causis quasi felicissimis rebus inhiare teque totam caelestium arbitrio permitte, quia qui tribuere bona ex facili solent, etiam eligere aptissime possunt.

7 maior LA^1, maiori A^2 || 10 quodã L^1A^1 || 11 diis A^2 || 12 ii demum *dett.*, bidemù *L*, *idem* (*incertum quid eras. sit*) *A*, *add.* sic u. *margo A*, idem *Par.* || 14 expeterem' (*i. e.* expeteremus *ut in Γ*), *sed ' m. 2 add. LA*, expetere *dett.*, *nescio an recte* || 15 inpetrasse (*sed extrem.* e *in ras. ex* ẽ?) *A* || 16 qua LA^1 || *litt.* late pa *in ras. A* || 19 qui *dett.*, quae *LA* || regnante cum (n *post* a *punctat.*) *L* || 20 ipse A^2 || 21 coniugiis (iu *s. l.*) *L*, coniugis A^1 || 22 inlustrat L^1 || 23 furis LA^1 || 24 *litt.* mis rebus — caelestium *in ras. A* || inhiare (e *adras.*) *L* || 25 teque totam *dett.*, et quae totã *L*, teq: totũ *ras. A*, et te totam *alii dett. Halm* || 26 facili** *L* || solent *LA Halm*, *quod delend. esse censui in Fleckeis. ann. 1886 p. 50*, *nisi forte* ualent *scribendum est cum Wenskio 1884 p. 787. cf. p. 181, 15*, *uu.* solent *et* possunt *sedes suas permutare*

Idem expedita et conpendiaria uia eos ad gloriam peruenire dicebat, qui id agerent, ut, quales uideri uellent, tales etiam essent. qua quidem praedicatione aperte monebat ut homines ipsam potius uirtutem haurirent quam umbram eius consectarentur.

Idem ab adulescentulo quodam consultus utrum uxorem duceret an se omni matrimonio abstineret, respondit, utrum eorum fecisset, acturum paenitentiam. 'hinc te' inquit 'solitudo, hinc orbitas, hinc generis interitus, hinc heres alienus excipiet, illinc perpetua sollicitudo, contextus querellarum, dotis exprobratio, adfinium graue supercilium, garrula socrus lingua, subsessor alieni matrimonii, incertus liberorum euentus'. non passus est iuuenem in contextu rerum asperarum quasi laetae materiae facere dilectum.

Idem, cum Atheniensium scelerata dementia tristem de capite eius sententiam tulisset fortique animo et constanti uultu potionem ueneni e manu carnificis accepisset, admoto iam labris poculo, uxore Xanthippe inter fletum et lamentationem uociferante innocentem eum periturum, 'quid ergo?' inquit 'nocenti mihi mori satius esse duxisti?' inmensam illam sapientiam, quae ne in ipso quidem uitae excessu obliuisci sui potuit!

2. Age quam prudenter Solo *nemi*nem, dum adhuc uiueret, beatum dici debere arbitrabatur, quod

uoluit Foertsch III 20, defend. tribuere — solent *idque idem esse cens. quod* tribuunt, *ut p. 270, 16* mori solere = mori, *Gertz** ‖ aptissima A^2

1 eos *corr. ex* eius *L*, *om. Par.* ‖ 2 I. P. qui ita agerent *margo A e Par.* ‖ 6 ab ulescentulo *A* ‖ 7 omni *L Par.*, omniū A^1, omnino *Gertz** ‖ 8 utrum fecerit (*sine* eorum) *Par.* ‖ penitentiã *A* ‖ 9 hinc (*quater*) *e Par. recepit Halm*, hic (*quater*) *LA* ‖ inquid A^1 ‖ 10 hęres *LA* ‖ illinc *dett.*, illic *LA* ‖ 11 quaerellarum L^1A^1, querelarum A^2 ‖ 13 subsensor L^1 ‖ incestus L^1, incertus (*litt.* certus *in ras.*) *A* ‖ 20 uxori A^2 ‖ xanthippi (pi *corr. e* poe) *L*, exanthippoe A^1 ‖ 21 uociferantẽ L^1A^1, uociferanti A^2 ‖ 22 inquid L^1 ‖ 26 solonẽ dum LA^1, *add.* I. P. solo legũ lator neminẽ d. a. u. beatũ d. d. a. (*sic*) *margo A*

ad ultimum usque fati diem ancipiti fortunae subiecti essemus. felicitatis igitur humanae appellationem rogus consummat, qui se incursui malorum obicit.

Idem, cum ex amicis quendam grauiter maerentem uideret, in arcem perduxit hortatusque est ut per omnes subiectorum aedificiorum partes oculos circumferret. quod ut factum animaduertit, 'cogita nunc tecum' inquit 'quam multi luctus sub his tectis et olim fuerint et hodieque uersentur *et* insequentibus saeculis sint habitaturi ac mitte mortalium incommoda tamquam propria deflere'. qua consolatione demonstrauit urbes esse humanarum cladium consaepta miseranda. idem aiebat, si in unum locum cuncti mala sua contulissent, futurum ut propria deportare domum quam ex communi miseriarum aceruo portionem suam ferre mallent. quo colligebat non oportere nos quae fortuito patiamur praecipuae et intolerabilis amaritudinis iudicare.

3. Bias autem, cum patriam eius Prienen hostes inuasissent, omnibus, quos modo saeuitia belli incolumes abire passa fuerat, pretiosarum rerum pondere onustis fugientibus interrogatus quid ita nihil ex bonis suis secum ferret 'ego uero' inquit 'bona *omnia* mea mecum porto': pectore enim illa gestabat, non humeris, nec oculis uisenda, sed aestimanda animo. quae domicilio mentis inclusa nec mortalium nec deorum manibus labefactari queunt, et ut manentibus praesto sunt, ita fugientes non deserunt.

3 consumat *LA* ‖ 5 uidisset *Par.* ‖ 8 tectis *om. Par.* ‖ 9 et hodieq. *A et* h *m. 1 s. l. L. cf. V 6, 2. VIII 15, 1*, et hodie *Par. Halm* ‖ et insequentibus *Par.*, insequentib; (*om.* et) *LA*[1], insequentib;q: *A*[2] ‖ 10 habituri *LA*[1], l. P. sint futuri *margo A* ‖ 11 defleret *L*[1]*A*[1] ‖ consulatione *L*[1]*A* ‖ 13 consepta *LA*[1] ‖ 14 propriã *LA* ‖ 16 colligabat *L*[1]*A*[1] ‖ 17 sortito *coni. Lipsius, quod probat Gertz, stud. crit. in Senec. p. 122* ‖ 18 amaritudines *L*[1] ‖ 19 autem (*bis script. semel eras.*) *L* ‖ 20 incolomes *L*[1]*A*[1] ‖ habire *A*[1] ‖ 22 interrogatis *L*[1]*A*[1] ‖ quid (d *s. l.*) *L* ‖ 23 bona ⟨omnia⟩ mea mecum *Gertz**, omnia *om. LA Halm*, bona mecum omnia *Par.* ‖ 25 humerus *L*[1], umeris *Halm* ‖ 27 labefactarũ *L*[1]

4. Iam Platonis uerbis adstricta, sed sensu praeualens sententia, qui tum demum beatum terrarum orbem futurum praedicauit, cum aut sapientes regnare aut reges sapere coepissent.

5. Rex etiam ille subtilis iudicii, quem ferunt traditum sibi diadema prius quam capiti inponeret retentum diu considerasse ac dixisse 'o nobilem magis quam felicem pannum! quem, si quis penitus cognoscat quam multis sollicitudinibus et periculis et miseriis sit refertus, ne humi quidem iacentem tollere uelit'.

6. Quid Xenocratis responsum, quam laudabile! cum maledico quorundam sermoni summo silentio interesset, uno ex his quaerente cur solus linguam suam cohiberet, 'quia dixisse me' inquit 'aliquando paenituit, tacuisse numquam'.

7. Aristophanis quoque altioris est prudentiae praeceptum, qui in comoedia introduxit remissum ab inferis † Atheniensium Periclen uaticinantem non oportere in urbe nutriri leonem, sin autem sit altus, obsequi ei conuenire: monet enim ut praecipuae nobilitatis et concitati ingenii iuuenes refrenentur, nimio uero fauore ac profusa indulgentia pasti quo minus potentiam obtineant ne inpediantur, quod

1 astricta A^2 ‖ 3 praedicabat *Par.* ‖ 5 suptilis A^2 ‖ fecerunt L^1A^1 ‖ 7 retendum, *ut uid.*, L^1 ‖ 8 paenitus L^1A^1 ‖ 9 cognosset *margo A* ‖ 11 uelit *Γ*, *et sic uel* uolet *scribendum coni. Halm*, uellet *LA* ‖ 12 senocratis *L* ‖ 13 maledicorum quorundam sermonibus *Par.* ‖ 14 uni ex his quaerenti *Par.* ‖ solis L^1 ‖ 15 cohibere A^1 ‖ 16 poenituit (o *s. l. m. 1?*) *L* ‖ 17 aristhopanes L^1A^1 ‖ 19 Atheniensium] *addunt* principem *inuentum in ed. uet. Kappius Kellerbauer Halm coll. IIII 3 ext. 1; V 10 ext. 1*, ducem *Γ*, populo *probabiliter Gertz** ‖ Periclen] principem poetam (*scil. Aeschylum*) *coni. Ioan. Toepffer in dissert. inaugur. Dorpat. 1886. cf. Aristoph. Ran. 1431. mihi Pericles Valerii potius quam librarii errore intrusus uid.* ‖ uatiginantem A^1 *et, ut uid.,* L^1 ‖ 20 nutriri *L et dett. mei omn.*, nutrire *A Halm. cf. tamen ext. § 17 et Foertsch II 30* ‖ alitus *dett. pauci* ‖ 22 ingeniis L^1 ‖ 24 potentiam — inpediantur *in ras. mai. A* ‖ optineant A^2 *Halm*

stultum et inutile sit eas obtrectare uires, quas ipse foueris.

8. Mirifice etiam Thales: nam interrogatus an facta hominum deos fallerent 'ne cogitata *quidem*' inquit, ut non solum manus, sed etiam mentes puras habere uellemus, cum secretis cogitationibus nostris caeleste numen adesse credidissemus.

9. Ac ne quod sequitur quidem minus sapiens. unicae filiae pater Themistoclen consulebat utrum eam pauperi, sed ornato, an locupleti parum probato conlocaret. cui is 'malo' inquit 'uirum pecunia quam pecuniam uiro indigentem'. quo dicto stultum monuit ut generum potius quam diuitias generi legeret.

10. Age, Philippi quam probabilis epistola, in qua Alexandrum quorumdam Macedonum beniuolentiam largitione ad se adtrahere conatum sic increpuit: 'quae te, fili, ratio in hanc tam uanam spem induxit, ut eos tibi fideles futuros existimares, quos pecunia ad amorem tui conpulisses?' a caritate istud pater, ab usu Philippus, maiore ex parte mercator Graeciae quam uictor.

11. Aristoteles autem Callisthenen auditorem suum ad Alexandrum dimittens monuit cum eo aut quam rarissime aut quam iucundissime loqueretur, quo scilicet apud regias aures uel silentio tutior uel

2 foueres L^1A^1 ‖ 4 quidem *Par.*, *om.* *LA* ‖ 5 set L^1 ‖ 9 themistoclea *Par.*, *confert Halm V 3 ext. 3;* Sophoclea *IIII 3 ext. 1; at u.* Themistoclen *VI 5 ext. 2 bis;* Hermoclen *VIII 14 ext. 4;* Periclen *III 1 ext. 1; VIII 9 ext. 2* ‖ consulebatur *LA* ‖ 11 cui*is A^2, cuius A^1, tum is *margo A e Par.* ‖ pecuniae quam LA^1, *ut nos Par.* ‖ 15 epistula A^2 ‖ 20 pecuniš L^1A^1 ‖ 21 pater, ab usu Phil. *Maduig II 327, an* ab usu suo? paterna, non ab usu *antea coniecerat Dilthey*, pater auus o phil. *LA Halm*, *add.* at uero *margo A*, *alii aliter. cf. Foertsch II 30 et III 2, Blaum p. 46* ‖ 23 callistenen LA^1 ‖ 24 ad *m. 1 s. l.* *L* ‖ alex*andrum (d *eras.*) *L* ‖ dimittens *L et litt.* di *lineolis induct.* (*sed lineolae deinde eras.*) *A*, mittens *dett.*, *ut nos Par.* ‖ monuit ut *Par.* ‖ aut quam rarissime *L*, aut rarissime *margo A e Par.*, *om.* *A*, aut numquam *in summo mrg. add.* A^2 ‖ 25 iucondissime L^1

sermone esset acceptior. at ille, dum Alexandrum Persica Macedonem salutatione gaudentem obiurgat et ad Macedonicos mores inuitum reuocare beniuole perseuerat, spiritu carere iussus seram neglecti salubris consilii paenitentiam egit.

Idem Aristoteles de semet ipsos in neutram partem loqui debere praedicabat, quoniam laudare se uani, uituperare stulti esset. eiusdem est utilissimum praeceptum ut uoluptates abeuntes consideremus. quas quidem sic ostendendo minuit: fessis enim paenitentiaeque plenis animis nostris subicit, quo minus cupide repetantur.

12. Nec parum prudenter Anaxagoras interroganti cuidam quisnam esset beatus 'nemo' inquit 'ex his, quos tu felices existimas, sed eum in illo numero reperies, qui a te ex miseris constare creditur'. non erit ille diuitiis et honoribus abundans, sed aut exigui ruris aut non ambitiosae doctrinae fidelis ac pertinax cultor, in recessu quam in fronte beatior'.

13. Demadis quoque dictum sapiens: nolentibus enim Atheniensibus diuinos honores Alexandro decernere 'uidete' inquit 'ne, dum caelum custoditis, terram amittatis'.

14. Quam porro subtiliter Anacharsis leges araneorum telis conparabat! nam ut illas infirmiora animalia retinere, ualentiora transmittere, ita his

2 macedonum A^2, *glossam h. u. esse cens. recte, ut uid., cum sequatur* ad Macedonicos mores, *Halm* ‖ salutationẽ L^1 ‖ 6 idem (*sic, non* item) A^2, dem A^1 ‖ de *om. Par.* ‖ ipsos *nos e Par.*, ipso *L A Halm* ‖ 7 debere *L A Par.*, decere *Foertsch II 30 Halm, u. ad p. 323, 6* ‖ 9 consideraremus *Par.* ‖ 10 fessas — plenas *L A Halm, em. Gertz p. 285* ‖ 11 penitentiaeq. *A* ‖ 13 prudentes A^1 ‖ 14 cuidam A^2, cuinam $L A^1$ ‖ 15 his *L A Par.*, iis *E Halm* ‖ 16 repperies $L^1 A^1$ ‖ miseris *E Γ. cf. Gertz l. c.*, miseriis *L A Halm* ‖ 18 ambiciose A^1 ‖ 19 recessu *coni. Torrenius et Halm coll. Quintil. I 4, 2, quod recepi*, secessu *L A* ‖ 21 Demalis A^1 *corr. e Par.* ‖ 25 araneorum *A Par.*, unareorum L^1, aranearum *Halm* ‖ 27 detinent *Par.*, detinere *probat Halm in em. Val. p. 13*

humiles et pauperes constringi, diuites et praepotentes non alligari.

15. Nihil etiam Agesilai facto sapientius, siquidem, cum aduersus rem publicam Lacedaemoniorum conspirationem ortam noctu conperisset, leges Lycurgi continuo abrogauit, quae de indemnatis supplicium sumi uetabant: conprehensis autem et interfectis sontibus e uestigio restituit atque utrumque simul prouidit, ne salutaris animaduersio uel iniusta esset uel iure impediretur. itaque, ut semper esse possent, aliquando non fuerunt.

16. Sed nescio an Hannonis excellentissimae prudentiae consilium: Magone enim Cannensis pugnae exitum senatui Poenorum nuntiante inque tanti successus fidem anulos aureos trium modiorum mensuram explentes fundente, qui interfectis nostris ciuibus detracti erant, quaesiuit an aliquis sociorum post tantam cladem a Romanis defecisset, atque ut audiuit neminem ad Hannibalem transisse, suasit protinus legati Romam, per quos de pace ageretur, mitterentur. cuius si sententia ualuisset, neque secundo Punico bello uicta Karthago neque tertio deleta foret.

17. Ne Samnites quidem paruas poenas consimilis erroris pependerunt, quod Herenni Ponti salutare consilium neglexerant. qui auctoritate et prudentia ceteros praestans ab exercitu et duce eius filio suo consultus quidnam fieri de legionibus Romanis apud furcas Caudinas inclusis deberet, inuiolatas dimittendas respondit. postero die eadem de

2 adligari *Par.*^{1} ‖ 4 publicam *om. Par.* ‖ 5 conspiratione mortem A^1 ‖ lygursi *L*, lygurgi continuo (*litt.* gi conti *in ras.*) A^1 ‖ 6 qui — uetabat *Par.* ‖ 7 conprensis *Par.* ‖ interfecti* (s *supr. ras. add.*) *L* ‖ 8 sontibus] *add.* easdem *margo A*, easdem leges *Par.* ‖ 13 inagone *L* A^1, a Magone *coll. Par. Gertz** ‖ 14 nontiante A^1 ‖ 18 tantem *L* ‖ 19 ad (*corr. ex* ab) *L* ‖ suasit] *add.* ut *margo* L^2 A^2 *Par.* ‖ 22 delatae L^1, delata A^1 ‖ 24 pontii A^2 ‖ 25 auctoritate* (c *s. l.*) *L* ‖ 27 le*gionib; (*sed* gionib; *in ras.*) *A*, legationibus *L* ‖ 28 furcas *LA*, furculas *Par. Halm*, *sed* furcas *p. 225, 19 iidem et Halm* ‖ caudinis L^1

re interrogatus deleri eas oportere dixit, ut aut maximo beneficio gratia hostium emere*re*tur aut grauissima iactura uires confringerentur. sed inprouida temeritas uictorum, dum utramque partem spernit utilitatis, sub iugum missas in perniciem suam accendit.

18. Multis et magnis sapientiae exemplis paruulum adiciam. Cretes, cum acerbissima execratione aduersus eos, quos uehementer oderunt, uti uolunt, ut mala consuetudine delectentur optant modestoque uoti genere efficacissimum ultionis euentum reperiunt: inutiliter enim aliquid concupiscere et in eo perseueranter morari, exitio ea uicina dulcedo est.

III. VAFRE DICTA AVT FACTA.

Est aliud factorum dictorumque genus, a sapientia proximo deflexu ad uafri*ti*ae nomen progressum, quod, nisi fallacia uires adsumpsit, finem propositi non inuenit laudemque occulto magis tramite quam aperta uia petit.

1. Seruio Tullio regnante cuidam patri familiae in agro Sabino praecipuae magnitudinis et eximiae formae uacca nata est. quam oraculorum certissimi auctores in hoc a dis inmortalibus editam responderunt, ut quisquis eam Auentinensi Dianae immolas-

1 deleri *Par. Halm*, delere *LA* ‖ 2 emeretur *LA Par.*, *em. Halm* ‖ aut (*corr. ex* ut) *L* ‖ 5 utilitatis (tis *in ras.*) *L*, utilitates A^1 ‖ mis*** (sis *m. 2 supr. ras. add.*) *L* ‖ pernitiam (*corr.* ciam) *A* ‖ 8 aceruissima L^1A^1 ‖ 10 optant modestoque *in ras. A* ‖ 11 repperiunt L^1A^1 ‖ 12 aliquis L^1 ‖ 13 perseuerari (i *ex* e *corr.*) *L* ‖ 14 V*RE (A *eras.*) *L* ‖ *habet titulum, quem om. Par. et* A^1, *post* factorum *L* ‖ 15 sapientiae, *ut uid.*, L^1 ‖ 16 uafriae *A et* r *in ras. L*, *em. Vorstius* ‖ 17 fallaciae uirus *Perizonius*, a fallacia uires *e coniect. Torrenii Halm* ‖ adsumpserit (*sed* er *s. l. m. 1?*) *L et dett. aliquot, nescio an recte* ‖ fidem *LA*, *em. Perizonius* ‖ 18 oculto L^1 ‖ quam — regnante *om.* L^1, *in mrg. add.* L^2 ‖ 20 patri *margo A e Par.*, patriciae *LA* ‖ 21 sabino (o *corr.*) *L* ‖ et LA^2 *et dett. mei omn.*, *om.* A^1 ‖ eximine L^1 ‖ 23 diis A^2 ‖ 24 auentinensi A^2 *Par.*, auentiniensi L^1A^1

set, eius patria totius terrarum orbis imperium obtineret. laetus eo dominus bouem summa cum festinatione Romam actam in Auentino ante aram Dianae constituit, sacrificio Sabinis regimen humani generis daturus. de qua re antistes templi certior factus religionem hospiti intulit, ne prius uictimam caederet quam proximi am*nis se a*qua abluisset, eoque alueum Tiberis petente uaccam ipse immolauit et urbem nostram tot ciuitatium, tot gentium dominam pio sacrificii furto reddidit.

2. Quo in genere acuminis in primis Iunius Brutus referendus est: nam cum a rege Tarquinio auunculo suo omnem nobilitatis indolem excerpi interque ceteros etiam fratrem suum, quod uegetioris ingenii erat, interfectum animaduerteret, obtunsi se cordis esse simulauit eaque fallacia maximas uirtutes suas texit. profectus etiam Delphos cum Tarquinii filiis, quos is ad Apollinem Pythium muneribus *et* sacrificiis honorandum miserat, aurum deo nomine doni clam cauato baculo inclusum tulit, quia timebat ne sibi caeleste numen aperta liberalitate uenerari tutum non esset. peractis deinde mandatis patris Apollinem iuuenes consuluerunt quisnam ex ipsis Romae regnaturus uideretur. at is penes eum summam urbis nostrae potestatem futuram respondit, qui ante omnes matri osculum dedisset. tum Brutus perinde atque casu prolapsus de industria se abiecit

1 optineret L^1A^2 ‖ 3 romã* actã A^2, roma macta L^1A^1, romae mactandã L^2 ‖ 4 reginem humanis L^1 ‖ 5 antistes (es *in ras.*) A^2, antistites *L et*, *ut uid.*, A^1 ‖ 7 cędere quã *in ras. A*, cedere quã L^1 ‖ proximi am⟨nis se a⟩qua *nos*, proximiamqua* (m *eras.*) *L*, *add.* fluminis *margo L*, se proximi amnis aqua *in ras. A et Par.*, proxima se aqua *dett. Halm*, proxima manus aqua *coll. auct. de uir. ill. 7 Wölfflin, in Herm. XVII p. 174* ‖ 8 petentem L^1A^1 ‖ uacam L^1 ‖ 11 unius brutius L^1A^1 ‖ 13 *an* extirpari *Gertz** ‖ 15 animaduertere L^1A^1 ‖ obtunsis L^1, optunsi A^2 ‖ 16 uirtutes suas *om.* L^1 ‖ 17 dephos L^1A^1 ‖ 18 appollinem A^1 ‖ pytiũ L^1, phytiũ L^2 ‖ et *om.* L^1A ‖ sacrificiisq. A^2 ‖ 20 clam *in ras. A*, causa *L et sic aut* cum *dett.* ‖ 24 at *corr. ex* ad *L* ‖ 25 potestatis *L* ‖ 26 matri**** (*eras.* ante) *L*

terramque communem omnium matrem existimans osculatus est. quod tam uafre Telluri inpressum osculum urbi libertatem, Bruto primum in fastis locum tribuit.

3. Scipio quoque superior praesidium calliditatis amplexus est: ex Sicilia enim petens Africam, cum e fortissimis peditibus Romanis trecentorum equitum numerum conplere uellet neque tam subito eos posset instruere, quod temporis angustiae negabant sagacitate consilii adsecutus est: namque ex his iuuenibus, quos secum tota Sicilia nobilissimos et diuitissimos sed inermes habebat, trecentos speciosa arma et electos equos quam celerrime expedire iussit uelut eos continuo secum ad oppugnandam Karthaginem auecturus. qui cum imperio ut celeriter, ita longinqui et periculosi belli respectu sollicitis animis paruissent, remittere *eis* Scipio illam expeditionem, si arma et equos militibus suis tradere uoluissent, edixit. rapuit condicionem inbellis ac timida iuuentus instrumentoque suo cupide nostris cessit. ergo calliditas ducis prouidit ut † si quod protinus imperaretur, grato prius, deinde remisso militiae metu maximum beneficium fieret.

2 inpresum L^1 ‖ 5 praesidiom caliditatis L^1 ‖ 10 his *L A Par.*, iis *Halm* ‖ 11 ex Sicilia *Par. Halm* ‖ et diuitissimos *L Par.*, *om.* A^1, et ditissimos A^2 *Halm* ‖ 12 inerme L^1, inermis *Par. Halm*, inertes *Gertz**, *quod uerum uid.* ‖ trecentos *Par.*, ccctos *L et in ras. A*, catos *dett.* ‖ 16 respectus $L^1 A^1$ ‖ 17 remittere eis *nos*, remitterem L^1, remittere A^1 *et add.* se A^2, remittere se eis *Par. Halm*, *at u. ed. meam mai. p. 325* ‖ 18 eqos L^1, ẹquos A^1 ‖ dixit *Par.*, *quod praefert Gertz** ‖ 19 instrumentoq. suo *L et sic* A^1 *Par.*, instrumentaq. sua A^2 *Halm*, *qui non recte referens de primaria cod. scriptura tamen quod edidi praeferre uid. coll. VII 6, 1* ‖ 20 erga A^1 ‖ 21 si quod *L et transpositionis notis add. deinde erasis A*, quod si *Perizonius Halm*, *recte, ni fallor* ‖ 22 grato *L* A^1, grauato A^2, grauaret *margo A*, *lacunam*, *quam detexi*, *sic expleueram:* quod, si protinus imperaretur, gra⟨ue onus fuisset, excita⟩to prius, *etc.*, *similiter* gra⟨ue fuisset, id inten⟩to *Halm; minus probabiliter:* ut ei (*sc. iuuentuti*) protinus quod imp. parto prius *Foertsch II 31* ‖ 23 maximũ** (ũ *in ras.*) *L*

4. Quod sequitur † narrandum est. Q. Fabius Labeo, arbiter a senatu finium constituendorum inter Nolanos ac Neapolitanos datus, cum in rem praesentem uenisset, utrosque separatim monuit ut omissa cupiditate regredi † modo controuersia quam progredi mallent. idque cum utraque pars auctoritate uiri mota fecisset, aliquantum in medio uacui agri relictum est. constitutis deinde finibus, ut ipsi terminauerant, quidquid reliqui soli fuit populo Romano adiudicauit. ceterum etsi circumuenti Nolani ac Neapolitani queri nihil potuerunt secundum ipsorum demonstrationem dicta sententia, improbo tamen praestigiarum genere nouum ciuitati nostrae uectigal accessit. eundem ferunt, cum a rege Antiocho, quem bello superauerat, ex foedere icto dimidiam partem nauium accipere deberet, medias omnes secuisse, ut eum tota classe priuaret.

5. Nam M. Antonio remittendum conuicium est, qui idcirco se aiebat nullam orationem scripsisse, ut, si quid superiore iudicio actum *ei*, quem postea defensurus esset, nociturum foret, non dictum a se adfirmare posset, quia facti uix pudentis causam

1 Et quod seq. *Novak* ‖ narrandum *LA*, uituperandum *Wensky p. 12*, inuito narrandum *Gertz p. 286*, *an exciderunt uu.* non sine rubore *uel* reprehensione *uel simile aliq.? u. infra lin. 18 et nos in Fleckeis. ann. 1886 p. 57* ‖ 2 labaeo *Par.* ‖ a senatu LA^2 *Par. et sic semper Val.*, ad senatu A^1, ab senatu *Halm* ‖ 5 modo controuersia *L et* controuersia *punctat. A*, modo controuerso *Pighii codd.* (?), a modo controuersi agri *Torrenius*, *fort.* de modo controuersiae (*uel* controuerso) *Halm coll. Rhett. lat. p. 379, 13*, modo (*deleta u.* controu.) *Gertz ap. Maduig II 328, mihi utraq. uox suspecta. cf. Par. et Cic. de off. I 10, 33;* ut regredi quam progredi mallent, *an* modo controuersi a⟨gri⟩? ‖ 6 utroq. L^2A^1 ‖ 7 acui L^1A^1 ‖ 8 ipsi* *corr. ex* ipsū *L* ‖ 9 quicquid *LA* ‖ 10 circūti L^1A^1, circūūti L^2 ‖ 11 quaeri A^1 ‖ nihil (l *m. 2 s. l.*) *L* ‖ 12 sententia (a *m. 2 s. l.*) *L* ‖ improba tamen pręstigiorum LA^1 ‖ 14 anthioco *L* ‖ 15 i*to *L* ‖ 18 Iam A^2 ‖ 20 si cui *Par.* ‖ actū* (*una litt. eras. et s. l. m. 2 add.* qđ) *L*, actū ei A^2, actu** *A*, factum ei *Par.* ‖ 21 defensurus (*sed* de *in ras.*) *A*, adsensurus *L* ‖ 22 quia *A*, qui *LDHalm* ‖ pudentis *L et* (s *extra uers. m. 2*) *A*, pudendi *Halm*, *qui*

tolerabilem habuit: pro periclitantium enim capite non solum eloquentia sua uti, sed etiam uerecundia abuti erat paratus.

6. Sertorius uero corporis robore atque animi consilio parem naturae indulgentiam expertus, proscriptione Sullana dux Lusitanorum fieri coactus, cum eos oratione flectere non posset ne cum Romanis uniuersa acie confligere uellent, uafro consilio ad suam sententiam perduxit: duos enim in conspectu eorum constituit equos, ualidissimum alterum, *alterum* infirmissimum, ac deinde ualidi caudam ab inbecillo sene paulatim carpi, infirmi a iuuene eximiarum uirium uniuersam conuelli iussit. obtemperatum imperio est. sed dum adulescentis dextera inrito se labore fatigat, senio confecta manus ministerium exsecuta est. tunc barbarae contioni quorsum ea res tenderet cognoscere cupienti subicit equi caudae consimilem esse nostrum exercitum, cuius partes aliquis adgrediens opprimere possit, uniuersum conatus prosternere celerius tradiderit uictoriam quam occupauerit. ita gens barbara, aspera et regi difficilis, in exitium suum ruens, quam utilitatem auribus respuerat, oculis peruidit.

7. Fabius autem Maximus, cui non dimicare uincere fuit, cum praecipuae fortitudinis Nolanum peditem dubia fide suspectum et strenuae operae Lucanum equitem amore scorti deperditum in castris

foedum uitium sustulisse sibi uisus in em. Val. p. 28, ipse admisit, uix ferendi *Wensky 1884 p. 787 coll. VIIII 15 init.*, uix pudenti ⟨conuenientis⟩ causam *Gertz**

2 set L^1 ‖ 7 ne∗ (c *eras.*) *A* ‖ 10 alterum *semel habent LA, sed supplet.* alterum *margo A e Par.* ‖ 11 ualide L^1 ‖ 12 senem L^1A^1 ‖ a iuuenem L^1A^1, ab iuuene *Par.* ‖ 13 optemp. A^2 ‖ 15 confectā L^1A^1 ‖ executa *L*, exesecuta *A* ‖ 16 tum *Par.* ‖ 17 subiecit A^2 *Par.* ‖ ∗equi *LA* ‖ 18 similem *Par.* ‖ 19 posset *Par.* ‖ conatũ *LA* ‖ 21 barbara (*corr. e* barbare) *A* ‖ 23 perdidit A^2 ‖ 24 cui *Maduig II 328*, cuius *LA Halm* ‖ ∗micare (*sed supr. ras. m. 2 add.* di) *L* ‖ uincire A^1 ‖ 26 dubia — Lucanum *om.* L^1, *supplet in ras. ita, ut legi uix queant* L^2 ‖ 27 amore —. castris *eras. uacuo spatio relicto L*, amares corti A^1 ‖ depereuntem *Par.*

haberet, ut utroque potius bono milite uteretur quam in utrumque animaduerteret, alteri suspicionem suam dissimulauit, in altero disciplinam paululum a recto tenore deflexit: namque illum plene pro tribunali laudando omnique genere honoris prosequendo animum suum a Poenis ad Romanos coegit reuocare, et hunc clam meretricem redimere passus paratissimum pro nobis excursorem reddidit.

8. Veniam nunc ad eos, quibus salus astutia quaesita est. M. Volusius aedilis pl. proscriptus adsumpto Isiaci habitu per itinera uiasque publicas stipem petens quisnam re uera esset occurrentis dinoscere passus non est eoque fallaciae genere tectus in M. Bruti castra peruenit. quid illa necessitate miserius, quae magistratum populi Romani abiecto honoris praetexto alienigenae religionis obscuratum insignibus per urbem iussit incedere! o nimis aut hi suae uitae aut illi alienae mortis cupidi, qui talia uel ipsi sustinuerunt uel alios perpeti coegerunt!

9. Aliquanto speciosius Sentii Saturnini Vetulonis in eodem genere casus ultimae sortis auxilium. qui, cum a triumuiris inter proscriptos nomen suum propositum audisset, continuo praeturae insignia inuasit praecedentibusque in modum lictorum et apparito-

3 alterũ *LA* ‖ disciplina *L* ‖ 4 Namque (*sed* a *et* e *in ras. corr., ut uid.*, e Numqui) *A*, *fort.* namque et *Halm* ‖ 5 landando A^1, *litt.* ndando *in ras. m. 2 L* ‖ omnisque generis honore *Par.; at u. Halm em. Val. p. 13* ‖ 6 romanis L^1 ‖ 8 excursorem *Aldus*, excussioremq. *LA*, excursatoremq. *C* ‖ 10 quaesita est] *add.* Adbreuiator hic hab. titulũ DE ASTVTIA *margo A e Par.* ‖ m. uolsius *Par.* ‖ 13 passum LA^1 ‖ 15 obiecto A^1 ‖ 16 re**gionis (li *eras.*) *A* ‖ 17 o nimis *Perizonius e cod. Schotti i. e. L*, omnis A^1C, omnes A^2 *dett.*, omnino nimis *Heller in Philolog. 1868 p. 672* ‖ 20 aliquanto (t *ex* d *corr.*) *L* ‖ sentii *in ras. mai. A e Par.*, sentencii L^1, sententiis L^2 *dett.* ‖ satisnini L^1 ‖ 21 fortis A^1 ‖ 22 propositum (*sed* pro *punctat.*) *A* ‖ 24 litorum A^1 ‖ apparito**|rum publicorum seruis ue hi|cula (*sed litt.* rum publ— ue hi *in ras. mai.*) *A*, praeced. seruis in modum lictorum adparitorque uehicula *Par.*, *quod edidi habent L et dett. mei omnes*, apparitorum publicorum, seruis subornatis (*fort.* ornatis *Halm*) uehic. *edd. uett.*

rum et seruorum publicorum subornatis uehicula conprehendit, hospitia occupauit, obuios summouit ac tam audaci usurpatione imperii in maxima luce densissimas hostilibus oculis tenebras offudit. idem, ut Puteolos uenit, perinde ac publicum ministerium agens summa cum licentia correptis nauibus in Siciliam, certissimum tunc proscriptorum perfugium, penetrauit.

10. His uno adiecto leuioris notae exemplo ad externa reuertar. amantissimus quidam filii, cum eum inconcessis ac periculosis facibus accensum ab insana cupiditate [pater] inhibere uellet, salubri consilio patriam indulgentiam temperauit: petiit enim ut prius quam ad eam, quam diligebat, iret uulgari et permissa uenere uteretur. cuius precibus obsecutus adulescens infelicis animi impetum satietate licentis concubitus resolutum ad id, quod non licebat, tardiorem pigrioremque adferens paulatim deposuit.

Ext. 1. Cum Alexander Macedonum rex sorte monitus ut eum, qui sibi porta egresso primus occurrisset, interfici iuberet, asinarium forte *ante* omnis obuiam factum ad mortem abripi imperasset, eoque quaerente quidnam se immerentem capitali supplicio innocentemque addiceret, cum ad excusandum factum

3 imperi L^1 ‖ 4 effudit *LA*, *em. Pighius* ‖ 5 ad LA^1 ‖ 6 nauigiis *Par.* ‖ 9 nocte L^1A^1 ‖ 10 reuertar *A*, conuertar *margo A*, deuertar *cod. Leid. Torrenii, quod uerum uid.* ‖ 12 pater *punctat. A, seclusi u. suspectam, praesertim cum sequatur* patriam indulgentiam, *nec recte defend. Foertsch II 32, sine uncis Halm* ‖ 13 petit *LA Par.* ‖ 14 quam diligebat — uteretur *om.* L^1, *supplet in mrg.* L^2 ‖ peruulgari *margo A e Par.* ‖ 16 infelicem *codd.* (?) *Pighii* ‖ 18 paulatim] *add.* amorem *Halm e Par., non recte, obiectum u.* deposuit *esse* impetum *docuit Gertz** ‖ 21 asinarium forte *in ras. A* ‖ ante omnes *in ras. A*, omnis (*sine* ante) *L*, *om. Halm* ‖ 22 obuiā factum *LA*, sibi obuium factum *Halm coll. I 7, 5; VIIII 12, 2; at u. Cic. Mil. 10, 28 et 29; in Verr. act. pr. 7, 18;* sibi obuium (*sine* factum) *Par.* ‖ imperasset] *add.* atq: *margo A* ‖ 23 quinnā L^2A^1 ‖ 24 addiceret *LA*, adficeret *Halm. cf. Par.; at u. Cic. off. III 10, 45* ‖ cum *recte, ni fallor, delere mauult Gertz** ‖ excussandum *A*

suum oraculi praeceptum retulisset, asinarius, 'si ita est' inquit, 'rex, alium sors huic morti destinauit: nam asellus, quem ego ante me agebam, prior tibi occurrit'. delectatus Alexander et illius tam callido dicto et quod ipse ab errore reuocatus erat, occasionem in aliquanto uiliore animali expiandae religionis rapuit. summa in hoc † mansuetudo, in alterius regis equisone calliditas.

2. Sordida magorum dominatione oppressa Darius sex adiutoribus eiusdem dignitatis adsumptis pactum cum praeclari operis consortibus fecit ut equis insidentes solis ortu cursum in quendam locum dirigerent, isque regno potiretur, cuius equus in eo primus hinnisset. ceterum maximae mercedis competitoribus fortunae beneficium expectantibus solus acumine equisonis sui Oebaris prosperum exoptatae rei effectum adsecutus est, qui in equae genitalem partem demissam manum, cum ad eum locum uentum esset, naribus equi admouit. quo odore inritatus ante omnes hinnitum edidit, auditoque eo sex reliqui summae potestatis candidati continuo equis delapsi, ut est mos Persarum, humi prostratis corporibus Darium regem salutauerunt. quan-

1 oraculi (i *ex* ũ *corr.*) *L* ‖ rettulisset A^2 *Halm* ‖ asinarus (*corr.* ius) *L* ‖ 2 inquid A^1 ‖ 7 in hoc] *add.* cum calliditate *margo A* ‖ mansuetudo] *post h. u. script. erat, sed deinde eras.* summa *in mrg. A, in proximi uersus init.* sūma quoq: *in ras. A, quod soloece dictum non debebat recipere Halm, sed add. fort.* summa *uel* maxima *sine* quoque. *melius:* summa in hoc asinario, neque minor in alt. r. eq. call. *uel* summae in hoc astutiae par illa in alt. *Gertz p. 287. audacius:* summa in hoc asinario astutia, in illo equisone call. *Wensky 1884 p. 788. quae edidi habent L et dett. mei omnes. nescio: an mutata u.* mansuetudo *in* asinario *reliqua recte procedant. cf. III 2, 12 et quae composui in ed. mai. p. 42* ‖ 10 sex *Geuartius, Elect. I 1,* rex *LA* ‖ 12 ęqus L^1, ęquis A^1 ‖ 13 aequis LA^1 ‖ 16 equisonis sui LA^2, equisonissiū A^1 ‖ o ẽ baris *LA* ‖ ex obtatę A^1 ‖ 17 *litt.* qui in equae geni *in ras. A* ‖ equae *m. 3 corr. ex* eaq. *L* ‖ 18 dimissam A^1 ‖ 19 esset *LA*, est *Halm typogr., ut uid., errore* ‖ quo] qui *Perizonius* ‖ 20 eos sex reliquis L^1A^1 ‖ 21 candidadi *L* ‖ 23 darium (i *m. 2 s. l.*) *L* ‖ regem — imperium *om. L*

tum imperium quam paruo interceptum est uaframento!

3. Bias autem, cuius sapientia diuturnior inter homines est quam patria Priene fuit, si quidem haec etiam nunc spirat, illius perinde atque extinctae uestigia tantum modo extant, ita aiebat oportere homines in usu amicitiae uersari, ut meminissent eam ad grauissimas inimicitias posse conuerti. quod quidem praeceptum prima specie nimis fortasse callidum uideatur inimicumque simplicitati, qua praecipue familiaritas gaudet, sed si † altior initamini cogitatio demissa fuerit, perquam utile reperietur.

4. Lampsacenae urbis uero salus unius uaframenti beneficio constitit: nam cum ad excidium eius summo studio Alexander ferretur progressumque extra moenia Anaximenen praeceptorem suum uidisset, quia manifestum erat futurum ut preces suas irae eius opponeret, non facturum se quod petisset iurauit. tunc Anaximenes 'peto' inquit 'ut Lampsacum diruas'. haec uelocitas sagacitatis oppidum uetusta nobilitate inclytum exitio, cui destinatum erat, subtraxit.

5. Demosthenis quoque astutia mirifice cuidam aniculae succursum est, quae pecuniam depositi nomine a duobus hospitibus acceperat ea condicione,

10 qua* (e *eras.*) *A* ‖ 11 altior initamini (*sic sine ras.*) *L*, *add.* imidanimi (*sed ita, ut etiam* mini *legi possit*) *margo L*, altiori n*tamini (n*t *sub ras. certo agnoscuntur et ante* t *eras. uid.* i) A^1, altiorib; animi A^2, altius animi *ex mea coni. Halm*, altior (altioribus) animi (animis) *dett.*, *sed uid. scribend.* si altior inita animi cogitatio [demissa] fuerit? *cf. VIIII 13 ext. 1* ‖ 12 repperietur *LA* ‖ 13 Lamsacenę *LA* ‖ urbis uero (*sic*) *LA*, uero urbis *tacite Halm* ‖ 14 constituit A^1 ‖ excidium *Par. et* (*litt.* cidium *in ras.*) *A*, exercitũ *L*, exitium *dett.* ‖ 16 anaximenen A^2 *Par.*, anaximenaẽ *L*, anaximenę A^1 ‖ 17 preceps L^1A^1, precep*(tor *supr. ras. m. 2 add.*) L^2 ‖ suus (*alter.* u *corr.*) *L* ‖ 18 opponeretur (ur *m. 2 add.*) *L* ‖ 19 inquid A^1 ‖ lamsacum *LA* ‖ 20 deleas diruasq. *Par.* ‖ 23 Demostenes L^1A^1 ‖ 24 aniculae *nos e Par.*, ancillae *LA* ‖ pecunia L^1A^1 ‖ deposita LA^1 ‖ 25 hospitibus *Par.*, hospitiis L^1A

ut illam simul utrisque redderet. quorum alter interiecto tempore tamquam mortuo socio squalore obsitus deceptae omnis nummos abstulit. superuenit deinde alter et depositum petere coepit. haerebat misera et in maxima pariter et pecuniae et defensionis penuria iam[que] de laqueo et suspendio cogitabat: sed opportune Demosthenes ei patronus adfulsit. qui, ut *in* aduocationem uenit, 'mulier' inquit 'parata est depositi se fide soluere, sed nisi socium adduxeris, id facere non potest, quoniam, ut ipse uociferaris, haec dicta est lex, ne pecunia alteri sine altero numeraretur'.

6. Ac ne illud quidem parum prudenter. qui*dam* Athenis uniuerso populo inuisus causam apud eum capitali crimine dicturus maximum honorem subito petere coepit, non quod speraret se illum consequi posse, sed ut haberent homines ubi procursum irae, qui acerrimus esse solet, effunderent. neque eum haec tam callida consilii ratio fefellit: comitiis enim clamore infesto et crebris totius contionis sibilis uexatus, nota etiam denegati honoris perstrictus, eiusdem plebis paulo post in discrimine uitae clementissima suffragia expertus est. quod si adhuc ei ultionem sitienti capitis sui periculum obiecisset, nullam partem defensionis odio obseratae aures reciperent.

7. Huic uaframento consimilis illa calliditas [su-

1 utrisq. *LA et dett.*, utrique *Par. Halm; at u. ad VI 5 ext. 3* ‖ 3 omnes L^2 ‖ *nummos *L* ‖ 4 expetere *Par.* ‖ cepit A^1 ‖ 5 et in *L*, *in (et *eras.*) *A*, ut in (*rententa postea lectione* iamque) *Foertsch II 33* ‖ 6 poenuria A^2 ‖ iam *dett. nonnulli*, iamq: *LA* ‖ 7 oportunae (*sed* a *induct.*) *A* ‖ 8 adfulsit *A*, *add.* adbr: affuit *margo A*, adfuit *Par.*, *quod non improbat Halm; at u. VII 6 ext. 1* ‖ in *om. L*, *m. 2 s. l. add. A, add.* sic u. *margo A* ‖ 9 pacta est *L* ‖ 12 numeretur A^2 ‖ 13 qui|dã (*sed* dã *m. 2 add.*) *A*, qui *L* ‖ 14 *causam *A* ‖ 15 capitalis criminis *Par.* ‖ 16 sperabat *Par.* ‖ 19 comitis *L* A^1 ‖ 20 contentionis L^1 *A* ‖ uexatis A^2, *add.* adbr. actus *margo A e Par.* ‖ 25 obseruatę *L* A^1 ‖ 26 superioris (*extr.* s *punctat.*) *L*, *om. A in ras.*, superiori *CEF*, Superior *DΓ Halm, quod defendit Foertsch II 33, om. Par.*, *glossema putat* superiori *ascript. ad* Huic *Vahlen p.593, nos inclusimus. cf. ed. meam mai.*

periori]. Hannibal a Duilio consule nauali proelio uictus timensque classis amissae poenas dare, offensam astutia *mire* auertit: nam ex illa infelici pugna prius quam cladis nuntius domum perueniret quendam ex amicis conpositum et formatum Karthaginem misit. qui, postquam ciuitatis eius curiam intrauit, 'consulit uos' inquit 'Hannibal, cum dux Romanorum magnas secum maritimas trahens copias aduenerit, an cum eo confligere debeat'. adclamauit uniuersus senatus non esse dubium quin oporteret. tum ille 'conflixit' inquit 'et superatus est'. ita liberum his non reliquit id factum damnare, quod ipsi fieri debuisse iudicauerant.

8. Item Hannibal Fabium Maximum inuictam armorum suorum uim saluberrimis cunctationibus pugnae ludificantem, ut aliqua suspicione trahendi belli respergeret, totius Italiae agros ferro atque igni uastando unius eius fundum inmunem ab hoc iniuriae genere reliquit. profecisset aliquid tanti beneficii insidiosa adumbratio eius, nisi Romanae urbi et Fabii pietas et Hannibalis uafri mores fuissent notissimi.

9. Tusculanis etiam acumine consilii incolumitas parta est: cum enim crebris rebellationibus meruissent ut eorum urbem funditus Romani euertere uel-

1 Hannibal — nauali (*om.* superiori) *litt. diductis ad explendum spatium in ras. A corr. e Par.* ‖ a duilio *in ras. A Par.*, auilio (*corr. ex* audio) *L* ‖ 2 timensq. — dare *LA. cf. VII 6 ext. 1 et Draeger, Hist. Synt. II p. 375*, timens ne — daret *Par. Halm* ‖ offensionem *Par.* ‖ 3 ástutiā L^1, astutiam A^1 ‖ mire A^2 *Par.*, *om.* LA^1, *neque uero hoc ipse adiecisse uid. Par.* ‖ uertit *Par.* ‖ ex illa *om., sed in mrg. m. 1 supplet. L*, ex illo A^1 ‖ pugna* (e *eras.*) *LA* ‖ 5 et formatum *L et dett.*, et subornatum *in ras.* A^2 *Par. Halm; at u. Iustin. XVIII 3, 10* ‖ 7 inquit uos A^2 *e Par.* ‖ 9 configere A^2 *e Par.*, adfligere L^1A^1 ‖ 10 oportere LA^1 ‖ 12 id] in *L* ‖ factū (˜ *eras.*) *L* ‖ 14 Idem A^2, Alter item *codd.* (?) *Pighii, mihi foedissime errasse uid. Val.* ‖ 16 sus**picione (*prior* i *s. l. m. 2*) *L* ‖ 19 genere *om. L* ‖ aliquit tanti benefici L^1 ‖ 21 fuissent noti fuissent notissimi (*sic*) *L* ‖ 23 incolomitas *LA*

lent, atque ad id exequendum Furius Camillus maximus dux ualidissimo instructus exercitu uenisset, uniuersi ei togati obuiam processerunt commeatusque et cetera pacis munia benignissime praestiterunt. armatum etiam intrare moenia passi sunt nec uultu nec habitu mutato. qua constantia tranquillitatis non solum ad amicitiae nostrae ius, sed etiam ad communionem ciuitatis usque penetrarunt, sagaci hercule usi simplicitate, quoniam aptius esse intellexerant metum officiis dissimulare quam armis protegere.

10. At Volscorum ducis Tulli execrabile consilium. qui ad bellum inferendum Romanis maxima cupiditate accensus, cum aliquot aduersis proeliis contusos animos suorum et ob id paci proniores animaduerteret, insidiosa ratione quo uolebat conpulit: nam cum spectandorum ludorum gratia magna Volscorum multitudo Romam conuenisset, consulibus dixit uehementer se timere ne quid hostile subito molirentur monuitque ut essent cautiores et protinus ipse urbe egressus est. quam rem consules ad senatum detulerunt. qui, tametsi nulla suspicio suberat, auctoritate tamen Tulli commotus ut ante noctem Volsci abirent decreuit. qua contumelia inritati facile inpelli potuerunt ad rebellandum. ita mendacium uersuti ducis simulatione beniuolentiae inuolutum duos simul populos fefellit, Romanum, ut insontes notaret, Volscum, ut deceptis irasceretur.

1 camillus *in ras.* *A*, cã illius L^1 ‖ 2 uallidissimo *A* ‖ 3 ei togati A^2, estogati LA^1, togati (*om.* ei) *Par.* ‖ 7 cãmunionè *L* ‖ 8 ***usque (quã *eras. uid.*) *A*, *et habet* quãusq: *L*, quam usque cupierant *Γ* ‖ hercule *usi L^2A^2 *dett.*, herculeus si L^1, erculeusisi A^1, hercules usi *Halm* ‖ 10 officii L^1A^1, officio *dett.* ‖ 11 ad L^1A^1 ‖ 13 aliquod aduersus L^1A^1 ‖ 14 proniores (*s. l. m. 2 add.* prius) *L* ‖ 15 ratione] add. eos *Par.* ‖ 17 romã conuenisset *L dett. et, ut uid.*, A^1, romam uenisset A^2 *Par.* ‖ 22 tam̃ *e* tũ *corr.* *L*

IIII. STRATEGEMATA.

Illa uero pars calliditatis egregia et ab omni reprehensione procul remota, cuius opera, quia appellatione * uix apte exprimi possunt, Graeca pronuntiatione strategemata dicantur.

1. † Omnibus militaribus copiis Tullus Hostilius Fidenas adgressus, quae surgentis imperii nostri incunabula crebris rebellationibus torpere passae non sunt finitimisque tropaeis ac triumphis alitam uirtutem eius spes suas ulterius promouere docuerunt, Mettius Fufetius dux Albanorum dubiam et suspectam semper societatis suae fidem repente in ipsa acie detexit: deserto enim Romani exercitus latere in proximo colle consedit, pro adiutore speculator pugnae futurus, ut aut uictis insultaret aut uictores fessos adgrederetur. non erat dubium quin ea res militum nostrorum animos debilitatura esset, cum eodem tempore et hostes confligere et auxilia deficere cernerent. itaque ne id fieret Tullus prouidit: concitato enim equo omnes pugnantium globos percucurrit praedicans suo iussu secessisse Mettium eumque, cum ipse signum dedisset, inuasurum Fidenatium terga. quo imperatoriae artis consilio metum fiducia mutauit proque trepidatione alacritate suorum pectora repleuit.

1 STRAGEMATA *post* ab omni *L*, STRATE GEMMATA *A* ‖ 3 apellatione *L*, *addunt* nostra A^2 *et dett. nonnulli*, latina *alii et Halm recte*, *ut uid.*, alia appellatione *Heller in Philolog. 1868 p. 659*, una appellatione *Wensky p. 13 coll. Frontin. strateg. praef.* ‖ 4 apte (e *corr. uid. ex* o) *L*, aptae A^1 ‖ exprimi (*litt.* ex *in ras.*) *LA* ‖ gręce A^1 ‖ 5 stra**gemata (te *eras.*) *L* ‖ 6 Cum omnibus m. c. — aggressus esset *Torrenius*, Tullo Hostilio F. aggresso *edd. quaedam uett.*, Omnibus m. c. T. H. F. aggressus est, (erat, *Foertsch*) *et postea* docuerunt. Tum Mettius *Foertsch III 20 et Maduig II 328* ‖ 9 tropeis *LA* ‖ 11 mettus A^2 *et margo A*, metum *habet Par. cf. ed. meam mai. p. 566* ‖ 13 deserto *Halm e Par.*, detecto *LA* ‖ 14 latare L^1 ‖ 15 insultare L^1 A^1 ‖ 18 hoste L^1, hostē L^2 ‖ 19 cerneret *LA* ‖ tullius LA^1 ‖ 24 Pro quo A^1 ‖ t**pidatione (re *supr. ras. m. 2 add.*) *L*

2. Et ne continuo a nostris regibus recedam, Sextus Tarquinius Tarquini filius indigne ferens, quod patris uiribus expugnari Gabii nequirent, ualentiorem armis excogitauit rationem, qua interceptum illud oppidum Romano imperio adiceret: subito namque se ad Gabinos contulit tamquam parentis saeuitiam et uerbera, quae uoluntate sua perpessus erat, fugiens, ac paulatim unius cuiusque fictis et compositis blanditiis adliciendo beniuolentiam, ut apud omnes plurimum posset consecutus, familiarem suum ad patrem misit indicaturum quemadmodum cuncta in sua manu haberet et quaesiturum quidnam fieri uellet. iuuenili calliditati senilis astutia respondit, si quidem re eximie delectatus Tarquinius, fidei autem nuntii parum *credens* nihil respondit, sed seducto eo in hortum maxima et altissima papauerum capita baculo decussit. cognito adulescens silentio simul ac patris facto causam alterius, *alterius* argumentum peruidit nec ignorauit praecipi sibi ut excellentissimum quemque Gabinorum aut exilio summoueret aut morte consumeret. ergo spoliatam bonis propugnatoribus ciuitatem tantum non uinctis manibus ei tradidit.

3. Illud quoque maioribus et consilio prudenter et exitu feliciter prouisum: cum enim urbe capta Galli Capitolium obsiderent solamque potiendi eius spem in fame eorum repositam animaduerterent, perquam callido genere consilii *Romani usi* unico

2 tarquinii f. L^2A^2 *Par.* ‖ 6 gabinos c̆tulit (*litt.* inos c *in ras.*) A^1 ‖ 8 perpessas L^1 ‖ 9 factis L^1A^1 ‖ adlicendo L^1 ‖ 11 dicturum *Par.* ‖ 12 cunctā L^1 ‖ 14 eximia A^1 *et* e *ante* x *m. 2 s. l.* *L* ‖ 15 credens *om.* *LA*^{1}, *suppl.* A^2 *e Par.* ‖ 16 seducto (s *eras.*) *L* ‖ hortum (h *eras.*) *L* ‖ 17 papaberum L^1 A^1 ‖ 18 ac″ patris″ (*transpositionis not. m. 2 add.*) *A*, patris *aut ante* ac *aut post* facto *ponend. cens. Gertz p. 288*, *ante* simul *ed. Torrenii* ‖ 19 alterius *nos addidimus*, *om.* *LA* ‖ argumenti A^2 ‖ 20 quenq: L^2 ‖ 21 submoueret *Par.* ‖ 23 uictis manibus L^1, uincti inanibus A^1 ‖ 24 a maioribus A^2 *Halm*; *at u. IIII 2 init.* ‖ et *s. l. m. 1 add.* *A* ‖ 27 eorum *LA Par.*, nostrorum *Kellerbauer* ‖ 28 romani usi *margo A e Par.*, usi Romani *Gertz**, *om.* *LA Halm*

perseuerantiae inritamento uictores spoliauerunt: panes enim iacere conpluribus e locis coeperunt. quo spectaculo obstupefactos infinitamque frumenti abundantiam nostris superesse credentes ad pactionem omittendae obsidionis conpulerunt. misertus est tunc profecto Iuppiter Romanae uirtutis, praesidium ab astutia mutuantis, cum summa alimentorum inopia proici praesidia inopiae cerneret. igitur ut uafro, ita periculoso consilio salutarem exitum dedit.

4. Idemque Iuppiter postea praestantissimorum ducum nostrorum sagacibus consiliis propitius aspirauit: nam cum alterum Italiae latus Hannibal laceraret, alterum inuasisset Hasdrubal, ne duorum fratrum iunctae copiae intolerabili onere fessas simul res nostras urguerent, hinc Claudii Neronis uegetum consilium, illinc Liui Salinatoris inclyta prouidentia effecit: Nero enim conpresso a se in Lucanis Hannibale praesentiam suam, quoniam ita ratio belli desiderabat, mentitus hosti ad opem collegae ferendam per longum iter celeritate mira tetendit. Salinator in Vmbria apud Metaurum flumen proximo die dimicaturus summa cum dissimulatione Neronem castris noctu recepit: tribunos enim a tribunis, centuriones a centurionibus, equites ab equitibus, pedites a peditibus excipi iussit ac sine ulla tumultuatione solo uix unum exercitum capiente alterum inseruit. quo euenit ne Hasdrubal cum duobus se consulibus proeliaturum prius sciret quam utriusque uirtute prosterneretur. ita illa toto

2 e *om. Par.* ‖ ceperunt L^2 *et in ras. A*, quacplerunt (*sic*) L^1 ‖ 3 obstupefactus $L^1 A^1$ ‖ infinutãq: L^1 ‖ 4 habundantiã (h *eras.*) *L* ‖ 7 mutuantes** (*sed* s *m. 2 add.*) A^1, mutuant*Is (e *eras.*) L^1 ‖ summã—inopiã A^2, *an* in summa? ‖ 8 proci *L et punctat. A*, ferre *margo A* ‖ 14 honore fessa $L^1 A^1$ ‖ 15 urgerent $L^2 A^2$ ‖ cladii A^1 ‖ 16 uetum A^1 ‖ 20**iter (*corr., ut uid., ex* inter, *sed* ter *s. l.*) *L*, inter A^1 ‖ 23 recepit *in ras. A* ‖ 26 capienti L^2, sapiente $L^1 A$ ‖ 28 preliaturum *LA*, *scribend. uid.* proeliatum. *cf. nos in Fleckeis. ann. 1886 p. 61* ‖ 29 utrisq. *corr. ex* utriusq. L^2 ‖ uirtute *L et dett. mei omn.*, *om. A*

terrarum orbe infamis Punica calliditas Romana elusa prudentia Hannibalem Neroni, Hasdrubalem Salinatori decipiendum tradidit.

5. Memorabilis etiam consilii Q. Metellus. qui, cum pro consule bellum in Hispania aduersus Celtiberos gereret urbemque *Con*trebiam caput eius gentis uiribus expugnare non posset, intra pectus suum multum ac diu consiliis agitatis uiam repperit, qua propositum ad exitum perduceret. itinera magno impetu ingrediebatur, deinde alias atque alias regiones petebat: hos obsidebat montes, paulo post ad illos transgrediebatur, cum interim tam suis omnibus quam ipsis hostibus ignota erat causa inopinatae eius ac subitae fluctuationis. interrogatus quoque a quodam amicissimo sibi quid ita sparsum et incertum militiae genus sequeretur, 'absiste' inquit 'istud quaerere: nam si huius consilii mei interiorem tunicam consciam esse sensero, continuo eam cremari iubebo'. quorsum igitur *ea* dissimulatio erupit aut quem finem habuit? postquam uero et exercitum suum ignorantia et totam Celtiberiam errore implicauit, cum alio cursum direxisset, subito ad *Con*trebiam reflexit eamque *in*opinatam et attonitam oppressit. ergo nisi mentem suam dolos scrutari coegisset, ad ultimam ei senectutem apud moenia *Con*trebiae armato sedendum foret.

2 elusa $L^2 A^2$, elus a L^1, eius a A^1 ‖ prudentia] *addend. cens.* quae *Foertsch I 24, distinxit* prudentia: Hannibalem *non recte Halm*, calliditas elusa *dicta pro illusione et deceptione calliditatis. cf. etiam Heller Philol. 1869 p. 283, II 9 in. et VIIII 1 ext. 1* ‖ neroni*** (has *uid. eras.*) *L* ‖ 3 salinatori* (s *in fin. eras.*) *LA* ‖ 4 m. metellus *Par.* ‖ 5 consule (e *punctat.*) *L* ‖ hispaniam $L^1 A^1$ ‖ 6 trebiam *h. l. et bis infra LA Par. cf. II 7, 10* ‖ capud A^1 ‖ 7 posse $L^1 A^1$ ‖ 8 repperit *om. L* ‖ 10 Deinde** (et *eras. uid.*) *A* ‖ atq: alias *m. 1? s. l. L* ‖ 11 *add.* modo *ante* hos *margo A* ‖ obsidebant L^1 ‖ 12 transgredebatur A^1 ‖ 13 hostibus (*litt.* tibus *in ras.*) *A* ‖ inopinata $L^1 A^1$ ‖ 18 tunicã (*litt.* icã *in ras.*) *A*, tunciam L^1 ‖ 19 quorũ A^1 ‖ ea $L^2 A^2$, a $L^1 A^1$, ista *dett.* *mei omn. Halm* ‖ 20 uero *om. F, nescio an recte* ‖ 22 sub*ito *L* ‖ 23 opinatam $L A^1$ ‖ 25 menia *L*

Ext. 1. Agathocles autem Syracusarum rex audaciter callidus: cum enim urbem eius maiore ex parte Karthaginienses occupassent, exercitum suum in Africam traiecit, ut metum metu, uim ui discuteret, nec sine effectu: nam repentino eius aduentu perculsi Poeni libenter incolumitatem suam salute hostium redemerunt pactique sunt ut eodem tempore et Africa Siculis et Sicilia Punicis armis liberaretur. age *si* Syracusarum moenia tueri perseuerasset? *Sic*ilia belli malis urgueretur, bona pacis fruenda securae Karthagini reliquisset. nunc inferendo quae patiebatur, dum alienas potius lacessit opes quam suas tuetur, quo aequiore animo regnum deseruit, eo tutius recepit.

2. Quid, Hannibal Cannensem populi Romani aciem nonne prius quam ad dimicandum descenderet conpluribus astutiae copulatam laqueis ad tam miserabilem perduxit exitum? ante omnia enim prouidit ut et solem et puluerem, qui ibi uento multus ex*ci*tari solet, aduersum haberet. deinde partem copiarum suarum inter ipsum proelii tempus de industria fugere iussit, quam cum a reliquo exercitu abrupta legio Romana sequeretur, trucidandam eam ab his, quos *in* insidiis collocauerat, curauit. postremo CCCC equites subornauit, qui simulata transitione petierunt consulem, a quo iussi more transfugarum depositis armis in ultimam pugnae partem secedere destrictis gladiis, quos inter tunicas et loricas abdiderant, poplites pugnantium Romanorum ce-

2 callidis, *ut uid.*, *L*¹ ‖ 4 ut metum — ui *in ras. A*, ut metuum metu*i*u*ī (*singulae hastae eras.*) *L* ‖ discuteret nec sine *in ras. A* ‖ 6 incolomitatem *LA*¹ ‖ salutẽ *L*¹*A*¹ ‖ 8 laberaretur *A*¹ ‖ 9 age (*om.* si) *LA*¹, at si *A*² ‖ tueri] *add. s. l.* ipsa *L* ‖ 10 Sicilia *Halm,* illa *LA* ‖ bellis *L*² ‖ urg*eretur *L*¹*A*, urgerentur *L*² *dett.* ‖ 14 totius *L*¹ ‖ 15 canensem *L*¹ ‖ 16 aciem] *add.* speculatus *margo A e Par.* ‖ 17 copulatam *LA*, implicatam *Pighius*, cõplicatam *A*² *et margo L* ‖ 20 extari *LA* ‖ 23 abrupta *Gertz p. 288*, abruptam *LA Halm* ‖ 24 his *LA Par.*, iis *Halm* ‖ in *om. LA* ‖ 26 petietur *L*¹ ‖ 28 distinctis *A*¹, *em. A*² *e Par.*

ciderunt. haec fuit Punica fortitudo, dolis et insidiis et fallacia instructa. quae nunc certissima circumuentae uirtutis nostrae excusatio est, quoniam decepti magis quam uicti sumus.

V. DE REPVLSIS.

Campi quoque repraesentata condicio ambitiosam ingredientis uiam ad fortius sustinendos parum prosperos comitiorum euentus utiliter instruxerit, quia propositis ante oculos clarissimorum uirorum repulsis ut non minore cum spe honores, ita prudentiore cum animi iudicio petent meminerintque nefas non esse aliquid ab omnibus uni negari, cum saepe numero singuli cunctorum uoluntatibus resistere fas esse duxerint, scientes etiam patientia quaeri debere quod gratia impetrari nequierit.

1. Q. Aelius Tubero a Q. Fabio Maximo epulum populo nomine P. Africani patrui sui dante rogatus ut triclinium sterneret lectulos Punicanos pellibus haedinis strauit et pro argenteis uasis Samia exposuit. cuius rei deformitas sic homines offendit, ut, cum alioqui uir egregius habe*re*tur comitiisque praetoriis candidatus in campum L. Paulo auo et P. Africano auunculo nixus descendisset, repulsa inde abiret notatus: nam ut priuatim semper continentiam probabant, ita publice maxima cura splendoris habita est. quocirca urbs non unius conuiuii numerum, sed totam se in illis pelliculis iacuisse credens ruborem epuli suffragiis suis uindicauit.

1 dolis* (*sed* s *in ras.*) A^2, dolus, *ut uid.*, A^1, dolii (*extr.* i *corr.*) *L* ‖ 5 DE AMBITV *Par.* ‖ 7 *an* uitam? *Perizonius recte, ni fallor* ‖ ‖ 10 honore A^1, honoris *L et dett.* ‖ 14 *fort.* scient *probabiliter Perizonius* ‖ patientiā L^1 ‖ 15 gratiā L^1 A^1 ‖ 16 delius (*ex* aelius *uid. corr.*) *L* ‖ Q. Fabio — nomine *om. L, sed supplet m. 1 margo L* ‖ maximum *margo A* ‖ aepulum LA^1 ‖ 17 patris *Par.* ‖ 18 lectos *Par.* ‖ 19 aedinis A^1, hedinis A^2 ‖ 20 homines A^1, omnes A^2 *Par.* ‖ 21 habetur L^1 *A* ‖ 22 in forum *Par.* ‖ 23 habiret L^1, abierit A^2 ‖ 27 *uu.* sed totam — Scipio Na *bis scripta habet* (ępulis *in priore,* aepuli* *in altera parte*) *L* ‖ 28 epulis *A*

2. P. autem Scipio Nasica togatae potentiae clarissimum lumen, qui consul Iugurthae bellum indixit, qui matrem Idaeam e Phrygiis sedibus ad nostras aras focosque migrantem sanctissimis manibus excepit, qui multas et pestiferas seditiones auctoritatis suae robore oppressit, quo principe senatus per aliquot annos gloriatus est, cum aedilitatem curulem adulescens peteret manumque cuiusdam rustico opere duratam more candidatorum tenacius adprehendisset, ioci gratia interrogauit eum num manibus solitus esset ambulare. quod dictum a circumstantibus exceptum ad populum manauit causamque repulsae Scipioni attulit: omnes namque rusticae tribus paupertatem sibi ab eo exprobratam iudicantes iram suam aduersus contumeliosam eius urbanitatem destrinxerunt. igitur ciuitas nostra nobilium iuuenum ingenia ab insolentia reuocando magnos et utiles ciues fecit honoribusque non patiendo eos a scurris peti debitum auctoritatis pondus adiecit.

3. Nullus error talis in L. Aemilio Paulo conspectus est, sed tamen aliquotiens frustra consulatum petiit, idemque, cum iam campum repulsis suis fatigasset, bis consul et censor factus amplissimum etiam dignitatis gradum obtinuit. cuius uirtutem iniuriae non fregerunt, sed acuerunt, quoniam quidem ipsa nota accensam cupiditatem summi honoris ardentiorem ad comitia detulit, ut populum, quia nobilitatis splendore et animi bonis mouere non poterat, pertinacia uinceret.

4. Q. autem Caecilium Metellum pauci et maesti

2 qui A^1, is qui A^2 *Par.* ‖ 3 ideam *LA* ‖ phrygicis LA^1 ‖ 7 aliquod A^1 ‖ 9 mere A^1 ‖ 10 tenacuius (*uel* ciuus) *L* ‖ ioci causa *Par.* ‖ 11 num *LA*, an *Par.* ‖ 12 circum instantib; *L A* ‖ 14 exprobratū L^1 ‖ 16 destinxerunt A^1 ‖ 19 scurris *Oliuerius et Gertz p. 288*, securis *L A Halm* ‖ 22 aliquoties *L* A^1, *ut nos Par.* ‖ 23 petit LA^1 ‖ 24 censor A^2 *Par.*, consors LA^1 ‖ factus ē A^2 ‖ 25 uirtutem — quoniam *om. L* ‖ 28 ardentiū rē L^1 ‖ 29 animis (s *m. 2 expunctum*) bonis *L*, animis boni A^1, animi sui boni A^2

amici consulatus repulsa adflictum tristitia ac rubore plenum domum reduxerunt. eundem de Pseudophilippo triumphantem uniuersus senatus laetum et alacrem in Capitolium prosecutus est. Achaici etiam belli, cui summam manum L. Mummius adiecit, maxima pars ab hoc uiro profligata est. eine ergo populus consulatum negare potuit, cui mox duas clarissimas prouincias aut daturus erat aut debiturus, Achaiam et Macedoniam? et quidem hoc facto meliore eo ciue usus est: intellexit enim quam industrie sibi gerendus esset consulatus, quem tanto labore impetrari senserat.

5. Quid tam excellens, quid tam opulentum quam L. Sulla? diuitias, imperia largitus est, leges uetustas abrogauit, nouas tulit. hic quoque in eo campo, cuius postea dominus extitit, repulsa praeturae suggillatus est, omnia loca petiti honoris, si quis modo deorum formam et imaginem futurae eius potentiae populo Romano repraesentasset, impetraturus.

6. Sed ut comitiorum maximum crimen referam, M. Porcius Cato, plus moribus suis praeturae decoris adiecturus quam praetexto eius splendoris ipse la*tu*rus, consequi illam a populo aliquando non potuit. proxima dementiae suffragia, quae quidem satis graues poenas erroris sui pependerunt, quoniam quem honorem Catoni negauerant Vatinio dare coacti sunt. ergo, si uere aestimare uolumus, non Catoni tunc praetura, sed praeturae Cato negatus est.

1 repulsam *LA*[1] ‖ afflictum *in ras. A e Par.*, afflatu *L*[1], afflati *L*[2] ‖ robore plenã *LA*[1], maerore plenum *Par.* ‖ 2 peudo philippo (*sed* s *ante* peu *m. 3 add.*) *L*, pecudo philippo (*sed* c *eras.*) *A* ‖ 9 et] aut *LA* ‖ machedoniam *L* ‖ 10 industriae *A* ‖ 12 impetrari (ri *in ras.*) *L*, impetrati *A*[1], impetratũ *margo A* ‖ senserant *A*, *sed corr. in marg.* ‖ 15 in eo *LA*[2], meo *A*[1] ‖ 17 suggilatus *L*[1]*A*[1] ‖ 19 imperaturus *LA*[1] ‖ 21 eferam *A*[1], efferam *A*[2] ‖ 23 adicturus *A*[1] ‖ quã praetexturę ipse laturus *margo A* ‖ 24 laurus *L*[1]*A*[1] ‖ 26 graues* *A* ‖ penas *L*[1] ‖ 29 nogatus *L*[1]

VI. DE NECESSITATE.

Abominandae quoque necessitatis amarissimae leges et truculentissima imperia cum urbem nostram tum etiam exteras gentes multa non intellectu tantum, sed etiam auditu grauia perpeti coegerunt.

1. Nam aliquot aduersis proeliis secundo Punico bello exhausta militari iuuentute Romana senatus auctore Ti. Gracho consule censuit uti publice serui ad usum propulsandorum hostium [impetum] emerentur, eaque de re per tribunos pl. apud populum lata rogatione tres creati sunt uiri, qui quattuor et uiginti milia seruorum conparauerunt adactosque iure iurando strenuam se fortemque operam daturos, quoad Poeni essent in Italia, laturos arma in castra miserunt. ex Apulia etiam et a Paediculis septuaginta atque CC ad supplementum equitatus sunt empti. quanta uiolentia est casus acerbi! quae ciuitas ad id tempus ingenuae quoque originis capite censos habere milites fastidierat, eadem cellis seruilibus extracta corpora et a pastoralibus casis collecta mancipia uelut praecipuum firmamentum exercitui suo adiecit. cedit ergo interdum generosus spiritus utilitati et fortunae uiribus succumbit, ubi, nisi tutiora consilia legeris, speciosa sequenti concidendum est.

1 DE LEGIBVS ET IMPERIIS TRVCVLENTIS *Par.* ‖ 3 cum *L et margo A, om. AΓ*, tum *dett.* ‖ 6 aliquod L^1A^1 ‖ 7 exhausto LA^1 ‖ 8 auctor (*sed corr.* auctore) tito *LA*, senatu a. titus gracchus c. c. *margo A* ‖ gracco L^1 ‖ 9 adusum LA^1, adūsum (*i. e.* aduersum) A^2 *et dett.*, *add.* ad usum propulsandorum hostium emerentur *margo A e Par.* ‖ impetum *LA*, *om. Par.*, *deleuit Halm. cf. Maduig II 322* ‖ 10 apud *LA*, ad *Par. et dett. pauci* ‖ 11 quattuor et $\overline{XX}$ seruorum *LA*, IIII milia *coni. Lipsius* ‖ 14 laturos arma A^2D, daturã L^1, datura arma L^2A^1, data armatura *Halm. cf. em. Val. p. 14 et Vahlen coll. Cn. Naeu. reliqq. p. 6; at u. Maduig II 328* ‖ 15 ex polia A^1 ‖ a] e *Par.* ‖ Paediculis *Cluuerius et margo A e Par.*, fidiculis *LA dett.* ‖ 16 supplimentum L^1A^1 ‖ 17 acerui L^1A^1 ‖ 18 ciuitatis A^1 ‖ 19 cesos L^1A^1 ‖ 21 uelud A^1 ‖ 22 cędit LA^1, cedat *et u. 23* succumbat *non male, sed praeter necessitatem Wensky p. 13*

Cannensis autem clades adeo urbem nostram uehementer confudit, ut M. Iunio Pera dictatore rem publicam administrante spolia hostium adfixa templis deorum numini consecrata instrumento militiae futura conuellerentur, ac praetextati pueri arma induerent, addictorum etiam et capitali crimine damnatorum sex milia conscriberentur. quae, si per se aspiciantur, aliquid ruboris habeant, si autem admotis necessitatis uiribus ponderentur, saeuitiae temporis conuenientia praesidia uideantur.

Propter eandem cladem senatus Otacilio, qui Siciliam, Cornelio Mammulae, qui Sardiniam pro praetoribus obtinebant, querentibus quod neque stipendium neque frumentum classibus eorum et exercitibus socii praeberent, adfirmantibus etiam ne habere quidem eos unde id praestare possent, rescripsit aerarium longinquis inpensis non sufficere: proinde quo pacto tantae inopiae succurrendum esset ipsi uiderent. his litteris quid aliud quam imperii sui gubernacula e manibus abiecit Siciliamque et Sardiniam, benignissimas urbis nostrae nutrices, gradus *et* stabilimenta bellorum, tam multo sudore et sanguine in potestatem redactas paucis uerbis, te scilicet Necessitate iubente, dimisit.

2. Eadem Casilinates obsidione Hannibalis clausos alimentorumque facultate defectos lora necessa-

1 cladis $L^1 A^1$ ‖ 2 Iunio Pera *I. Fr. Gronouius ad Liu. XXIII 74, 2*, iuniopera (*sed* a *punct.*) *L*, iuni∗opera (o *eras. uid.*) *A*, iuni opera *Par.* ‖ dictatura $L^1 A$, dictaturā L^2, *em. Halm*, *add.* u. dictatoris *margo A e Par.* ‖ 3 administrantes $L^1 A^1$, administrantis A^2 ‖ adflixa $L A^1$ ‖ 4 futura∗ (e *eras. uid.*) *A*, ꝓfutura (ꝓ *m. 2 s. l*) *L* ‖ 6 et *om.* L^1 ‖ dampnatorum, *ut uid.*, A^1 ‖ 7 sex A^2 *et Liu. l. c.*, sed $L^1 A^1$, $\overline{\text{VII}}$ *margo* L^2, III *Par.*[1], VI *Par.*[2], XVI *in marg. cod. Par.*, sedecim *dett. pauci* ‖ 11 Propter] *h. l. titulum* DE NECESSITATE *habet Par.* ‖ eandem (a *m. 2 s. l.*) *L* ‖ octacilio $L A^1$ ‖ 13 optinebant *L* ‖ 16 haberet $L^1 A^1$ ‖ 18 pacto (o *ex* ε *corr.*) *L* ‖ 20 gubernaculę manibus abiecit (ie *in ras.*) L^1 ‖ 21 urbes A^1 *et* s *m. 2 add. L* ‖ nutricis *L A* ‖ 22 et *om. L A dett.* ‖ 24 necessitas A^2 ‖ 26 facultatem $L^1 A$, u. facilitate *margo A e Par.*

riis uinculorum usibus subducta eque scutis detractas pelles feruenti resolutas aqua mandere uoluisti. quid illis, si acerbitatem casus 'intueare, miserius, si constantiam respicias, fidelius? qui, ne a Romanis desciscerent, tali uti cibi genere sustinuerunt, cum pinguissima arua sua fertilissimosque campos moenibus suis subiectos intuerentur. itaque Campanae urbis, quae Punicam feritatem deliciis suis cupida fouit, in propinquo situm Casilinum, † moderarum uirtute clarum, perseuerantis amicitiae pignore impios oculos uerberauit.

3. In illa obsidione et fide cum trecenti Praenestini permanerent, euenit ut ex his quidam murem captum ducentis potius denariis uendere quam ipse [potius] leniendae famis gratia consumere mallet. sed, credo, deorum prouidentia [effectum] et uenditori et emptori quem uterque merebatur exitum adtribuit: auaro enim [et] fame consumpto manubiis sordium suarum frui non licuit, aequi animi uir ad salutarem inpensam faciendam care quidem, uerum necessarie conparato cibo uixit.

4. C. autem Mario Cn. Carbone consulibus ciuili bello cum L. Sulla dissidentibus, quo tempore non rei publicae uictoria quaerebatur, sed praemium uictoriae res erat publica, senatus consulto aurea

1 aeque $L^1 A$ ‖ detractatas (*prius* ta *expunct.*) *L*, detractat*s A^1 ‖ 2 soluta *Par.* ‖ mandare $L^1 A$ ‖ uoluistis $L A^1$ ‖ 3 aceruitatem $L^1 A^1$ ‖ intuere $L^1 A^1$ ‖ 4 quin ea rom. *L* ‖ 5 ciui A^1 ‖ 8 cupide A^2 ‖ 9 moderarum $L A^1$, modo rara A^2, incolarum *Foertsch I 25, Halm; at u. Maduig II 329, qui coni.:* mole paruum, uirtute clarum, *parum probabiliter. ut ipse aliquid afferam, an* modicarum ⟨uirium, sed⟩ uirtute clarum? ‖ 12 penestrini L^1 *et* r *punctat.* *A* ‖ 13 his *L A*, eis *Par. Halm* ‖ 14 ducentis *A*, XCC *Par.*[1] ‖ dariis A^1 ‖ ipse potius *L A*, *om.* potius *D Γ Halm*, ipse ocius *Foertsch II 33* ‖ 15 liniendae $L A^1$ ‖ 16 effectum *L et punctatum in A*, *deleuit Pighius*, *add.* quae *Foertsch l. c.*, BR: itaq. hic quidẽ inopia decessit, qui emerat uixit *margo A e Par.* ‖ 18 et *L A*, *om. D*, ex *Torrenius*, ut *Foertsch l. c.* ‖ manubiis (*corr. e* manib.) *L* ‖ 19 aequi| et sui *margo A* ‖ animi (a *m. 2 s. l.*) *L* ‖ 21 necessariae $L^1 A^1$ ‖ 24 proemium *A*

atque argentea templorum ornamenta, ne militibus stipendia deessent, conflata sunt: digna enim causa erat, hinc an illi crudelitatem suam proscriptione ciuium satiarent, ut di immortales spoliarentur! non ergo patrum conscriptorum uoluntas, sed taeterrimae necessitatis truculenta manus illi consulto stilum suum inpressit.

5. Diui Iuli exercitus, id est inuicti ducis inuicta dextera, cum armis Mundam clausisset aggerique extruendo materia deficeretur, congerie hostilium cadauerum quam desiderauerat altitudinem instruxit eamque tragulis et pilis, quia roboreae sudes deerant, magistra nouae molitionis necessitate usus uallauit.

6. Atque ut diuinam filii mentionem caelesti patris recordationi subnectam, cum effusurus se in nostras prouincias Parthorum rex Phraates uideretur, uicinaeque imperio eius regiones subito indicti tumultus denuntiatione quaterentur, tanta in Bosporano tractu commeatus penuria incessit, uti VI milibus denariis singula uasa olei frumentique modiis totidem mancipia permutarentur. sed amarissimam tempestatem Augusti cura tutelae tunc terrarum uacans dispulit.

Ext. 1. Cretensibus nihil tale praesidii adfulsit, qui obsidione Metelli ad ultimam penuriam conpulsi

1 milib; A^1 ‖ 2 enim causa (*sic, non* enim et c.) *LA* ‖ 3 erat *in ras. A*, e**rat *L* ‖ ili L^1 ‖ proscriptionem L^1A^1 ‖ 4 di inmortales (*corr. m. 2 ex* dũ mort.) *L* ‖ 5 sedate teterrimę necessitatis LA^1, sed tua teterrima necessitas A^2, sedata, sed taeterrimae nec. *Gertz p. 288* ‖ 8 id ẽ *Γ*, idem *LA* ‖ 9 mumdã L^1 ‖ clusisset *Par.* ‖ agerriq. L^1A^1 ‖ 10 struendo *Par.* ‖ congerię A^1 ‖ 11 desiderauerat (*m. 1? corr. e* desiderabilem) *L* ‖ 12 pilus *uel* piliis L^1A^1 ‖ 15 ut *om.* L^1 ‖ diui iam f. *coni. Perizonius; at u. ed. meam mai. p. 37* ‖ cęlesti *A*, celestis *dett.* ‖ 16 recordationi (*extr.* i *corr.*) *L*, recordatione *A* ‖ 17 partorum rex phrates L^1A^1 ‖ 18 subita L^2A^2 ‖ 19 bosphorano L^2A^2 ‖ 20 poenuria A^2 ‖ VI milibus *dett.*, uia militib; *LA* ‖ 21 denariis *LA*, denarium *Ascensius Halm; at u. Roth in Iahn. ann. supplem. XII p. 356* ‖ toti**dẽ *L* ‖ 23 uagans L^1A^1 ‖ 25 Cretensib: *in ras. m. 2 A* ‖ 26 obsi-

sua iumentorumque suorum urina sitim torserunt iustius dixerim quam sustentarunt, quia, dum uinci timent, id passi sunt, quod eos ne uictor quidem pati coegisset.

2. Numantini autem *a* Scipione uallo et aggere circumdati, cum omnia, quae famem eorum trahere poterant, consumpsissent, ad ultimum humanorum corporum dapibus usi sunt. quapropter capta iam urbe conplures inuenti sunt artus et membra trucidatorum corporum sinu suo gestantes. nulla est in his necessitatis excusatio: nam quibus mori licuit, sic uiuere necesse non fuit.

3. Horum trucem pertinaciam in consimili facinore Calagurritanorum execrabilis impietas supergressa est. qui, quo perseuerantius interempti Sertorii cineribus obsidionem Cn. Pompei frustrantes fidem praestarent, quia nullum iam aliud in urbe eorum supererat animal, uxores suas natosque ad usum nefariae dapis uerterunt: quoque diutius armata iuuentus uiscera sua uisceribns suis aleret, infelices cadauerum reliquias sallire non dubitauit. en quam aliquis in acie hortaretur ut pro salute coniugum et liberorum fortiter dimicaret! ex hoc nimirum hoste tanto duci poena magis quam uictoria petenda fuit, quia plus uindicatus [libertatis] quam uictus gloriae adferre potuit, cum omne serpentum ac ferarum genus conparatione sui titulo feritatis superarit: nam quae illis dulcia uitae pignora proprio spiritu cariora sunt, ea Calagurritanis prandia atque cenae extiterunt.

dionẽ A^1 || ultimamq. A^1, ultimam usq. A^2 *non improbante Halmio*, ultimam ciborum et potus Γ, *ut nos L Par.* || poenuriam A^2

2 sustentarent A^1 || 5 a A^2 *Par.*, *om.* LA^1 || 14 callagurgitanorum (*sed infra* recte calagurrit.) LA || superegressa A^1 || 23 dimicareт̃ (*i. e.* tur, *sed* ret *in ras.*) A || 24 hoste *in ras. m. 2 A* || magis] duci (*ergo bis*) L || 25 libertatis *del. Perizonius*, dignitatis *Foertsch II 33* || 28 feriatis L^1A^1 || namq. illis A^1 || 29 sint L^1

VII. DE TESTAMENTIS QVAE SCISSA SVNT.

Vacemus nunc negotio, quod actorum hominis et praecipuae curae et ultimi est temporis, consideremusque quae testamenta aut rescissa sunt legitime facta aut, cum merito rescindi possent, rata manserunt, quaeue ad alios quam qui expectabant honorem hereditatis transtulerunt: atque ita, ut ea ordine quo proposui exequar.

1. Militantis cuiusdam pater, cum de morte filii falsum e castris nuntium accepisset, [qui erat falsus,] aliis heredibus scriptis decessit. peractis deinde stipendiis adulescens domum petiit: errore patris, inpudentia alienorum [domum] sibi clausam repperit: quid enim illis inuerecundius? florem iuuentae pro re publica absumpserat, maximos labores ac plurima pericula tolerauerat, aduerso corpore exceptas ostendebat cicatrices, et postulabant ut auitos eius lares otiosa ipsi urbi onera possiderent. itaque depositis armis coactus est in foro togatam ingredi militiam: acerbe: cum inprobissimis enim heredibus de pa-

1 QVAE SCISSA (RESCISSA *dett.*) SVNT *LA*, *om. Halm cum Par., qui tria haec de testamentis capita rectius uno titulo comprehendit* ‖ 3 ultimi (*extr.* i *m. 3 corr.*) *L*, ultime A^1 ‖ est (*sed* t *m. 3 s. l.*) *L*, ē∗ (*corr. ex.* ēe, *ut uid.*,) *A* consideremus quaeq. *A* ‖ 7 eo ordine quo *Halm*, *sed rectius* ea ordine quo *Gertz p. 288*, ea ordine qua *LA*, *ante Halmium haec cum §. 1 coniungebantur:* Atque ista ut ordine (*uel* Atque ut ea ordine), quo proposui exequar. militantis *etc.*, Atque ut instituto ordine quae prop. *Wensky 1884 p. 789* ‖ 10 qui erat falsus *LC*, *idque in A quoque fuisse cognoscitur e spatio 12 uel 13 litterar. uacuo relicto post rasuram, sub cuius extrema parte* falsus *fuisse apparet*, *om. Halm*, ubi erat saluus *coni. Gertz** ‖ 11 alius L^1 ‖ 12 petit *LA*, repetiit *uel* rediit *Gertz**; *at u. N. Q. p. 16* ‖ inpudentiam L^1 ‖ 13 alienorum *Wensky l. c.*, *idem* dominorum *coniecerat p. 13*, amicorum *LA Halm*, inimicorum *nos*, *nam* inpudentiamicorum *in archetyp. fuisse uid.*, *sed melius Wensky* ‖ domum *inclusi, sine uncis Halm* ‖ 15 absũserat *L* ‖ 17 postulabant *Halm*, postulabat *LA* ‖ ut LA^1, ut ñ A^2, ne *margo A*, ut ne *e cod. Ultraiect. Torrenius et Blaum p. 46* ‖ abitos L^1, habitos L^2A^1 ‖ 20 acerue L^1A^1

ternis bonis apud centumuiros contendit: omnibusque non solum consiliis sed etiam sententiis superior discessit.

2. Item M. Annei Carseolani splendidissimi equitis Romani filius, a Sufenate auunculo suo adoptatus testamentum naturalis patris, quo praeteritus erat, apud centumuiros rescidit, cum in eo Tullianus Pompei Magni familiaris ipso quidem Pompeio signatore heres scriptus esset. itaque illi in iudicio plus cum excellentissimi uiri gratia quam cum parentis cineribus negotii fuit. ceterum quamuis utraque haec aduersus nitebantur, tamen paterna bona optinuit: nam L. quidem Sextilius et P. Popilius, quos M. Anneius sanguine sibi coniunctos eadem ex parte qua Tullianum heredes fecerat, sacramento cum adulescentulo contendere ausi non sunt, tametsi praecipuis eo tempore Magni uiribus ad defendendas tabulas testamenti inuitari poterant, et aliquantum adiuuabat heredes quod M. Anneius in Sufenatis familiam ac sacra transierat. sed artissimum inter homines procreationis uinculum patris simul uoluntatem et principis auctoritatem superauit.

3. C. autem Tettium a patre infantem exheredatum, Petronia matre, quam Tettius, quoad uixit, in matrimonio habuerat, natum, diuus Augustus in bona paterna ire decreto suo iussit, patris patriae animo usus, quoniam Tettius in proprio lare procreato filio summa cum iniquitate paternum nomen abrogauerat.

4 Item* (m *eras. uid.*) *A* ‖ m̄* annei *L*, mannei (*sed* e *induct.*) *A*, M. anni *Par.*, *dubitat fueritne ille Annius an Annaeus Halm* ‖ splendidi *Par.* ‖ 5 safenate *Par. et litt.* enate *in ras. A*, sufanete *L*, safanete *C* ‖ 6 naturalis (n *ex* m uid. *corr.*) *L* ‖ quo praeteritus] *tota*, *quae ab h. u. incipit columna usq. ad p. 360*, *5* nuptias mulieris *m. 2 scripta A* ‖ 7 cum] quamuis *Par.* ‖ tulianus (*item infr.*) *L*[1] ‖ 8 quidem *A*, quoq: *margo A* ‖ 12 optinuit *sic h. l. LA* ‖ 17 magni* (s *eras*) *L* ‖ 19 adiuuabant *L* ‖ 22 principis uiri *Pighius* ¦ 23 infantem a patre *transponunt A*[2] *Par.* ‖ 24 caetronia *A*[2] *Par.* ‖ 25 matrimoniū *A* ‖ Augustus] .a. *h. l. et p. 360*, *5 A* ‖ 27 lare *Maduig II 329*, iure *LA Halm* ‖ 28 paternum nomen *LA*,

4. Septicia quoque mater Trachalorum Ariminensium irata filiis in contumeliam eorum, cum iam parere non posset, Publicio seni admodum nupsit, testamento etiam utroque praeterito. a quibus aditus diuus Augustus et nuptias mulieris et suprema iudicia improbauit: nam hereditatem maternam filios habere iussit, dotem, quia non creandorum liberorum causa coniugium intercesserat, uirum retinere uetuit. si ipsa Aequitas hac de re cognosceret, potuitne iustius aut grauius pronuntiare? spernis quos genuisti, nubis effeta, testamenti ordinem uiolento animo confundis neque erubescis ei totum patrimonium addicere, cuius pollincto iam corpori marcidam senectutem tuam substrauisti. ergo dum sic te geris, ad inferos usque caelesti fulmine daflata es.

5. Egregia C. quoque Calpurni Pisonis praetoris urbis constitutio: cum enim ad eum Terentius ex octo filiis, quos in adulescentiam perduxerat, ab uno in adoptionem dato exheredatum se querellam detulisset, bonorum adulescentis possessionem ei dedit heredesque lege agere passus non est. mouit profecto Pisonem patria maiestas, donum uitae, beneficium educationis, sed aliquid etiam flexit cir-

patrimonium *Gertz p. 289, at Val. dicere uid. Tettium exheredato filio legitimo quasi abiecisse nomen patris* ‖ abrogauerat] *add.* abiur; (*i. e.* abiurauerat) *margo A*

1 trachalorum *CD*, trachilorũ *L*, thracalorum *Par. et in ras. A. cf. Paul. Diac. p. 367 Müll.* ‖ ariminensium (*litt.* arimi *in ras.*) *A* ‖ 2 filiis irata A^2 *Par.* ‖ 3 publicio *LΓ*, publio *A*, u. publico *margo A e Par.* ‖ 4 utrûq: LA^2 *e Par.* ‖ praeteriit quibus auditis *Par.* ‖ 5 supprema LA^1 ‖ 6 improba LA^1 ‖ 8 causa (*sed* au *s. l.*) *L* ‖ 9 ac L^1A^1 ‖ cognoscere L^1A ‖ 10 potuit ne A^1, potuisset A^2 ‖ grauius *Γ*, gratius *LA* ‖ pronuntiaret A^2 ‖ 11 nubes L^1 ‖ effecta L^1A^1 ‖ 14 murcidam L^2 ‖ 15 te egeris *LA*, *em. Pighius* ‖ 17 egregiae g̃ quoq: *L*, egregia.*.quoq. (g *eras. uid.*) *A* ‖ piso|nis (nis *extra uers. m. 2*) *A* ‖ praetoris *dett.* p̃. r̃. *L*, praefecti *in ras. A e Par.* ‖ 18 urbis *LA Par.*, urbani *Pighius*, *quod uerum uid. Halmio; at u. Becker. Röm. Alterth. II p. 186 not.* ‖ 20 quere*la *L*, quaerellam *A* ‖ 22 *agere (h *uid. eras.*) *L* ‖ mouit *D*, monuit *LA* ‖ 23 magestas *A* ‖ 24 set L^1

cumstantium liberorum numerus, qui*a* cum patre septem fratres impie exheredatos uidebat.

6. Quid, Mamerci Aemili Lepidi consulis quam graue decretum! Genucius quidam Matris magnae Gallus a Cn. Oreste praetore urbis impetrauerat ut restitui se in bona Naeui Ani iuberet, quorum possessionem secundum tabulas testamenti ab ipso acceperat. appellatus Mamercus a Surdino, cuius libertus Genucium heredem fecerat, praetoriam iurisdictionem abrogauit, quod diceret Genucium amputatis sui ipsius sponte genitalibus corporis partibus neque uirorum neque mulierum numero haberi debere. conueniens Mamerco, conueniens principi senatus decretum, quo prouisum est ne obscena Genucii praesentia inquinataque uoce tribunalia magistratuum sub specie petiti iuris polluerentur.

7. Multo Q. Metellus praetorem urbanum seueriorem egit quam Orestes gesserat. qui Vecillo lenoni, bonorum Vibieni possessionem secundum tabulas testamenti *petenti*, non dedit, quia uir nobilissimus et grauissimus fori ac lupanaris separandam condicionem existimauit, nec aut factum illius conprobare uoluit, qui fortunas suas in stabulum contaminatum proiecerat, aut huic tamquam integro ciui iura reddere, qui se ab omni honesto uitae genere abruperat.

1 quia *corr. D*, qui *LA*^{1}*CEF*, quos *m. 2 A Halm*, quod *edd. uett.* ‖ 2 exeredatos *A*^{1} ‖ 3 Lepidi] *add.* u. ñ habuit lepidus *margo A e Par.* ‖ 4 genicius (*et sic ter infra*) *LA*^{1}, *sed corr. e Par. A*^{2} ‖ 5 p̃. r̃. urbis *LA*^{1}, praetore urbano *margo A e Par. Halm; at cf. p. 360, 18* ‖ 6 naeui ani *LA*^{1}, naeuii anii *A*^{2}, Naeuiana *Perizonius*, Naeuius Anius *est etiam Paridi cf. ed. meam mai. p. 586* ‖ 7 *litt.* sionem *m. 2 s. l. L* ‖ 8 surdinio *A*^{2} ‖ 14 quo *dett. mei*, quod *LA* ‖ obscoena *A*^{2} ‖ 17 multoq. metellus (*corr. e Par.*) *A*^{1} ‖ pr̃. urbani *LA*^{1} ‖ 18 gesserat *LA*, egerat *Novak* ‖ uecillo *A*^{2} *e Par.*, uecilio *LA*^{1}, uetilio *A*^{2} ‖ lenoni (*corr. ex* leni omni) *L* ‖ 19 uiuieni *L* (*et corr. e Par.* uib.) *A*^{1} ‖ 20 petenti *om. LA*, *suppleuit e Par. margo A Halm*, *recte*, *ut uid.*, *quamquam abesse potest. cf. Busch p. 5*

VIII. QVAE RATA MANSERVNT CVM CAVSAS HABERENT CVR RESCINDI POSSENT.

His rescissorum testamentorum exemplis contenti attingamus ea, quae rata manserunt, cum causas haberent, propter quas rescindi possent.

1. Quam certae, quam etiam notae insaniae Tuditanus! utpote qui populo nummos sparserit togamque uelut tragicam uestem in foro trahens maximo cum hominum risu conspectus fuerit ac multa his consentanea fecerit. testamento † filium instituit heredem, quod Ti. Longus sanguine ei proximus hastae iudicio subuertere frustra conatus est: magis enim centumuiri quid scriptum esset in tabulis quam quis eas scripsisset considerandum existimauerunt.

2. Vita Tuditani demens, Aebutiae autem, quae L. Meneni Agrippae uxor fuerat, tabulae testamenti plenae furoris: nam cum haberet duas simillimae probitatis filias † Pletoniam et Afroniam, animi sui potius inclinatione prouecta quam ullis alterius iniuriis aut officiis conmota, Pletoniam tantum modo heredem instituit: filiis etiam Afroniae ex admodum amplo patrimonio XX nummum legauit. Afronia tamen cum sorore sacramento contendere noluit testamentumque matris patientia honorare quam

1 *titulum om. Par. u. ad p. 358, 1* ‖ 7 Quam] *add.* maenenius agrippa insanus habitus utpote q. p. n. s. *margo A e Par.* ‖ tuditanis L^1 ‖ 8 populos (s *eras.*) *L* ‖ 9 uelud L^1A^1 ‖ 11 filium *LA* u. filiam *margo A e Par.*, Ofilium *Lipsius*, Fuluium (*i. e. generum suum*) *Perizonius*, *quod uerum uid. Halmio*, *an* Fuluiam (*i. e. neptem*)? *cf. ed. meam mai. p. 587* ‖ 12 ti. (*sed* i *eras.*) L^1A^1, t. *Par.* ‖ proximũ LA^1 ‖ 14 quod *LA* ‖ **in (co *eras.*) *L* ‖ 15 qui se ascribisset A^1 ‖ 16 demenso (o *m. 2 add.*) *L* ‖ *ębutiae *L*, ebutiae *A* ‖ 17 uxor fuerat A^1, uxoris (fuerat *induct.*) A^2 ‖ 19 Plaetoriam et Afraniam *Pighius*, *an* Aproniam? *cf. C. I. L. VI P. 3 n. 24236—44 et P. 2 p. 1523* ‖ 20 inclinationem prouectã L^1A^1 ‖ 22 filios *LA* ‖ etiam *LA*, autem *C* ‖ 25 patientia honerare A^1, onerare L^1 et (*del.* patientia) *Gertz 289 coll. Tac. ann. IIII 68, hist. II 64, Val. VIII 5, 4*

iudicio conuellere satius esse duxit, eo se ipsa indigniorem iniuria ostendens quo eam aequiore animo sustinebat.

3. Minus mirandum errorem muliebrem Q. Metellus fecit: is namque plurimis et celeberrimis eiusdem nominis uiris in urbe nostra uigentibus, Claudiorum etiam familia, quam artissimo sanguinis uinculo contingebat, florente, Carrinatem solum heredem reliquit, nec hac re testamentum eius quisquam adtemptauit.

4. Item Pompeius Reginus uir transalpinae regionis, cum testamento fratris praeteritus esset et ad coarguendam iniquitatem eius binas tabulas testamentorum suorum in comitio incisas habita utriusque ordinis maxima frequentia recitasset, in quibus magna ex parte heres frater erat scriptus, praelegabaturque ei centies et quinquagies sestertium, multum ac diu inter adsentientes indignationi suae amicos questus, quod ad hastae iudicium adtinuit, cineres fratris quietos esse passus est. et erant ab eo instituti heredes neque sanguine Regino pares neque proximi, sed alieni et humiles, ut non solum flagitiosum silentium, sed etiam praelatio contumeliosa uideri posset.

5. Aeque felicis inpunitatis, sed nescio an taetrioris haec delicti testamenta.

1 ipso *LA* ‖ 2 aequiorem L^1A^1 ‖ 5 *an* facit? *cf. I 6, 8 et 8 ext. 1; VIII 13 ext. 5* ‖ 6 uiuentibus A^2 ‖ 7 cladiorum A^1 ‖ familiã L^1A^1 ‖ 8 currinatem *A*, *ut nos Par.* ‖ 9 nec|hac|re (hac *extra uers. et litt.* h *et* c *m. 2. fort. corr. ex* necta|re?) A^1, nec hoc|ce A^2, nec hace L^1, nec haec L^2, nec hoc *CEF, ut nos D. cf. p. 296, 24* ‖ 11 reginus *L et dett. mei omn.*, beginus A^2 *Par. Halm*, regnis A^1, *de nomine ualde dubito* ‖ 13 quoarguendam A^1 ‖ 14 ⟨ad⟩hibita *recte, ut uid., Gertz** ‖ 16 pręlegebaturq. *LA* ‖ 17 sextertium *LA* ‖ 18 diũ L^1 ‖ amicus L^1A^1 ‖ 19 quaestus *L* ‖ 21 Regino *edd. uett.*, pagino *LA*, pagano *uel* patrio *dett.*, Begino *Halm* ‖ 25 eq. *L* ‖ felices LA^1

QVAE ADVERSVS OPINIONES HOMINVM HEREDES HABVERVNT.

Q. Caecilius, L. Luculli promptissimo studio maximaque liberalitate et honestum dignitatis gradum et amplissimum patrimonium consecutus, cum prae se semper tulisset unum illum sibi esse heredem, moriens etiam anulos ei suos tradidisset, Pomponium Atticum testamento adoptauit omniumque bonorum *heredem* reliquit. sed fallacis et insidiosi cadauer populus Romanus ceruicibus reste circumdatum per uias traxit. itaque nefarius homo filium quidem et heredem habuit quem uoluit, funus autem et exequias quales meruit.

6. Neque aliis dignus fuit T. Marius Vrbinas, qui ab infimo militiae loco beneficiis diui Augusti imperatoris ad summos castrensis honores perductus eorumque uberrimis quaestibus locuples factus, non solum ceteris uitae temporibus ei se fortunas suas relinquere, a quo acceperat, praedicauit, sed etiam pridie quam expiraret idem istud ipsi Augusto dixit, cum interim ne nomen quidem eius tabulis testamenti adiecit.

7. L. autem Valerius, cui cognomen Heptachordo fuit, togatum hostem Cornelium Balbum expertus, utpote oper*a* eius et consilio conpluribus priuatis litibus uexatus ad ultimumque subiecto accusatore

1 *titulum om. Par. u. ad p. 358, 1* HOMINVM *s. l. m. 1? L* ‖ 2 HAEREDES *L* ‖ 6 tullisset A^1, *add.* br. palam dixisset *margo A, sed habet* palam dictaret *Par.* ‖ 7 tradidisse L^1A^1 ‖ pompeium A^1, *corr. e Par., ut nos L* ‖ 8 testamentu L^1, in testamento *Par.* ‖ 9 heredem *om.* LA^1, *add. post* reliquit A^2, *an supplend.* dominum? 10 recte *LA*, reti *Par.*, *fort.* resti *Halm. cf. Neue, Formenlehre p. 218* ‖ circumdatis *uel* circumdata *mauult Gertz** ‖ 11 uias *Halm e Par.*, uiam *LA* ‖ trahit LA^1 ‖ 14 Vrbinas *Pighius*, urinas LA^1 *dett. mei omn.*, uirinas A^2 *Par.*, Vruinas *Halm* ‖ 16 castrenses A^2 *Par.* ‖ perductos *A* ‖ 17 quaestionib; LA^1 ‖ 20 pr*diae A^1 ‖ 23 heptacordo *LA*, *nec aliter Par.*, *add.* br. eptacordus *margo A* ‖ 24 balbum LA^2 *Par.*, bellum A^1 ‖ 25 opera *edd. uett.*, ope *LA* ‖ 26 subiectos L^1A^1

capitali crimine accusatus, praeteritis aduocatis et patronis suis solum heredem reliquit. nimirum consternatio quae*dam* animum eius transuersum egit: amauit enim sordes suas et dilexit pericula et damnationem uotis expetiuit, auctorem harum rerum beniuolentia, propulsatores odio insecutus.

8. T. Barrus Lentulo Spintheri, cuius amantissimum animum liberalissimamque amicitiam senserat, decedens anulos suos perinde atque unico heredi tradidit, quem nulla ex parte heredem relinquebat. quantum illo momento temporis conscientia, si modo uires, quas habere creditur, possidet, a taeterrimo homine supplicium exegit! inter ipsam enim fallacis et ingratae culpae cogitationem spiritum posuit, quasi tortore aliquo mentem eius intus cruciante, quod animaduertebat e uita ad mortem transitum suum et superis dis inuisum esse et inferis detestabilem futurum.

9. M. uero Popilius senatori ordinis Oppium Gallum ab ineunte aetate familiarissimum sibi moriens pro uetusto iure amicitiae et uultu benigno respexit et uerbis magnum prae se amorem ferentibus prosecutus est, unum etiam de multis, qui adsidebant, ultimo conplexu et osculo dignum iudicauit *in*superque anulos quoque suos ei tradidit, uidelicet ne quid ex ea hereditate, quam non erat aditurus, amitteret. quos Oppius, uir diligens, sed

1 praeteritus A^1 ‖ 2 patroni*s (is *corr. ex* us) *L*, patroniis A^1 ‖ consternatione A^2 ‖ 3 quaedam *Maduig II 329*, quae *L A Halm*, *qui post* egit *lacunae notas posuit* ‖ 4 dampnationẽ (p *punctat.*) *L* ‖ 6 propulsatorum *L* A^1, propulsatorem A^2 *dett. Halm*, *em. Pighius* ‖ 7 barrus *margo A Par.*, barrulus *L A* ‖ lentulus pintheri *L* A^1, *ut nos Par.* ‖ 17 suum — inferis de (*om.* dis) *in ras. A* ‖ supdis *L*, superis diis *dett.* ‖ esse et (*corr. ex* esset) *L* ‖ 19 pilius *L et corr. e Par.* A^1 ‖ senatorii L^2A^2 ‖ oppium *L A*, *sed add.* u. oriũ *margo A e Par.* ‖ 21 benigniore conspexit *Par.* ‖ 22 feruentibus A^1 ‖ 23 de — adsidebant] ex adsistentibus *Par.* ‖ 25 insuperque *Aldus*, supq: (*sed* p *m. 1. s. l.*) *L*, superq. *A*, super quae *Perizonius* ‖ 27 Oppius *uel secundum Par.* Orius *coni. Halm*, ocius *L A*

morientis amici plenum contumeliae ludibrium, in locellum repositos et a praesentibus adsignatos diligentissime heredibus illius exheres ipse reddidit. quid hoc ioco inhonestius aut quid intempestiuius? senator populi Romani curia egressus, homo uitae fructibus continuo cariturus sanctissima iura familiaritatis morte pressis oculis et spiritu supremos anhelitus reddente scurrili lusu suggillanda sibi desumpsit.

LIBER OCTAVVS.

I. INFAMES REI QVIBVS DE CAVSIS ABSOLVTI AVT DAMNATI SINT.

Nunc, quo aequiore animo ancipites iudiciorum motus tolerentur, recordemur inuidia laborantes quibus de causis aut absoluti sint aut damnati.

Absol. 1. M. Horatius interfectae sororis crimine a Tullo rege damnatus ad populum prouocato iudicio absolutus est. quorum alterum atrocitas necis mouit, alterum causa flexit, quia inmaturum uirginis amorem seuere magis quam impie punitum existimabat. itaque forti punitione liberata fratris dextera tantum consanguineo quantum hostili cruore gloriae haurire potuit.

2. Acrem se tunc pudicitiae custodem populus Romanus, postea plus iusto placidum iudicem praestitit. cum a Libone tribuno pl. Ser. Galba pro

4 ioco *Lipsius*, loco *LA*, *quod probat Perizonius coll. VIII 2, 4* ‖ 5 curiae ingressus *L* ‖ curia — desumpsit *in ras. m. 2 A* ‖ 6 santissima *ras. A* ‖ 8 hanelitus (*sed* h *eras.*) *L*, anhelitos *ras. A*[1] ‖ 10 EXPL. LIB. VII INCIPIT LIBER OCTAVVS *L*, VALERI MAXIMI LIB. VII EXPLI | INCIPIT LIBER VIII *A* ‖ 11 DE IVDICIIS PVBLICIS *Par.* ‖ 12 SVNT *L* ‖ 13 quo *Γ*, quoq. *LA*[1], quoq. ut *A*[2] ‖ 14 *quib; *A*, ꝑ (*corr. e* ꝑ) quib; *L* ‖ 16 M.] *sic LA Par. Cic. Mil. 3, 7*; *at* P. *est Liu. I 26* ‖ 17 tullio *LA*[1] tullo *A*[2] *Par.* ‖ 21 feroci *Gertz**, *et sane* forti *ut nimis languidum ferri uix potest* ‖ librata *Lipsius* ‖ 24 pidicitiae *A*[1] ‖ 26 seruius *LA*, sergius *Par.*

rostris uehementer increparetur, quod Lusitanorum magnam manum interposita fide praetor in Hispania interemisset, actionique tribuniciae M. Cato ultimae senectutis oratione sua, quam in Origines retulit, suscriberet, reus pro se iam nihil recusans paruulos liberos suos et Galli sanguine sibi coniunctum filium flens conmendare coepit eoque facto mitigata contione qui omnium consensu periturus erat paene nullum triste suffragium habuit. misericordia ergo illam quaestionem, non aequitas rexit, quoniam quae innocentiae tribui nequierat absolutio, respectui puerorum data est.

3. Consentaneum quod sequitur. A. Gabinius in maximo infamiae suae ardore suffragiis populi *C.* Memmio accusatore subiectus abruptae esse spei uidebatur, quoniam et accusatio partes suas plene exhibebat et defensionis praesidia inualida fide nitebantur et qui iudicabant ira perciti poenam hominis cupide expetebant. igitur uiator et carcer ante oculos obuersabantur, cum interim omnia ista propitiae fortunae interuentu dispulsa sunt: filius namque Gabinii Sisenna consternationis inpulsu ad pedes se Memmii supplex prostrauit, inde aliquod fomentum procellae petens, unde totus impetus tempestatis eruperat. quem truci uultu a se uictor insolens repulsum excusso e manu anulo humi iacere aliquamdiu passus est. quod spectaculum fecit ut Laelius

1 nostris LA^1 ‖ 2 hispaniã L^1A^1 ‖ 4 origine *LA* ‖ rettulit A^2 *Halm* ‖ 5 subscriberet *Par.*[1] *Halm* ‖ 6 *fort.* C. Galli *Halm e Cic. Brut. 23, 89* ‖ 7 flens] *add.* populo *e Par. Gertz**, *an excidit* populo *ante* paruulos*?* ‖ 9 misericordiã L^1A^1 ‖ 11 respectui (i *ex* e *corr.*) *L et litt.* res *in ras.* *A* ‖ 15 C. A^2 *Par.*, *om.* LA^1 ‖ accussatore L^1 ‖ 18 perciti *dett. multi*, percipiti L^1A^1, praecipiti $L^2A^2D\Gamma$. *cf. p. 222, 12* ‖ 19 cupide** A^2 *et dett. mei omn.*, cupidinem *L*, cupidius, *ut uid.*, A^1 ‖ uiator⟨ei⟩et *Gertz** ‖ 20 obuersabatur *L* ‖ 23 memmii *L et sic* A^1, memmis, *ut uid.*, *sed* s *eras.* A^2, Memmi *Halm* ‖ suplex *LA* ‖ 25 truci** *A* ‖ 26 facere L^1A^1 ‖ aliquã diu (*sed* ˜ *eras. et s. l. add. m. 2* N) *L*, aliqua diu A^1, aliquandiu A^2

tribunus pl. adprobantibus cunctis Gabinium dimitti iuberet ac documentum daretur neque secundarum rerum prouentu insolenter abuti neque aduersis *prae*propere debilitari oportere: idque proximo exemplo aeque patet.

4. App. Claudius, nescio religionis maior an patriae iniuria, si quidem illius uetustissimum morem neglexit, huius pulcherrimam classem amisit, infesto populo obiectus, cum effugere debitam poenam nullo modo posse crederetur, subito coorti imbris beneficio tutus fuit a damnatione: discussa enim quaestione aliam uelut dis interpellantibus de integro instaurari non placuit. ita cui maritima tempestas causae dictionem contraxerat, caelestis salutem attulit.

5. Eodem auxilii genere Tucciae uirginis Vestalis incesti criminis reae castitas infamiae nube obscurata emersit. quae conscientia certa sinceritatis suae spem salutis ancipiti argumento ausa petere est: arrepto enim cribro 'Vesta' inquit, 'si sacris tuis castas semper admoui manus, effice ut hoc hauriam e Tiberi aquam et in aedem tuam perferam'. audaciter et temere iactis uotis sacerdotis rerum ipsa natura cessit.

6. Item L. Piso a L. Claudio Pulchro accusatus,

3 prouectu *L* ‖ abut A^1 ‖ aduersis] *add.* quemquam *Pighius* ‖ praepropere *Halm coll. VI 3, 6*, propere *in ras. A*, propriae *L* ‖ 4 debilitari — patet *om.* A^1, *suppl. m. 2 in marg. A* ‖ 5 eq. *L* ‖ 6 Appius *A*, u. app. *margo A e Par.* ‖ an** (*litt.* te *uid. eras.*) *A et habet* ante *L*, *fort.* anne ‖ 7 iniuriam L^1A^1 ‖ 10 cohorti LA^1 ‖ 12 quaestione (*litt.* stione *in ras.*) *A*, quaesitione *L* ‖ alias A^2 ‖ uelud A^1 ‖ 17 crimine *Gertz p. 290, at Val. constanter genetiuum criminis huic adiectiuo subiunxit* ‖ 18 conscientia *L dett.*, conscia *in ras. mai. A* ‖ certa *Perizonius*, certę (*sic m. 1*) *LA* ‖ 19 accipiti A^1 ‖ 20 cibro A^1 ‖ 21 hoc *dett. pauci*, hanc *LA* ‖ 22 hauriam] *post h. u. in fin. uersus 3 litterarum spatium uacuum relictum L*, auriam A^1 ‖ et iberi L^2 *et litt.* et i *in ras. A*, echiberi L^1 ‖ 24 censit, *ut uid.*, A^1 ‖ 25 Piso] *add.* u. l. piso a puscho (*cod. Par.* pulscho) accusatus *margo A* ‖ a*claudio (l. *eras. uid.*) *L*

quod graues et intolerabiles iniurias sociis intulisset, haud dubiae ruinae metum fortuito auxilio uitauit: namque per id ipsum tempus, quo tristes de eo sententiae ferebantur, repentina uis nimbi incidit, cumque prostratus humi pedes iudicum oscularetur, os suum caeno repleuit. quod conspectum totam quaestionem a seueritate ad clementiam et mansuetudinem transtulit, quia satis iam graues eum poenas sociis dedisse arbitrati sunt huc deductum necessitatis, ut abicere se tam suppliciter et attollere tam deformiter cogeretur.

7. Subnectam duos accusatorum suorum culpa absolutos. Q. Flauius a C. Valerio aedile apud populum reus actus, cum XIIII tribuum suffragiis damnatus esset, proclamauit se innocentem opprimi. cui Valerius aeque clara uoce respondit nihil sua interesse nocensne an innoxius periret, dummodo periret. qua uiolentia dicti reliquas tribus aduersario donauit. abiecerat inimicum, eundem, dum pro certo pessum datum credit, erexit uictoriamque in ipsa uictoria perdidit.

8. C. etiam Cosconium Seruilia lege reum, propter plurima et euidentissima facinora sine ulla dubitatione nocentem, Valeri Valentini accusatoris eius recitatum in iudicio carmen, quo puerum praetextatum et ingenuam uirginem a se corruptam poetico ioco significauerat, erexit, si quidem iudices inicum

3 de eo* A^{2}, deos A^{1} || 5 iudicium L^{1} || 7 a seueritate* $L^{2}A^{2}$, ad seueritatem $L^{1}A^{1}$, ab seu. *Halm* || 10 et *Foertsch II 18*, aut *LA Halm*, *delend. cens. Maduig II 329* || 12 accusa**torum *L* || 13 a. c. *in ras. A* || aedile *LA Par.*^{1}, *add.* u. simil. *margo A*, aedili *Par.*^{2} *dett.* || 16 aeq̃ A^{2}, eq. LA^{1} || 17 u. nocens an innocens *margo A e Par.* || 20 credidit *LA*, *an* credit? *Halm*, *quod recepi. Val. post* dum *constanter indicat. utitur exceptis his locis, VIII 5, 5; VIII 7 ext. 8, quorum certa est emendatio* || 22 co*conium *L*, cocconium A^{1} || 23 ac sine A^{2} || 24 u. ualentis *margo A e Par.*, *at u. Fest. p. 363 Müll.* || accusatores $L^{1}A^{1}$ || 25 quo *LA*, in quo *Par. Halm* || 26 corruptos *Par.* || 27 erexit *in ras. A*, correxit *L dett.*, protexit *Torrenius* || iud̄ *LA* || inicum $L^{1}A^{1}$, iniquũ $L^{2}A^{2}$

rati sunt eum uictorem dimittere, qui palmam non ex alio ferre, sed de se dare merebatur. magis uero Valerius in Cosconii absolutione damnatus quam Cosconius in sua causa liberatus est.

9. Attingam eos quoque, quorum salus propriis obruta criminibus proximorum claritati donata est. A. Atilium Calatinum Soranorum oppidi proditione reum admodum infamem imminentis damnationis periculo pauca uerba Q. Maximi soceri subtraxerunt, quibus adfirmauit, si in eo crimine sontem illum ipse conperisset, dirempturum se fuisse adfinitatem: continuo enim populus paene iam exploratam sententiam suam unius iudicio concessit, indignum ratus eius testimonio non credere, cui difficillimis rei publicae temporibus bene se exercitus credidisse meminerat.

10. M. quoque Aemilius Scaurus repetundarum reus adeo perditam et conploratam defensionem in iudicium attulit, ut, cum accusator diceret lege sibi centum atque XX hominibus denuntiare testimonium licere seque non recusare quominus absolueretur, si totidem nominasset, quibus in prouincia nihil abstulisset, tam bona condicione uti non potuerit. tamen propter uetustissimam nobilitatem et recentem memoriam patris absolutus est.

11. Sed quem ad modum splendor amplissimorum uirorum in protegendis reis plurimum ualuit, ita *in* opprimendis non sane multum potuit: quin etiam euidenter noxiis, dum eos acrius inpugnat, profuit. P. Scipio Aemilianus Cottam apud populum

3 uero A^1, ergo A^2 || 4 liberatus (*sed* li *m. 2 s. l.*) *A* || 6 obrupta L^1 || claritate L^1A^1 || domata L^1A || 7 A. *LA*, M. *Par.* || solanorum L^1 || 9 quae maximi L^1A^1 || 11 conprendisset *Kellerbauer*, deprendisset *Par.* || direpturum L^1A, diremtuum *Par*[1]. || 12 poene A^1 || 18 legem LA^1, si lege* A^2 || 19 testimonium *m. 1 s. l. L* || 20 liceret *LA* || se non A^2 || 21 prouinciam L^1A || 27 ita in A^2, ita LA^1 || 28 inpugna A^1, inpugnauit A^2 || 29 P. *in ras. A e Par.*, l. *L et dett.* || cottam *in ras. A* || apud populum *LA*, apud iudices ad populum *Par.*, apud praetorem *Pighius*, *nescio an recte. cf. Cic. pr. Mur. 28, 58 et Val. § 12 init.*

accusauit. cuius causa, quamquam grauissimis criminibus erat confossa, septies ampliata et ad ultimum octauo iudicio absoluta est, quia homines uerebantur ne praecipuae accusatoris amplitudini damnatio eius donata existimaretur. quos haec secum locutos crediderim: 'nolumus caput alterius petentem in iudicium triumphos et tropaea spoliaque et deuictarum nauium rostra deferre: terribilis sit his aduersus hostem, ciuis uero salutem tanto fragore gloriae subnixus ne insequatur'.

12. Tam uehementes iudices aduersus excellentissimum accusatorem quam mites in longe inferioris fortunae reo. Calidius Bononiensis in cubiculo mariti noctu deprehensus, cum ob id causam adulterii diceret, inter maximos et grauissimos infamiae fluctus emersit, tamquam fragmentum naufragii leue admodum genus defensionis amplexus: adfirmauit enim se ob amorem pueri serui eo esse perductum. suspectus erat locus, suspectum tempus, suspecta matris familiae persona, suspecta etiam adulescentia ipsius, sed crimen libidinis confessio intemperantiae liberauit.

13. Remissioris hoc, illud aliquanto grauioris materiae exemplum. cum parricidii causam fratres

1 qua quã L^1, quanquã L^2 ‖ 2 ampliata *L dett. mei omn.*, dilata *in ras. mai. A e Par.* ‖ 3 homines *LA*, omnes *Foertsch I 25*, *suspicor excidisse post h. u.* sapientissimi *uel* illam rem tum iudicantes. *cf. Cic. l. c.* ‖ 6 crediderit LA^1 ‖ capud A^1 ‖ 7 tropea* (s *eras.*) *LA* ‖ 8 et deuictarum (*sed* t *post* e *m. 2 s. l.*) *L*, aedeuictarum A^1, ac deuict. *Halm* ‖ 9 his (*sc. rebus*) *Gertz p. 290*, is *L A Halm*, istis *F* ‖ fulgore *edd. uett. et Wensky p. 13 coll. p. 278, 23*, *nescio an recte* ‖ 11 uehementer A^1 ‖ 13 callius *L*, Callidius *A*, *ut nos Par.* ‖ boniensis A^1 ‖ 14 *add.* u. deprensus *margo A e Par.* ‖ 18 ab A^1 ‖ serui] eius *Par.*, *et sane* serui *ualde suspect.* ‖ 21 *malim* crimine eum lib. *similiter erratum in Par. VIII 2, 3*, in crimine *Gertz** ‖ 24 fratres (*sed m. 2 punctatum*) *A*, duo fratres A^2, duo (*om.* fratres) *Par.*, *qui* duo *non uid. ipse adiecisse*

Caelii dicerent splendido Tarracinae loco nati, quorum pater T. Caelius in cubiculo quiescens, filiis altero cubantibus lecto erat interemptus, neque aut seruus quisquam aut liber inueniretur, ad quem suspicio caedis pertineret, hoc uno nomine absoluti sunt, quia iudicibus planum factum est illos aperto ostio inuentos esse dormientes. somnus innoxiae securitatis certissimus index miseris opem tulit: iudicatum est enim rerum naturam non recipere ut occiso patre supra uulnera et cruorem eius quietem capere potuerint.

Damn. 1. Percurremus nunc eos, quibus in causae dictione magis quae extra quaestionem erant nocuerunt quam sua innocentia opem tulit. L. Scipio post speciosissimum triumphum de rege Antiocho ductum, perinde ac pecuniam ab eo accepisset, damnatus est. non, puto, quod pretio corruptus fuerat, ut illum totius Asiae dominum et iam Europae uictrices manus inicientem ultra Taurum montem summoueret. sed *et* alioqui uir sincerissimae uitae et ab hac suspicione procul remotus, inuidiae, quae tunc in duorum fratrum inclytis cognominibus habitabat, resistere non potuit.

2. Ac Scipioni quidem maximus fortunae fulgor, C. autem Deciano spectatae integritatis uiro uox sua exitium attulit: nam cum P. Furium inquinatissimae uitae pro rostris accusaret, quia quadam in parte actionis de morte L. Saturnini queri ausus fue-

1 caelii *h. l. LA Par.* ‖ 2 T.] titus *LA, om. Par.* ‖ coelius *LA Par.* ‖ 3 in altero *Par. Halm, at u. p. 78, 24; Suet. Aug. 43, Nipperdey ad Tac. ann. III 61* ‖ interemptus (*sed* p *induct.*) *A* ‖ 7 hostio *LA* ‖ 14 suã A^1, su* (m *eras.*) *L* ‖ innocentiam $L^1 A^1$ ‖ 15 anthioco *L* ‖ 17 est. non, puto, pretio (*del.* quod) *Gelbke p. 34, Wensky p. 14; nos* non *ualde suspect. Eberhardio p. 164 delend. censuimus. u. Fleckeis. ann. 1886, p. 51* ‖ quodam pretio *coni. Gertz** ‖ 18 ut] cum *Foertsch III 21* ‖ 20 et *post* sed *add. Maduig II 330, om. LA Halm* ‖ aliqui $L^1 A^1$ ‖ 24 maximus LA^2 *dett. omn.*, maximae, *ut uid.*, A^1, *quod probat Halm* ‖ 25 nox A^1 ‖ 28 actione *L et sic* A^1 ‖ quaeri A^1

rat, nec reum damnauit et insuper ei poenas addictas pependit.

3. Sex. quoque Titium similis casus prostrauit. erat innocens, erat agraria lege lata gratiosus apud populum: tamen, quod Saturnini imaginem domi habuerat, suffragiis eum tota contio oppressit.

4. Adiciatur his Claudia, quam insontem crimine, quo accusabatur, uotum impium subuertit, quia, cum a ludis domum rediens turba elideretur, optauerat ut frater suus, maritimarum uirium nostrarum praecipua iactura, reuiuesceret saepiusque consul factus infelici ductu nimis magnam urbis frequentiam minueret.

5. Possumus et ad illos breui deuerticulo transgredi, quos leues ob causas damnationis incursus abripuit. M. Muluius, Cn. Lollius, L. Sextilius triumuiri, quod ad incendium in sacra uia ortum extinguendum tardius uenerant, a tribunis pl. die dicta apud populum damnati sunt.

6. Item P. Villius triumuir nocturnus a P. Aquilio tribuno pl. accusatus populi iudicio concidit, quia uigilias neglegentius circumierat.

7. Admodum seuerae notae et illud populi iudicium, cum M. Aemilium Porcinam a L. Cassio accusatum crimine nimis sublime extructae uillae in Alsiensi agro graui multa affecit.

1 addictus *recte, ut uid., Gertz** ‖ 2 pependit *dett.*, ppendit *LA*^{1}, rependit *A*^{2} ‖ 5 domi] *add.* suae *Par.* ‖ 6 *an* suffragiis suis? ‖ tota contio *in ras. mai. A*, tota cognitio *L et dett. aliquot* ‖ 9 ludis (*litt.* udis *in ras.*) *A*, laudis *L*^{1} ‖ 10 uirium (*corr. ex* utrium) *L* ‖ 11 iac**tura *L* ‖ reuiuisceret *A*^{2} *Par*^{2}. *cf.* ingemescere *V 10, 2; VI 9, 10* ‖ 12 infelici (c *ex* o *corr.*) *A* ‖ 13 minuere *LA*^{1}, *add.* breuiator. ob id accusata dãnataq. est *margo A e Par.* ‖ 15 ob***causas *LA* ‖ 16 mundius *A*^{2} *Par.*, *an* Mundicius? *Halm* ‖ sexti**us (li *eras.*) *A*, sextius *Par.* ‖ 18 a tr p̃l *A* ‖ 20 billius *LA*, u. auilius *A*^{2} *e Par.* ‖ nocturnus *dett.*, no*turnus (c *eras.*) *L*, **** (*rasura 9 uel 10 litterar.*) *A*, *om. Par.* ‖ acilio *A*^{2} *Par.* ‖ 21 condidit *LA*^{1} ‖ 22 uiggilias *L*^{1} ‖ 23 nocte *A*^{1} ‖ 24 cum] *scribend. uid.* quod ‖ 25 sublimem *Par.* ‖ 26 adfecit (d *in ras.*) *A Halm*

8. Non subprimenda illius quoque damnatio, qui pueruli sui nimio amore correptus, rogatus ab eo ruri ut omasum in cenam fieri iuberet, cum bubulae carnis in propinquo emendae nulla facultas esset, domito boue occiso desiderium eius expleuit eoque nomine publica quaestione adflictus est, innocens, nisi tam prisco saeculo natus esset.

Ambust. 1. Atque ut eos quoque referamus, qui in discrimen capitis adducti neque damnati neque absoluti sunt, apud M. Popilium Laenatem praetorem quaedam, quod matrem fuste percussam interemerat, causam dixit. de qua neutram in partem latae sententiae sunt, quia abunde constabat eandem ueneno necatorum liberorum dolore commotam, quos auia filiae infensa sustulerat, parricidium ultam esse parricidio. quorum alterum ultione, alterum absolutione non dignum iudicatum est.

2. Eadem haesitatione Publi quoque Dolabellae proconsulari imperio Asiam obtinentis animus fluctuatus est. mater familiae Zmyrnaea uirum et filium interemit, cum ab his optimae indolis iuuenem, quem ex priore uiro enixa fuerat, occisum conperisset. quam rem Dollabella ad se delatam Athenas ad Arei pagi cognitionem relegauit, quia ipse neque liberare duabus caedibus contaminatam neque punire tam iusto dolore inpulsam sustinebat.

2 pueri *Par.* ‖ corruptus *LA*, *ut nos Par.* ‖ 3 rure *Par.* ‖ omansum in cęnā *LA*, *add.* ut omasū in cena fieri iuberet *margo A e Par.* ‖ 5 u. explicauit *margo A e Par.* ‖ 6 publico L^1A^1 ‖ 7 ēēt (*in ras. m. 2*) *L* ‖ 11 fuste A^2, fuste∗ *L*, festē A^1 ‖ 13 eandē (n *s. l.*) *L*, eam *Par.*, *quod uerum uid.*, *an* eam demum? *Gertz** ‖ 15 infensa LA^2, *margo A Par.*, infessa A^1 ‖ sustelerat L^1 ‖ 16 ultione] *add.* dignum *Pighius e codd.* (?), *quod mihi ante* ultione *excidisse uid.* ‖ 17 non *inclusit Halm, ante* absolutione *ponend. cens. Gertz**, *qui leue zeugma statuens coniecerat* alterum ultione (*sc.* dignum) alterum uero abs. non d. *in Symbol. p. 290; at u. Wensky 1884 p. 790* ‖ 18 publio *L* ‖ 20 zmirnea *L et* (*sic*) *A*, smyrnaea $Par.^2$ ‖ 21 iis *L*, *ut nos Par. quoq.* ‖ 22 enisa A^1 ‖ 23 asse (*corr. ex* adse) *L* ‖ 24 areo pagi A^2, u. ario pagitarū *margo A e Par.* ‖ 25 laberare A^1 ‖ 26 tam *Torrenius et*

consideranter et mansuete populi Romani magistratus, sed Areopagitae quoque non minus sapienter, qui inspecta causa et accusatorem et ream post centum annos ad se reuerti iusserunt, eodem affectu moti, quo Dolabella. sed ille transferendo quaestionem, hi differendo damnandi atque absoluendi inexplicabilem cunctationem uitabant.

II. DE PRIVATIS IVDICIIS INSIGNIBVS.

Publicis iudiciis adiciam priuata, quorum magis aequitas quaestionum delectare quam immoderata turba offendere lectorem poterit.

1. Claudius Centumalus ab auguribus iussus altitudinem domus suae, quam in Caelio monte habebat, summittere, quia his ex arce augurium capientibus officiebat, uendidit eam Calpurnio Lanario nec indicauit quod imperatum *a* collegio augurum erat. a quibus Calpurnius demoliri domum coactus M. Porcium Catonem inclyti Catonis patrem arbitrum † cum Claudio adduxit formulam, quidquid sibi dare facere oporteret ex fide bona. Cato, ut

Maduig II 330, eam *LA Halm* ‖ iusto] ineus|iusto (*sed* iu *in mrg.*) *L* ‖ inpulsum L^1A^1

1 consideranter] *post h. u. in fin. paginae 6 uel 7 litt. eras. L* ‖ pr̃***|*** sed (*om.* magistratus) *A* ‖ 5 quęstione *A* ‖ 7 uitabant *Guyetus*, mutabant LA^1, nutabant A^2, tutabantur (= *defendebant uel excusabant*) *Gertz**, notabant *Kellerbauer Halm*, conditionem mutabant *coni. Foertsch III 22*, iudicationem uitabant *Wensky 14* ‖ 8 INSIGNIBVS *om. Par.*, C. T. DE P. I. *margo A* ‖ 10 quaestionum *non sine causa delend. uid. Gertzio*: nulla enim in quaestionibus, sed in iudiciis aequitas* ‖ 13 caelo A^1 ‖ 14 his *LA*, eis *Par. Halm* ‖ 16 imperato L^1A^1 ‖ a *om.* LA^1 ‖ 17 coactus] *add.* br. iussus *margo A e Par.* ‖ 18 porcium *Par. et dett. mei. omn.*, *om.* A^1, m̃. porcius m̃. (*sic*) *L* ‖ arbitrium LA^1 ‖ 19 cum cladio (claudio *L*) adduxit LA^1, cum claudio sumpsit *Par.*, claudio (*om.* cum) addixit *Cuiatius et Gertz p. 290* ‖ formulam LA^1, ut formulam daret A^2, et formulam *CΓ Torrenius*, in formulam *Halm*, formula *Gertz l. c.*, *quod uerum uid.; abest h. u. in Cic. de off. III 16, 66* ‖ quicquid LA^2 ‖ 20 dare *delet* A^2

est edoctus de industria Claudium praedictum sacerdotum suppressisse, continuo illum Calpurnio damnauit, summa quidem cum aequitate, quia bonae fidei uenditorem nec conmodorum spem augere nec incommodorum cognitionem obscurare oportet.

2. Notum suis temporibus iudicium commemoraui, sed ne quod relatu*rus* quidem sum obliteratum silentio. C. Visellius Varro graui morbo correptus trecenta milia nummum ab Otacilia Laterensis, cum qua commercium libidinis habuerat, expensa ferri sibi passus est eo consilio, ut, si decessisset, ab heredibus eam summam peteret, quam legati genus esse uoluit, libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando. euasit deinde ex illa tempestate aduersus uota Otaciliae. quae offensa, quod spem praedae suae morte non maturasset, ex amica obsequenti subito destrictam feneratricem agere coepit, nummos petendo, quos ut fronte inuerecunda, ita inani stipulatione captauerat. de qua re C. Aquilius uir magnae auctoritatis et scientia iuris ciuilis excellens iudex adductus adhibitis in consilium principibus ciuitatis prudentia et religione sua mulierem reppulit. quod si eadem formula Varro et damnari et *ab* aduersaria absolui potuisset, eius quoque non dubito quin turpem et inconcessum errorem libenter

1 edictum *DΓ*; *at cf. ed. meam mai. p. 609* || 2 suppressitse LA^1 || 4 augure* A^1 *et eras.* m *L* || 5 incommodorem L^1 || 7 relatus A^1 || sû* A^2, sub *L et*, *ut uid.*, A^1 || obliterandum *unus Leidensis*, obliteratum est *edd. uett.* || 9 otacilia A^2 *Par.*, octacilia *h. l. et infra* LA^1 || Laterensis (*sc. uxore*) *Perizonius Par.*^{1}, laterensi *LA Par.*^{2} || 14 colorandē LA^1 || br. ex illa ualetudine *margo A e Par.* || 15 uota *L et dett. mei omn.*, *om.* A^1 || 17 districtam A^2 || 21 addictus *Vorstius; at u. VIII 2, 1* || 23 quo si LA^1 || uarro et si damnari *L*, et uarro damnari A^2 || 24 ab aduersaria *Foertsch III 22 et Maduig II 330 coll. Cic. pr. Rosc. com. 12, 36 et 14, 40*, *idq. probat etiam Gertz**, aduersarie *L*, aduersariae A^1, aduersaria* A^2, *u. suspectam Torrenio uncis incluseramus nos et Halm* || 25 qui in *L* || errorem *defend. Foertsch l. c.*, *an* amorem? *Halm*, feruorem *Maduig l. c.*, ardorem *Gertz**

castigaturus fuerit: nunc priuatae actionis calumniam ipse conpescuit, adulterii crimen publicae quaestioni uindicandum reliquit.

3. Multo animosius et ut militari spiritu dignum erat se in consimili genere iudicii C. Marius gessit: nam cum C. Titinius Minturnensis Fanniam uxorem, quam inpudicam de industria duxerat, eo crimine repudiatam dote spoliare conaretur, sumptus inter eos iudex in conspectu habita quaestione seductum Titinium monuit ut incepto desisteret ac mulieri dotem redderet. quod cum saepius frustra fecisset, coactus ab eo sententiam pronuntiare mulierem inpudicitiae sestertio nummo, Titinium summa totius dotis damnauit, praefatus idcirco se hunc iudicandi modum secutum, cum liqueret sibi Titinium patrimonio Fanniae insidias struentem inpudicae coniugium expetisse. Fannia autem haec est, quae postea Marium hostem a senatu iudicatum caenoque paludis, qua extractus erat, oblitum et iam in domum suam custodiendum Minturnis deductum ope quantacumque potuit adiuuit, memor, quod inpudica iudicata esset, suis moribus, quod dotem seruasset, illius religioni acceptum ferri debere.

4. Multus sermo eo etiam iudicio manauit, in quo quidam furti damnatus est, qui equo, cuius usus illi Ariciam conmodatus fuerat, ulteriore eius municipii cliuo uectus esset. quid aliud hoc loci quam uerecundiam illius saeculi laudemus, in quo tam minuti a pudore excessus puniebantur?

3 reliquid A^1 || 6 titinmius *L* || anniam *h. l.* *L* || 7 in punicā A^1 || dixerat A^1 || ut eo A^2 || 9 habitu $L^1 A^1$ || seductum *L et dett. multi*, subductum *A* || 10 *et bis infra* titinnium A^2 || incoepto A^2 || 11 quo cum $L^1 A^1$ || 15 cū *L* A^1 *et dett. mei omn.*, qd̄ (*sine ras.*) A^2 *Halm* || 17 Fania A^1 || 19 et iam *nos, quod probat Gertz**, etiam *L A* || 21 adiuuauit *L* A^1, adamauit L^2, *ut nos Par.* || inpudicata (ta *m. 2 induct.*) *L* || 22 esset (*m. 2 corr. ex* est) *L* || 23 referri *E. Schulze. u. ad p. 92, 19* || 24 *fort.* de (*uel* ex) eo *Halm; at u. p. 78, 20* || 26 illi] *add.* usque A^2 *Par.* || 27 uectus esset *in ras. A*, uetus esset L^1 || 29 muniti *L A* || excessu *L A*

III. QVAE MVLIERES APVD MAGISTRATVS PRO SE AVT PRO ALIIS CAVSAS EGERVNT.

Ne de his quidem feminis tacendum est, quas condicio naturae et uerecundia stolae ut in foro et iudiciis tacerent cohibere non ualuit.

1. Maesia Sentinas rea causam suam L. Titio praetore iudicium cogente maximo populi concursu egit modosque omnes ac numeros defensionis non solum diligenter, sed etiam fortiter executa, et prima actione et paene cunctis sententiis liberata est. quam, quia sub specie feminae uirilem animum gerebat, Androgynen appellabant.

2. C. Afrania uero Licinii Bucconis senatoris uxor prompta ad lites contrahendas pro se semper apud praetorem uerba fecit, non quod aduocatis deficiebatur, sed quod inpudentia abundabat. itaque inusitatis foro latratibus adsidue tribunalia exercendo muliebris calumniae notissimum exemplum euasit, adeo ut pro crimine inprobis feminarum moribus C. Afraniae nomen obiciatur. prorogauit autem spiritum suum ad C. Caesarem iterum *P.* Ser-

1 QVAE — EGERVNT *in ras. A*, QVAE FEMINAE PER SE CAVSAS DIXERINT *Par.* ‖ 3 AGVNT *L* ‖ 4 his *LA*, iis *Halm* ‖ 5 uerecundia stolae *Perizonius*, uerecundiae stola *LA*, *quod defend. Gelbke p. 12* ‖ *ut (*litt.* a *eras.*) *A* ‖ 7 Maesia *Halm. cf. C. I. L. III n. 5366 et 3535*, Amęsia *L*, amesia (*et s. l. m. 2* u. mesta) *A*, Maesta *Par.* ‖ sentinas *Par.*, sententia LA^1, sententinas (*sic*) A^2 ‖ rea causã suã *in ras. A*, reacsam suam L^1 ‖ l. titio *LA*, tito titio *Par.* ‖ 9 *fort.* modosque *Halm*, *quod probat Wensky 14 coll. Cic. de inu. I 30, 49*, partesq. *in ras. A*, mortuusq. *L*, motusq. L^3 *et dett. fere omn.*, *quod defend. Foertsch I 21 et III 23* ‖ 10 ex*ecuta (*litt.* s *eras.*) *A* ‖ 11 poene LA^1 ‖ 13 androgynẽ *A*, Androgynem *L Halm*, *quod emendaui* ‖ 14 afrinia *Par.*[1] ‖ licini *Par.* ‖ buccionis L^1 *et* (i *eras.*) *A*, bucceionis, *ut uid.*, L^2, *ut nos Par.* ‖ 16 praetorũ A^1, praetores Γ *et margo A* ‖ 17 inpu|dentia (*sed* dentia *m. 2 extra uersum*) *A* ‖ 18 latrantib; L^1A^1 ‖ 22 caesarem III iterum *L*, *et* III *m. 2 extr. uers. A* ‖ P. *Pighius*, *om. LA*

uilium consules: tale enim monstrum magis quo tempore extinctum quam quo sit ortum memoriae tradendum est.

3. Hortensia uero Q. Hortensi filia, cum ordo matronarum graui tributo a triumuiris esset oneratus *nec* quisquam uirorum patrocinium eis accommodare auderet, causam feminarum apud triumuiros et constanter et feliciter egit: repraesentata enim patris facundia impetrauit ut maior pars imperatae pecuniae his remitteretur. reuixit tum muliebri stirpe Q. Hortensius uerbisque filiae aspirauit, cuius si uirilis sexus posteri uim sequi uoluissent, Hortensianae eloquentiae tanta hereditas una feminae actione abscissa non esset.

IIII. DE QVAESTIONIBVS.

Atque ut omnes iudiciorum numeros exequamur, quaestiones, quibus aut creditum non est aut temere habita fides est, referamus.

1. M. Agrii argentarii seruus Alexander A. Fanni seruum occidisse insimulatus est eoque nomine tortus a domino admisisse id facinus constantissime adseuerauit. itaque Fannio deditus supplicio adfectus est. paruulo deinde tempore interiecto ille, cuius de nece creditum erat, domum rediit.

2. Contra P. Atinii seruus Alexander, cum in [hanc] suspicionem C. Flauii equitis Romani occisi uenisset, sexies tortus pernegauit ei se culpae ad-

3 trahendum LA^1 ‖ 6 nec *om.* L^1A^1 ‖ 9. *litt.* ior pars imperat *in ras.* *A* ‖ impetratę *L* ‖ 10 iis *Halm* ‖ 11 ortensius *A* ‖ 12 posteri uim *A et corr. e* posterium *L*, post. uiam *Novak coll. p. 204, 3, recte, ni fallor* ‖ 14 acciano A^1 ‖ abscisa *DEΓ*, *nescio an recte* ‖ 15 DE QVESTIONIBVS *L*, *in ras. A*, *add.* c. titus. t. de seruilibus *margo A e Par.* ‖ 17 quibus ut A^1 ‖ 19 seru. alexandri rafani *L et sic* A^1, *corr. e Par.* A^2 ‖ 21 id *A*, sed L^1, se id L^3 *Γ Pighius* ‖ 23 illo L^1 ‖ 25 P. atinii s. *Par.*, putinii seruus *in ras. A*, rafani seruus *L dett.* ‖ 26 hanc *LA dett.*, *om. Par.* ‖ flauii *Par. et dett.*, fl. *LA* ‖ 37 sex*ies (s *eras.*) *L*

finem fuisse, sed perinde atque confessus *ess*et, a iudicibus damnatus et a L. Calpurnio triumuiro in crucem actus est.

3. Item Fuluio Flacco causam dicente Philippus seruus eius, in quo tota quaestio nitebatur, octies tortus nullum omnino uerbum, quo dominus perstringeretur, emisit, et tamen reus damnatus est, cum certius argumentum innocentiae unus octies tortus exhiberet quam octo semel torti praebuissent.

V. DE TESTIBVS.

1. Sequitur ut ad testis .pertinentia exempla conmemorem. Cn. et Q. Seruiliis Caepionibus isdem parentibus natis et per omnes honorum gradus ad summam amplitudinem prouectis; item fratribus Metellis Quinto et Lucio consularibus et censoriis, altero etiam triumphali, in Q. Pompeium A. f. repetundarum reum acerrime dicentibus testimonium non abrogata fides absoluto Pompeio, sed ne potentia inimicum oppressisse uiderentur occursum est. 2. M. etiam Aemilius Scaurus princeps senatus C. Memmium repetundarum reum destricto testimonio insecutus est, item C. Flauium eadem lege accusatum testis proscidit: iam C. Norbanum maiestatis crimine publicae quaestioni subiectum ex professo opprimere conatus est. nec tamen aut auctoritate, qua plurimum pollebat, aut religione, de qua nemo dubitabat, quemquam eorum adfligere potuit.

1 fuisse] *mauult recte, ni fallor*, esse *Halm* || esset *nos*, et *LA Halm. cf. IIII 7 init., VIII 1 Damn. 1* || 3 actus *in ras. A* || 4 decente* *L*[1], dicente* *A* || 5 ser. eius (*sic*) *LA* || 10 QVIBVS TESTIBVS CREDITVM NON SIT *Par.* || 11 testes *L*[2]*A*[2] || 12 seruilis *LA* || ceptonib; *LA*[1], scępitonib; (*sic*) *A*[2] || 13 nati *LA* || 14 prouentis *A*[1], prouecti *A*[2] || idem *LA* || 15 q. et l. *LA* || 16 iñ c̃. pompeium* f̃ (ã *eras.*) *A* || 18 abrogata *post* fides *ponit L*, arrogata *A*[2], *add.* br. ñ obsecundatum *margo A e Par.* || *an* potentia sua? || 19 uideretur *A*[2] || 23 iam] *malim* item *ex more Val.* || noruanum *LA*[1] || 24 quaestioni* (s *eras.*) *LA* || 26 qua (*corr. e* qui) *LA*

3. L. quoque Crassus, tantus apud iudices, quantus apud patres conscriptos Aemilius Scaurus — namque eorum suffragia robustissimis et felicissimis eloquentiae stipendiis regebat eratque sic fori, ut ille curiae princeps —, cum uehementissimum testimonii fulmen in M. Marcellum reum iniecisset, impetu grauis, exitu uanus apparuit.

4. Age, Q. Metellus Pius, L. *et* M. Luculli, Q. Hortensius, M'. Lepidus C. Cornelii maiestatis rei quam non onerarunt tantum modo testes salutem, sed etiam negantes illo incolumi stare rem publicam posse, depoposcerunt! quae decora ciuitatis, pudet referre, umbone iudiciali repulsa sunt.

5. Quid, M. Cicero forensi militia summos honores amplissimumque dignitatis locum adeptus, nonne in ipsis eloquentiae suae castris testis abiectus est, dum P. Claudium Romae apud se fuisse iurat, illo sacrilegum flagitium uno argumento absentiae tuente? si quidem iudices Claudium incesti crimine quam Ciceronem infamia periurii liberare maluerunt.

6. Tot eleuatis testibus unum, cuius noua ratione iudicium ingressa auctoritas confirmata est, referam. P. Seruilius consularis, censorius, triumphalis, qui maiorum suorum titulis Isaurici cognomen adiecit, cum forum praeteriens testes in reum dari uidisset, loco testis constitit ac summam inter patronorum pariter et accusatorum admirationem sic orsus est: 'hunc ego, iudices, qui causam dicit, cuias sit aut

1 tantus] *add.* testis *Georges Philolog. 1873 p. 540* || iud̄ *et sic semper fere LA* || 6 marcellum (*litt.* marcel *in ras.*) *A* || 8 l. marcus luculli *LA*, *add.* et *post* l. *margo A*, l. et m̄. luculli *Par.*, L. Lucullus *Halm coll. Ascon. in Corn. p. 60. cf. ibid. p. 79* || 9 M'. *Par.*, m̄ *LA* || corneliū mai. reū A^2 || 10 tantum *L et dett. mei omn.*, cuius non (*in ras. m. 3, sed* cuius *expunct. et s. l. scriptum* quē) *A* || salutem *punctis notat.* A^2 || 11 incolomi L^1A^1 || 12 detora *L*, dedecora A^2 || 17 clodium *Par.* || iurat *Kellerbauer*, iurauit *LA Halm u. ad p. 369, 20* || 18 meflagitium LA^1, et flagitium A^2 || 26 summam inter *LA*, per summam inter *CEF* || patronurum A^1 || 28 cuius sit *LA*, cui adsit *Par.*[1], *ut nos Par.*[2]

quam uitam egerit quamque merito uel iniuria accusetur ignoro: illud tantum scio, cum occurrisset mihi Laurentina uia iter facienti admodum angusto loco, equo descendere noluisse. quod an aliquid ad religionem uestram pertineat ipsi aestimabitis: ego id supprimendum non putaui'. iudices reum uix auditis ceteris testibus damnarunt: ualuit enim apud eos cum amplitudo uiri, tum grauis neglectae dignitatis eius indignatio, eumque, qui uenerari principes nesciret, in quodlibet facinus procursurum crediderunt.

VI. QVI QVAE IN ALIIS VINDICARANT IPSI COMMISERVNT.

Ne illos quidem latere patiamur, qui quae in aliis uindicarant ipsi commiserunt.

1. C. Licinius cognomine Hoplomachus a praetore postulauit ut patri suo bonis tamquam ea dissipanti interdiceretur, et quidem quod petierat impetrauit, sed ipse paruo post tempore mortuo sene amplam ab eo relictam pecuniam festinanter consumpsit. a uicissitudine poenae *a*fuit, quoniam hereditatem absumere quam heredem maluit tollere.

2. C. autem Marius, cum magnum et salutarem rei publicae ciuem in L. Saturnino opprimendo egisset, a quo in modum uexilli pilleum seruituti

1 uitam *margo A e Par.*, uiā *LA* ‖ uel] ł *L* ‖ 3 augusto *A*[1] ‖ 4 noluit *Par.* ‖ 6 supprimentum *L*[1], suppremențum *A*[1] ‖ 7 auditis *Par.*, additis *LA* ‖ damnauerunt *Par.* ‖ 12 VINDICABANT IPSI COMMISERINT *Par.* ‖ 16 hoplomacus *LA*, *ut nos Par.* ‖ praetore] *add.* suo *Par.* ‖ 17 ędissipanti *A*[1] ‖ 18 e quidem *LA Par.* ‖ 20 amplā — relictā (*sed* ˜ ˜ *in ras.*) *A* ‖ pec|uniā *F Par. et in ras.* (*litt.* uniā *extra uers.*) *A*, facundiā *L*, *unde in dett.* fundia q. latem *C*, latifundium *D*, facultatem *E* ‖ 21 a *LA*, dignus hac *margo A et dett. pleriq.* ‖ afuit *Halm*, fuit *LA*, affuit *CEF*, at uicissitudinem poenae effugit *recte de sententia iudicans Foertsch II 35* ‖ 22 alere *Pighius* ‖ 25 pilleum] *post h. u. repetit* in modū *L* ‖ seruituti] *add.* br. seruitia ad pilleum uocauerat *margo A e Par.*

ad arma capienda ostentatum erat, L. Sulla cum exercitu in urbem inrumpente ad auxilium seruorum pilleo sublato confugit. itaque, dum facinus quod punierat imitatur, alterum Marium, a quo adfligeretur, inuenit.

3. C. uero Licinius Stolo, cuius beneficio plebi petendi consulatus potestas facta est, cum lege sanxisset ne quis amplius quingenta agri iugera possideret, ipse mille conparauit *dis*simulandique criminis gratia dimidiam partem filio emancipauit. quam ob causam a. M. Popilio Laenate accusatus primus sua lege cecidit ac docuit nihil aliud praecipi debere, nisi quod prius quisque sibi imperau*er*it.

4. Q. autem Varius propter obscurum ius ciuitatis Hybrida cognominatus tribunus pl. legem aduersus intercessionem collegarum perrogauit, quae iubebat quaeri quorum dolo malo socii ad arma ire coacti essent, magna cum clade rei publicae: sociale enim prius, deinde ciuile bellum excitauit. sed dum ante pestiferum tribunum pl. quam certum ciuem agit, sua lex eum domesticis laqueis constrictum absumpsit.

VII. DE STVDIO ET INDVSTRIA.

Quid cesso uires industriae commemorare, cuius alacri spiritu militiae stipendia roborantur, forensis gloria accenditur, fido sinu cuncta studia recepta nutriuntur, quidquid animo, quidquid manu, quid-

2 in *om. Par., at u. ad p. 115, 11* || inrumpentẽ *A*[1] || 3 confuit *A*[1] || 6 plebis *LA*[1], plebei *A*[2] || 7 consulatus *Halm*, coñs *LA*, consulatum *edd. ante Halm* || lege] *post h. u. repetit* facta ē, *sed om.* sanxisset, *quod in mrg. supplet L* || 9 ipse mille *in ras. m. 3 et litt.* se mille *extr. uers. A*, ilse** ∞ (*ante ras. uacuum spatium 3—4 litter.*) *L* || simulandiq. *LA*, *ut nos Par.* || criminis *om. Par., recte, ni fallor* || 10 mancipauit *Par.* || 11 lenate *L*, lęnatę *A*[1] || 12 aliis *Eberhard p. 164 et Blaum p. 46, quod uerum uid.* || praecipi* (*sed extrem.* i *in ras.*) *A*, praecipue *L*[1] || 13 imperauit *LA*, *em. Pighius, malim* imperauisset || 16 collegerum *A*[1] || prorogauit *A*[2] || 18 *litt.* sociale enim prius de *in ras. A* || 23 *titulum post* industriae *ponit L* || 27 quicquid (*ter*) *LA*

quid lingua admirabile est, ad cumulum laudis perducitur? † quae cum sit perfectissima uirtus, duramento sui confirmatur.

1. Cato sextum et octogesimum annum agens, dum in re publica tuenda iuuenili animo perstat, ab inimicis capitali crimine accusatus causam suam egit, neque aut memoriam eius quisquam tardiorem aut firmitatem lateris ulla ex parte quassatam aut os haesitatione inpeditum animaduertit, quia omnia ista in suo statu aequali ac perpetua industria continebat. quin etiam in ipso diutissime actae uitae fine disertissimi oratoris Galbae accusationi defensionem suam pro Hispania opposuit. idem Graecis litteris erudiri concupiuit, quam sero, inde aestimemus, quod etiam Latinas paene iam senex didicit, cumque eloquentia magnam gloriam partam haberet, id egit, ut iuris ciuilis quoque esset peritissimus.

2. Cuius mirifica proles propior aetati nostrae Cato ita doctrinae cupiditate flagrauit, ut ne in curia quidem, dum senatus cogitur, temperaret sibi quo minus Graecos libros lectitaret. qua quidem industria ostendit aliis tempora deesse, alios [superesse] temporibus.

3. Terentius autem Varro humanae uitae expleto

1 *an* ad culmen? *Halm; at u. III 1 init.; VI 8, 7; VII 1, 1* ‖ 2 quae, ut sit *Foertsch III, 23*, quae quo sit *Maduig II 330*, quacum fit perf. uirtus dur. s. confirmata *Gertz**, *an* quaecum⟨que enim ut⟩ sit p. u. — confirmatur? *cf. Fleckeis. 1886 p. 57* ‖ uirtus] *add.* f. ea tamen *margo A* ‖ 3 confirmatˆ (*addita uirgula finem interrogationis denotat*) *A*, confirmat *C Maduig l. c., ut nos L dett. Foertsch l. c., an* consummatur? ‖ 9 inpeditus A^1 ‖ 12 finẽ di∗sertissimi (*litt.* s *eras.*) *A* ‖ defensioni accusationem *Gertz p. 290 et stud. crit. in Senec. p. 89; at error uid. ipsius Val.* ‖ 16 gloriae partae L^1, gloriam partem A^1 ‖ 18 proprior L^1A^1 ‖ 19 fraglauit LA^1, *ut nos Par.* ‖ curiam L^1A^1 ‖ 20 cogiτ˜∗ (*sed* iτ˜ ∗ *in ras.*) *A* ‖ 21 lactitaret L^1 ‖ 22 superesse *delend. esse docuerunt Gertz p. 291 coll. Cic. pro Planc. 35, 86 et Wensky 1884 p. 790, ipse suspicatus eram* aliis superesse (*del.* temporibus) *coll. Liu. XXVII 10, 4* ‖ 24 expleto spatio *Wensky p. 15*, exemplo et∗spatio (o *eras.*) *L*, exemplo et

spatio non annis, quibus saeculi tempus aequauit, quam stilo uiuacior fuit: in eodem enim lectulo et spiritus eius et egregiorum operum cursus extinctus est.

4. Consimilis perseuerantiae Liuius Drusus, qui aetatis uiribus et acie oculorum defectus ius ciuile populo benignissime interpretatus est utilissimaque discere id cupientibus monumenta conposuit: nam ut senem illum natura, caecum fortuna facere potuit, ita neutra interpellare ualuit ne non animo et uideret et uigeret.

5. Publilius uero senator et Lupus Pontius eques Romanus suis temporibus celebres causarum actores luminibus capti eadem industria forensia stipendia executi sunt. itaque frequentius etiam audiebantur, concurrentibus aliis, quia ingenio eorum delectabantur, aliis, quia constantiam admirabantur: nam, qui tali *in*conmodo perculsi secessum petunt, duplicant tenebras fortuitis uoluntarias adicientes.

6. Iam P. Crassus, cum in Asiam ad Aristonicum regem debellandum consul uenisset, tanta cura Graecae linguae notitiam animo conprehendit, ut eam in quinque diuisam genera per omnes partes ac numeros penitus cognosceret. quae res maximum

ospitio A^1, exemplo et spatio nominandus A^2, *quod recepit Halm, sed probat anonymi cuiusdam coniecturam* Varro raro h. u. exemplo et spatio *in Fleckeis. ann. 1874 p. 408*, exemplum et specimen *Foertsch III 23*, exemplum et (= *etiam*) spatio *Maduig II 330. cf. VI 1, 11; VIII 7 ext. 5; 13, 6 et ext. 6. eodem modo ab* explere *ad* exemplare *aberratum in codd. VIII 11, 7*

3 eius] egregius *Γ* ‖ 5 quia etatis *L*, qui et aetatis *D et in ras. m. 3 A Halm* ‖ 6 acie (cie *in ras.*) *A* ‖ 12 Publilius *Par. et Perizonius*, p. *LA* ‖ 13 actores (*litt.* a *in ras.*) *A*, auctores *L* ‖ 15 exsecuti *Par.*[1] ‖ 17 nam qui tali incommodo *Halm in em. Val. p. 29 et Maduig II 331*, namque alii conmodo *A et add.* in *sup.* con *L*, namque alii qui tali inc. *nos in ed. mai.*, *quod recepit ed. Halm*, namque alii inc. *Foertsch III 24* ‖ 19 uoluntaria *LA*, *em. Colerus* ‖ 20 p. crassus *LA*, u. c. crassus *margo A e Par.; at cf. III 2, 12* ‖ 24 poenitus *L*

ei sociorum amorem conciliauit, qua quis eorum lingua apud tribunal illius postulauerat, eadem decreta reddenti.

7. Ne Roscius quidem subtrahatur, scaenicae industriae notissimum exemplum, qui nullum umquam spectante populo gestum, nisi quem domi meditatus fuerat, promere ausus est. quapropter non ludicra ars Roscium, sed Roscius ludicram artem conmendauit, nec uulgi tantum fauorem, uerum etiam principum familiaritates amplexus est. haec sunt attenti et anxii et numquam cessantis studii praemia, propter quae tantorum uirorum laudibus non inpudenter se persona histrionis inseruit.

Ext. 1. Graeca quoque industria, quoniam nostrae multum profuit, quem meretur fructum Latina lingua recipiat. Demosthenes, cuius commemorato nomine maximae eloquentiae consummatio audientis animo oboritur, cum inter initia iuuentae artis, quam adfectabat, primam litteram dicere non posset, oris sui uitium tanto studio expugnauit, ut ea a nullo expressius referretur. deinde propter nimiam exilitatem acerbam auditu uocem suam exercitatione continua ad maturum et gratum auribus sonum perduxit. lateris etiam firmitate defectus, quas corporis habitus uires negauerat, a labore mutuatus est: multos enim uersus uno impetu spiritus conplectebatur eosque aduersa loca celeri gradu scandens pronuntiabat ac uadosis litoribus insistens declamationes fluctuum fragoribus obluctantibus edebat,

3 reddendi A^1 ‖ 6 spectantem LA^1 ‖ 7 promere *E Schulze in Philol. 1878 p. 573 coll. Hor. epp. II 3, 183. cf. etiam Quint. I 1, 22*, ponere *L A Halm* ‖ 18 obruitur, *ut uid.*, L^1 ‖ 20 ut ea *corr. ex* ut te *L* ‖ *litt.* a nullo expres *in ras. m. 1? A* ‖ 21 efferretur *Γ*, *quod uerum uid. Halmio, Gertzio*, mihi*, referretur *tamen L A Par.*, *uel* proferretur *Gertz** ‖ 22 aceruam aditu L^1A^1 ‖ exercitationem LA^1 ‖ 23 ad maturũ (*sed* d *s. l.*) *A* ‖ 25 mutatus A^1 ‖ 26 uno impetu sp̃s. *L et in ras. A*, uno spiritu *Par.* ‖ conplectebatur *in ras. A e Par.*, conplebatur *L* ‖ 29 fragoribus (a *corr.*) *L et corr. ex* o *A* ‖ *edebat (s *eras.*) *L A*

ut ad fremitus concitatarum contionum patientia duratis auribus uteretur. fertur quoque ori insertis calculis multum ac diu loqui solitus, quo uacuum promptius esset et solutius. proeliatus est cum rerum natura et quidem uictor abiit malignitatem eius pertinacissimo animi robore superando. itaque alterum Demosthenen mater, alterum industria enixa est.

2. Atque ut ad uetustiorem industriae actum transgrediar, Pythagoras, perfectissimum opus sapientiae a iuuenta pariter et omnis honestatis percipiendae cupiditate ingressus, — nihil enim, quod ad ultimum sui peruenturum est finem, non et mature et alacriter incipit, — Aegyptum petiit, ubi litteris gentis eius adsuefactus, praeteriti aeui sacerdotum commentarios scrutatus innumerabilium saeculorum obseruationes cognouit. inde ad Persas profectus magorum exactissimae prudentiae se formandum tradidit, a quibus siderum motus cursusque stellarum et unius cuiusque uim, proprietatem, effectum benignissime demonstratum docili animo sorpsit. Cretam deinde et Lacedaemona nauigauit, quarum legibus ac moribus inspectis ad Olympicum certamen descendit, cumque multiplicis scientiae

2 auribus *in ras.* *A*, actionibus *LCEΓ*, auribus in actionibus DE^2 *et margo* *A* ‖ ori *Perizonius coll. VIIII 1 init. et 7, 2. cf. etiam V 9, 2*, ore *LA Par.* ‖ 3 cauculis A^1 ‖ 4 solucius (ci *s. l.*) *L* ‖ 5 naturae quidem L^1A^1, natura equidem L^2A^2 ‖ 6 robores A^1 ‖ 7 industriae (*sed* e *eras.*) *A* ‖ 8 enixa — industriae *om.* A^1, *supplet m. 2 margo A* ‖ 10 pithagoras *L* ‖ 11 a iuuenta *LA*, iuuentam *Wensky 1883 p. 640* ‖ et *delend. cens. Foertsch III 25* ‖ 12 cupiditatem *dett. et Wensky* ‖ ingressus *LA*, incensus *Halm*, *qui cum Foertschio et Wenskio ipsum Pythagoram perfectissimum opus sapientiae appellari posse putat. sententiam recte exposuit Gertz p. 291: Pythagoram et a prima iuuentute et summa cupiditate omnium percipiendorum perfectissimum opus sapientiae ingressum esse, coll. IIII 1, ext. 1* ‖ 13 maturę *A* ‖ 14 alacriter *Gertz l. c.*, celeriter *LA Halm* ‖ 15 litteris (is *in ras.*) *A*, litterę *L* ‖ 16 scrutatos L^1 ‖ 22 sorsit A^1 ‖ lacedęmoniā *A Par.*, lacedemonia *L* ‖ 24 multiplici LA^1 ‖ scientia maxima A^2

maximam inter totius Graeciae admirationem specimen exhibuisset, quo cognomine censeretur interrogatus, non se sapientem, — iam enim illud VII excellentes uiri occupauerant — sed amatorem sapientiae, id est Graece *φιλόσοφον* edidit. in Italiae etiam partem, quae tunc maior Graecia appellabatur, perrexit, in qua plurimis et opulentissimis urbibus effectus studiorum suorum adprobauit. cuius ardentem rogum plenis uenerationis oculis Metapontus aspexit oppidum, Pythagorae quam suorum cinerum nobilius clariusque monumentum.

3. Platon autem patriam Athenas, praeceptorem Socratem sortitus, et locum et hominem doctrinae fertilissimum, ingenii quoque diuina instructus abundantia, cum omnium iam mortalium sapientissimus haberetur, eo quidem usque, ut, si ipse Iuppiter caelo descendisset, nec elegantiore nec beatiore facundia usurus uideretur, Aegyptum peragrauit, dum a sacerdotibus eius gentis geometriae multiplices numeros *et* caelestium obseruationum rationem percipit. quoque tempore a studiosis iuuenibus certatim Athenae Platonem doctorem quaerentibus petebantur, ipse Nili fluminis inexplicabiles ripas uastissimosque campos, † effusam barbariam et flexuosos fossarum ambitus Aegyptiorum senum discipulus lustrabat. quo minus miror in Italiam transgressum,

1 inter totius *L*, inī oms totius *in ras. 11 uel 12 litterar. m. 2 A, uid. olim fuisse* interrogatus, *quod habet proximus ab eo C*, inter omnis *Halm* || admiratione *A*[2] || 5 philosophone didicit *A*[1], philosophon edixit *A*[2], *ut nos L et dett. aliquot* || 6 *an* etiam ⟨eam⟩? || 9 plenum *LA*, *add.* plenis uenerationis oculis *margo A e Par.* || 11 monumento *cod. Susian. Pighii* || 13 sacratem *L*[1] || 18 dum *LCEFΓ*, dū* *in ras. A*, ubi *D Halm* || 20 et *Par.*, *om. LA* || obseruationū rationē (*sed* ū *et* ē *in ras.*) *A*, obseruatione rationū *L dett.*, *ut nos Par.* || percipit (*sic*) *LA*[1], percepit *Halm et ante ras.*, *qua* percipit *restitutum est*, *A*[2] || 24 barbariam *L*, barbariem *A*, Mareotidem *ingeniose Maduig I 146 probante Halmio in Fleckeis. ann. 1874 p. 403*, *sed similius ueri* et fusam Maream *Gertz* coll. Strab. XVII 1, 7*, *malim tamen* et effusam Mariam || 26 quo *LA*[2], qđ, *ut uid.*, *A*[1]

ut ab Archyta Tarenti, a Timaeo et Arione et Echecrate Locris Pythagorae praecepta et instituta acciperet: tanta enim uis, tanta copia litterarum undique colligenda erat, ut inuicem per totum terrarum orbem dispergi et dilatari posset. altero etiam et octogesimo anno decedens sub capite Sophronis mimos habuisse fertur. sic ne extrema quidem eius hora agitatione studii uacua fuit.

4. At Democritus, cum diuitiis censeri posset, quae tantae fuerunt, ut pater eius Xerxis exercitui epulum dare ex facili potuerit, quo magis uacuo animo studiis litterarum esset operatus, parua admodum summa retenta patrimonium suum patriae donauit. Athenis autem compluribus annis moratus omnia temporum momenta ad percipiendam et exercendam doctrinam conferens ignotus illi urbi uixit, quod ipse quodam uolumine testatur. stupet mens admiratione tantae industriae et iam transit alio.

5. Carneades laboriosus et diuturnus sapientiae miles, si quidem XC expletis annis idem illi uiuendi ac philosophandi finis fuit, ita se mirifice doctrinae operibus addixerat, ut, cum cibi capiendi causa recubuisset, cogitationibus inhaerens manum ad mensam porrigere obliuisceretur. sed ei Melissa, quam uxoris loco habebat, temperato [inter] studia non interpellandi et inediae succurrendi officio dexteram suam necessariis usibus aptabat. ergo animo

1 archita *LA* ‖ tarentino *Par.* ‖ timeo *LA* ‖ et echecrate *in ras. A e Par.* et chete *L* ‖ 2 loc*ris *L et in ras. A* ‖ pithagorę *L* ‖ 4 colligen*da (n *ex* r *corr.*) *L* ‖ 6 octogensimo *Par.* ‖ 8 ora L^1 ‖ 10 Xerxis (i *corr. ex* e) *L*, *add.* br. xerxi et exercitui ei; epulum daret *margo A e Par.* ‖ 12 operaturus *Perizonius; at u. Foertsch II 36 et Haase, misc. philol. II p. 17* ‖ 14 cũ plurib; A^1 ‖ 15 et *om. A* ‖ 17 admirationem *L et, ut uid.*, A^1 ‖ 21 mirifice A^2, mirificũ LA^1 ‖ 22 adduxerat A^1 ‖ 24 ei *Perizonius Halm*, eum *LA*, eam (*sc. manum*) *Maduig II 331*, tum *haud male Gertz** ‖ 25 inter *inclusi cum Maduigio. cf. Halm in Fleckeis. ann. 1874 p. 403*, uiri *uel* rite *uel* scite *temptauit Gertz** ‖ 26 et *A et, ut uid.*, L^1, sed L^2 *dett.* ‖ dexteram suam *A*, *Halm*, *Gertz**, dextera sua *L Maduig* ‖ 27 necessariis ⟨eius⟩ usib. *Gertz**

tantum modo uita fruebatur, corpore uero quasi alieno et superuacuo circumdatus erat. idem cum Chrysippo disputaturus elleboro se ante purgabat ad expromendum ingenium suum adtentius et illius refellendum acrius. quas potiones industria solidae laudis cupidis adpetendas effecit!

6. Quali porro studio Anaxagoran flagrasse credimus? qui cum e diutina peregrinatione patriam repetisset possessionesque desertas uidisset, 'non essem' inquit 'ego saluus, nisi istae perissent'. uocem petitae sapientiae compotem! nam si praediorum potius quam ingenii culturae uacasset, dominus rei familiaris intra penates mansisset, non tantus Anaxagoras ad eos redisset.

7. Archimedis quoque fructuosam industriam fuisse dicerem, nisi eadem illi et dedisset uitam et abstulisset: captis enim Syracusis Marcellus, *etsi* machinationibus eius multum ac diu uictoriam suam inhibitam senserat, eximia tamen hominis prudentia delectatus ut capiti illius parceretur edixit, paene tantum gloriae in Archimede seruato quantum in oppressis Syracusis reponens. at is, dum animo et oculis in terra defixis formas describit, militi, qui praedandi gratia domum inruperat strictoque super caput gladio quisnam esset interrogabat, propter nimiam cupiditatem inuestigandi quod requirebat nomen suum indicare non potuit, sed protecto manibus puluere 'noli' inquit, 'obsecro, istum disturbare', ac

3 crysippo *L* ‖ 3 elleboro *A Par.*, elleboroso (*omisso* se) L^1, helleboro *Halm* ‖ 4 exprimendum *LA*, *ut nos Par.* ‖ et ad illius *Wensky 1884 p. 791* ‖ 7 fraglasse LA^1 ‖ 8 e *LΓ om. A et dett.* ‖ diuina peregrinatione L^1A^1, post diutinã peregrinationẽ A^2 ‖ 11 potitae A^2 ‖ 12 uacasset et dominus *probabiliter Gertz p. 292* ‖ 13 paenates A^1 *et corr. e* poenat. *L* ‖ 14 tantus *del. cens. Gertz l. c.* ‖ ad deos A^2 ‖ 17 Syracusis] *add.* c. sirac; *margo A* ‖ etsi *add. Gertz l. c. et Wensky p. 15, om. LA Halm* ‖ 22 syracusis] *add.* his *L et idem eras. uid. in A*, *add.* hostis *margo A* ‖ 24 domum *LA*, *sed scribend. uid.* in domum. *u. ad p. 115, 11* ‖ 25 quinam *Par.* ‖ 27 protecto *ed. Tauchn. 1830*, *Gelbke p. 8*, *alii*, protracto *LA*, proiecto *Par.* ‖ 28 inquid A^1

perinde quasi neglegens imperii uictoris obtruncatus sanguine suo artis suae liniamenta confudit. quo accidit ut propter idem studium modo donaretur uita, modo spoliaretur.

8. Socraten etiam constat aetate prouectum fidibus tractandis operam dare coepisse satius iudicantem eius artis usum sero quam numquam percipere. et quantula Socrati accessio illa futura scientia erat? sed peruicax hominis industria tantis doctrinae suae diuitiis etiam musicae rationis uilissimum elementum accedere uoluit. ergo dum ad discendum semper se pauperem credit, ad docendum fecit locupletissimum.

9. Atque ut longae et felicis industriae quasi in unum aceruum exempla redigamus, Isocrates nobilissimum librum, qui *Παναθηναϊκός* inscribitur, quartum et nonagesimum annum agens, ita ut ipse significat, conposuit, opus ardentis spiritus plenum. ex quo apparet senescentibus membris eruditorum intus animos industriae beneficio florem iuuentae retinere. neque hoc stilo terminos uitae suae clausit: namque admirationis eius fructum quinquennio percepit.

10. Citerioris aetatis metas, sed non parui tamen spatii Chrysippi uiuacitas flexit: nam octogesimo

1 imperium uictoris interrogantis obtr. *Par.* ‖ 2 artus A^1 ‖ 6 satius esse dicentem *Par.* ‖ 7 usum uel sero *Par.*, *idq. Valerio reddend. recte, ni fallor, cens. Gertz** ‖ nunc quã A^1, nun*quã A^2 ‖ 8 socratis LA^1 ‖ scientiae A^2 ‖ 10 utilissimum *Halm cum edd. uett., at u. Maduig II 331* ‖ 11 accede A^1 ‖ 12 credit *nos et Novak*, credidit *LA Halm, u. ad p. 369, 20* ‖ fecit se *edd. uett., an* se fecit? *Halm, non recte. cf. Gertz, stud. crit. p. 165* ‖ 14 quas in L^1A^1 ‖ 15 hisocratis L^1 *et sic A*, hic socrates L^2 ‖ 16 ΤΙΑΝΑΘΝΑΙΚΟC *C*, ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΟΠ|ΗΝΑΚΟC *partim in ras. partim extra uers. A*, pana****thenaikas (*in fin. corr.* os) *Par.*, *ut nos L* ‖ 17 nonagensimum *Par.*[1], XC *LA* ‖ 19 se nescientib; L^1A^1 ‖ 20 iuuentę** A^2, iuuentute, *ut uid.*, A^1 ‖ 21 hoc stilo L^2 *et dett. mei omn.*, hostilo L^1, a stilo (*sed* a *in ras.*) *A* ‖ 25 crysippi *LA* ‖ octogensimo *Par.*[1], LXXX mo *A*, *XXX (L *eras.*) *L*

anno coeptum undequadragesimum *Λογικῶν* exactissimae subtilitatis uolumen reliquit. cuius studium in tradendis ingenii sui monumentis tantum operae laborisque sustinuit, ut ad ea, quae scripsit, penitus cognoscenda longa uita sit opus.

11. Te quoque, Cleanthe, tam laboriose haurientem et tam pertinaciter tradentem sapientiam numen ipsius industriae suspexit, cum adulescentem quaestu extrahendae aquae nocturno tempore inopiam tuam sustentantem, diurno Chrysippi praeceptis percipiendis uacantem, eundemque ad undecentesimum annum adtenta cura erudientem auditores tuos uideret: duplici enim labore unius saeculi spatium occupasti, incertum reddendo discipulusne an praeceptor esses laudabilior.

12. Sophocles quoque gloriosum cum rerum natura certamen habuit, tam benigne mirifica illi opera sua exhibendo quam illa operibus eius tempora liberaliter sumministrando: prope enim centesimum annum attigit, sub ipsum transitum ad mortem Oedipode *ἐπὶ Κολωνῷ* scripto, qua sola fabula omnium eiusdem studi poetarum praeripere gloriam potuit. idque ignotum esse posteris filius Sophoclis Iophon noluit, sepulcro patris quae retuli insculpendo.

13. Simonides uero poeta octogesimo anno et docuisse se carmina et in eorum certamen descendisse ipse gloriatur. nec fuit inicum illum uoluptatem ex

1 inceptum *Par.* ‖ undequadragensimum *Par.*^{1}, undequadragesimo L^2 ‖ ΛΟΓΙΚΟΝ *LA*, logicon *Par.* ‖ 2 relinquit *Par.*^{1} ‖ 4 ad aequae L^1A^1 ‖ 6 deanthe L^1 ‖ 8 quęstum L^1A, quaestui* L^2 ‖ 9 extrahenda ea quae A^1, extrahentẽ ea que A^2 ‖ 10 crysippi *L*, *sed* chrys. *h. l. A* ‖ 12 et rudientẽ L^1A^1 ‖ tuos *DΓ*, suos *LACEF*, *quod, si u. 9* suam *scribas, probat Halm, non recte* ‖ 17 illi *edd. mult. uett.*, illa *LA Halm*, ille *Aldus* ‖ 19 subministrando *Halm* ‖ 21 ΕΠΙ ΚΟΛΟΝΟΝ *LA*, *add.* BR. sophoc: c. agens annũ oedipodã f. scripsit admirabilem *margo A e Par.* ‖ 22 proripere LA^1 ‖ 23 Iophon *Pighius*, sophom L^1 *et corr. e* sophum *A*, sophon L^2 *dett.* ‖ 24 noliit *A* ‖ sepulchro L^2A^1 ‖ rettuli *Halm* ‖ 25 simonedes LA^1 ‖ 25 octogensimo *Par.*^{1} ‖ 27 iɴicum (ɴ *in ras.*) *A*, inimicum *LΓ*, iniquum *dett.*

ingenio suo diu percipere, cum *tan*tam omni aeuo fruendam traditurus esset.

14. Nam Solon quanta industria flagrauerit et uersibus conplexus est, quibus significat se cotidie aliquid addiscentem senescere, et supremo uitae die confirmauit, quod adsidentibus amicis et quadam de re sermonem inter se conferentibus fatis iam pressum caput erexit interrogatusque quapropter id fecisset respondit 'ut, cum istud, quidquid est, de quo disputatis, percepero, moriar'. migrasset profecto ex hominibus inertia, si eo animo uitam ingrederentur, quo eam Solon egressus est.

15. Quam porro industrius Themistocles, qui maximarum rerum cura districtus, omnium tamen ciuium suorum nomina memoria conprehendit per summamque iniquitatem patria pulsus et ad Xerxem, quem paulo ante deuicerat, confugere coactus, prius quam in conspectum eius ueniret, Persico sermone se adsuefecit, ut labore parta commendatione regiis auribus familiarem et adsuetum sonum uocis adhiberet.

16. Cuius utriusque industriae laudem duo reges partiti sunt, Cyrus omnium militum suorum nomina, Mitridates duarum et xx gentium, quae sub regno eius erant, linguas ediscendo, ille, ut sine monitore exercitum salutaret, hic, ut eos, quibus imperabat, sine interprete adloqui posset.

VIII. DE OTIO.

Otium, quod [praecipue] industriae et studio maxime contrarium uidetur, praecipue subnecti de-

1 tantam *nos*, tam LA^1, eam A^2 *Halm* ‖ omnia euo (*corr.* ęuo) *L* ‖ 2 fruenda LA^1 ‖ 3 Iam A^2 ‖ u. solo *margo A e Par.* ‖ 5 discentem *margo A e Par.* ‖ suppremo LA^1 ‖ 6 quod L^1A, *an* quo, *ut hab.* L^2 ‖ 9 quicquid L^2A^2 ‖ 14 destrictus *L Par.* ‖ 15 memoriam L^1A^1 ‖ 18 conspectum *Γ*, conspectu *LA* ‖ 19 *an* hoc labore? ‖ 23 mithridatis uiginti duarum *Par.* ‖ 24 lingue sediscendo L^1A^1 ‖ 26 alloqui L^2*A Halm* ‖ 28 pręcipue *Ƚ dett. pauci et punctis suppositis, sed deinde erasis A, om. Halm* ‖ studio] qđ studio *in ras. m. 2 A* ‖ maximę A^1 ‖ 29 praecipuę A^1

bet, non quo euanescit uirtus, sed quo recreatur: alterum enim etiam inertibus uitandum, alterum strenuis quoque interdum adpetendum est, illis, ne † propriae uitam inermem exigant, his, ut tempestiua laboris intermissione ad laborandum fiant uegetiores.

1. Par uerae amicitiae clarissimum Scipio et Laelius, cum amoris uinculo tum etiam omnium uirtutum inter se iunctum societate, ut actuosae uitae iter aequali gradu exequebantur, ita animi quoque remissioni*bus* communiter adquiescebant: constat namque eos Caietae et Laurenti uagos litoribus conchulas et umbilicos lectitasse, idque se P. Crassus ex socero suo Scaeuola, qui gener Laelii fuit, audisse saepe numero praedicauit.

2. Scaeuola autem, quiet*is* et remissionis eorum certissimus testis, optime pila lusisse traditur, quia uidelicet ad hoc deuerticulum animum suum forensibus ministeriis fatigatum transferre solebat. alueo quoque et calculis interdum uacasse dicitur, cum bene ac diu iura ciuium *et* caerimonias deorum ordinasset: ut enim in rebus seriis Scaeuolam, ita in [scaelus] lusibus hominem agebat, quem rerum natura continui laboris patientem esse non sinit.

2 inestibus L^1 ‖ uitandum *om., sed m. 1 in mrg. suppl.* *L*, uitandus A^1 ‖ 4 proprie *L*, propriãe (*sed ˜ m. 2 add. uid.*) *A*, pro patria *male Halm*, propriam *Maduig II 332* ‖ inermen *L*, inermem A^1, eneruem A^2, inertem *dett. et edd. ante Halm* ‖ 5 intermissione* (s *eras. uid.*) *LA* ‖ 6 ueteriores LA^1 ‖ 7 paruę rę A^1 ‖ 9 societatem *L* ‖ 11 remissionis (*extr.* s *eras.*) *LA*, *em. Halm e Par.* ‖ 12 ca*ietę *A*, carietę (r *punctat.*) *L* ‖ uagas L^2A^2 ‖ conculas LA^1 ‖ 13 obuilicos *L*, obulicos A^1, obbilicos A^2, *ut nos margo A e Par. cf. Cic. de or. II 6, 22* ‖ L. Crassus *est p. 195, 4 et Cic. de or. I 7, 24* ‖ 14 lelii (eli *in ras.*) *L*, laetii *A* ‖ 16 quietis et *Gertz p. 293 coll. Cic. pr. Cael. 17, 39*, qui&e (*ut uid.*) L^1, qui&* (*cum lineola super* &) L^2, ***** *A*, quietae *dett.*, qui ante *uel* qui et *Perizonius*, qui erat *Halm* ‖ 17 tradi**tur *L*, tradicitur A^1, *ut nos Par.* ‖ 18 diuerticulum AL^2, diuesticulum L^1 ‖ 20 et** calculis *A*, et ad calc. *L* ‖ 21 et *om.* *LA* ‖ c[illegible] ‖ 22 sceuolam *A* ‖ 23 scęlus *A*, scae*** (*prima*

Ext. 1. Idque uidit, cui nulla pars sapientiae obscura fuit, Socrates, ideoque non erubuit tunc, cum interposita harundine cruribus suis cum paruulis filiolis ludens ab Alcibiade risus est.

2. Homerus quoque, ingeni caelestis uates, non aliud sensit uehementissimis Achillis manibus canoras fides aptando, ut earum militare robur leni pacis studio relaxaret.

VIIII. QVANTA VIS SIT ELOQVENTIAE.

Potentiam uero eloquentiae, etsi plurimum ualere animaduertimus, tamen sub propriis exemplis, quo scilicet uires eius testatiores fiant, recognosci conuenit.

1. Regibus exactis plebs dissidens a patribus iuxta ripam fluminis Anienis in colle, qui sacer appellatur, armata consedit, eratque non solum deformis, sed etiam miserrimus rei publicae status, a capite eius cetera parte corporis pestifera seditione diuisa. ac ni Valeri subuenisset eloquentia, spes tanti imperii in ipso paene ortu suo corruisset: is namque populum noua et insolita libertate temere gaudentem oratione ad meliora et saniora consilia reuocatum senatui subiecit, id est urbem urbi iunxit. uerbis ergo facundis ira, consternatio, arma cesserunt.

2. Quae etiam Marianos Cinnanosque mucrones ciuilis profundendi sanguinis cupiditate furentes in-

litt. sub ras. erat 1) *L*, *ex dittographia uu.* Scaeu. *et* lus. *ortum rati delend. cens. Vahlen*, *mus. Rhen. XI p. 593 et Halm*, scęuis *A*², scurrilibus *CEF*

3 harundine *L Par.*, arundine *A*¹ ‖ 4 risus *LA*¹, *et corr. e* uisus *Par.*, uisus *A*² *Halm; at u. ed. meam mai.* ‖ 5 ingenii *A Halm* ‖ 6 aliut *L*¹ ‖ 7 earum (*corr. ex* eram) *L* ‖ 9 QVINTA *A* ‖ QVANTA VIS ELOQVENTIAE ET PRONVNTIATIOÑ *Par.* ‖ 11 *recte, ut uid.*, ⟨iam⟩ animaduertimus *Gertz** ‖ 15 collo *L*¹*A* ‖ 19 ualeri *LA*, *fort.* Meneni *Halm e Par.*, *qui haec Liuium secutus Maenenio* (*sic*) *Agrippae tribuit; at u. Cic. Brut. 14, 54* ‖ 22 orationem *L*¹*A*¹, oratione sua *Gertz** ‖ 23 iunxit (*prior* i *s. l.*) *L* ‖ 25 marionos *A*¹

hibuerunt: missi enim a saeuissimis ducibus milites ad M. Antonium obtruncandum sermone eius obstupefacti destrictos iam et uibrantes gladios cruore uacuos uaginis reddiderunt. quibus digressis P. Annius — is enim solus in aditu expers Antonianae eloquentiae steterat — crudele imperium truculento ministerio peregit. quam disertum igitur eum fuisse putemus, quem ne hostium quidem quisquam occidere sustinuit, qui modo uocem eius ad aures suas uoluit admittere?

3. Diuus quoque Iulius, quam caelestis numinis tam etiam humani ingenii perfectissimum columen, uim facundiae proprie expressit dicendo in accusatione Cn. Dolabellae, quem reum egit, extorqueri sibi causam optimam L. Cottae patrocinio, si quidem maxima tunc *eloquentia de ui* eloquentiae questa est. cuius facta mentione, quoniam domesticum nullum maius adiecerim exemplum, peregrinandum est.

Ext. 1. Pisistratus dicendo tantum ualuisse traditus est, ut ei Athenienses regium imperium oratione capti permitterent, cum praesertim e contraria parte amantissimus patriae Solo niteretur. sed alterius salubriores erant contiones, alterius disertiores.

2 sermonẽ L^1A^1 ‖ 3 gladios] *add.* br. g. continuerunt *margo A e Par.* ‖ 4 degressis L^1A ‖ aɴnius (*sed* ɴ *in ras. maiore*) A^2 *e Par.*, antonius *LCEF et, ut uid.*, A^1 ‖ 5 in aditu *Foertsch III 26 et Haupt in Herm. VIII p. 250* (*cf. Plut. Mar. 44,* Ἄννιος ὑπέστη παρὰ τὰς θύρας), in ambitu *LA*, *quod defend. Halm contra Maduig. II 322 conicientem* solus suauitatis expers Antonianae steterat ‖ aeloquentiae *sic* L^1, *eloq. L^2 *Par.*, *om.* A^1, uocis A^2, orationis *margo A*, facundiae *edd. uett.* ‖ 7 dissertum L^1 ‖ 12 columẽ A^1 ‖ 13 accusatione* (s *eras. uid.*) *A*, accu*sationes (s *eras.*) *L* ‖ 15 obtimã A^1 ‖ 16 eloquentia de ui *nos suppleuimus*, *om. LA* ‖ eloquentiae (*ultim.* e *m. 2 induct.*) *A* ‖ 21 ut] *add.* BR. ut solone c̃tra dicente athen; regiũ ei ei (*sic*) ꝑmitterent *margo A e Par.* ‖ adthenienses L^1 ‖ 22 eum praesentiae (*om.* e *ante* contr.) *L*, eũ presenti *A* ‖ 23 solo *LA*, Solon *Halm. cf. VII 2 ext. 2 et Par. VIII 7 ext. 14* ‖ 24 coɴtiones (*sed* ɴ *in ras. mai.*) A^2, contentiones L^1 *et, ut uid.*, A^1, condiciones *C* ‖ di*sertiores (s *eras.*) *LA*

quo euenit ut alioqui prudentissima ciuitas libertati seruitutem praeferret.

2. Pericles autem, felicissimis naturae incrementis sub Anaxagora praeceptore summo studio perpolitis instructus, liberis Athenarum ceruicibus iugum seruitutis inposuit: egit enim illam urbem et uersauit arbitrio suo, cumque aduersus uoluntatem populi loqueretur, iucunda nihilo minus et popularis eius uox erat. itaque ueteris comoediae maledica lingua, quamuis potentiam uiri perstringere cupiebat, tamen in labris hominis melle dulciorem leporem fatebatur habitare inque animis eorum, qui illum audierant, quasi aculeos quosdam relinqui praedicabat. fertur quidam, cum admodum senex primae contioni Periclis adulescentuli interesset idemque iuuenis Pisistratum decrepitum iam contionantem audisset, non temperasse sibi quo minus exclamaret caueri illum ciuem oportere, quod Pisistrati orationi simillima eius esset oratio. nec hominem aut aestimatio eloqui aut morum augurium fefellit. quid enim inter Pisistratum et Periclen interfuit, nisi quod ille armatus, hic sine armis tyrannidem gessit?

3. Quantum eloquentia ualuisse Hegesian Cyrenaicum philosophum arbitramur? qui sic mala uitae repraesentabat, ut eorum miseranda imagine audientium pectoribus inserta multis uoluntariae mortis oppetendae cupiditatem ingeneraret: ideoque a rege Ptolomaeo ulterius hac de re disserere prohibitus est.

1 quo (*corr. e* quod) *L A* ‖ alioqui *dett. mei omn.*, aliqua *L A*, alias *margo A* ‖ 3 felicissimus *L* A^1, felicissimis usus *Halm; at u. Maduig. II 332* ‖ 4 perpolitis *L A*, perpolitus et *Halm cum priorib. edd.* ‖ 6 illam *L E Γ*, illa A^1, ille A^2 *C D F* ‖ uersabit L^1 ‖ 8 mi*nus (n *eras.*) *L* ‖ 9 ueteres *L* A^1 ‖ maledicta $L^1 A^1$ ‖ 11 laboris A^1 ‖ 14 coɴtioni (ɴ *in ras. mai.*) *A* ‖ pericles $L^1 A^1$ ‖ 17 temperasset *L* A^1 ‖ cauere illum (*m. 2 corr. e* cadaueri illum) *L*, * cauerillum (ca *in ras.*) A^1 ‖ 21 interfuit *L et dett. pleriq.*, inter A^1, interẽ $A^2 D$ ‖ 24 pholosophum A^1 ‖ 26 uoluntariã* A^2 ‖ 28 ptolomeo *A*, ptolemaeo *Par. Halm*, tholomeo *L. u. ad p. 49, 8* ‖ ac $L^1 A^1$

X. QVANTVM MOMENTVM SIT IN PRONVNTIATIONE ET APTO MOTV CORPORIS.

Eloquentiae autem ornamenta in pronuntiatione apta et conueniente motu corporis consistunt. quibus cum se instruxit, tribus modis homines adgreditur, animos eorum ipsa inuadendo, horum alteri aures, alteri oculos permulcendos tradendo.

1. Sed ut propositi fides in personis inlustribus exhibeatur, C. Gracchus, eloquentiae quam propositi felicioris adulescens, quoniam flagrantissimo ingenio, cum optime rem publicam tueri posset, perturbare impie maluit, quotiens apud populum contionatus est, seruum post se musicae artis peritum habuit, qui occulte eburnea fistula pronuntiationis eius modos formabat aut nimis remissos excitando aut plus iusto concitatos reuocando, quia ipsum calor atque impetus actionis attentum huiusce temperamenti aestimatorem esse non patiebatur.

2. Q. autem Hortensius plurimum in corporis decoro motu repositum credens paene plus studii in eo[dem] *e*laborando quam in ipsa eloquentia adfectanda inpendit. itaque nescires utrum cupidius ad audiendum eum an ad spectandum concurreretur: sic uerbis oratoris aspectus et rursus aspectui uerba seruiebant. constat Aesopum Rosciumque ludicrae

1 *Hunc titulum om. Par.* | QVINTVM *A*[1] | 2 APTA *L*[1], APTV *A* | 4 conuenienti *A*[2] | 5 instruxerit (er *s. l.*) *L* | 6 inuidendo *A*[1] | 7 permulgendos *L*[1], permulcendos *L*[2] *et litt.* cen *in ras. A* | 8 propositi, *praesertim cum statim* (*l. 9*) *alio sensu sequatur, merito suspectum Gertzio** | 12 quotiens *A*[2] *Par. Halm* | contionaretur *Par.* | 13 post se *m. 2 corr. e* posse *LA*, prope se *Par.* post ipsum *Cic. de or. III 60, 225* | 14 eborea *margo A e Par.*, eburneola *codd. Cic. l. c.*; *at u. Gell. I 11. 16* | 15 remisos *L*[1] | 17 color *LA*[1] | 20 motu *corr. e* metu *L* | 21 eodem *LA*, eo *Par. idem mendum VIIII 13, ext. 3* | laborando *LA Par.*, *em. Pighius* | 22 inpedit *L*[1]*A*[1] | 24 oratoris *LA*, oratoriis *Halm cum dett.* 25 itaq: constat *margo A e Par.* | roscium .q̄. *L*, rosciumq:** (q: *in ras.*` *A*

artis peritissimos illo causas agente in corona frequenter adstitisse, ut foro petitos gestus in scaenam referrent.

3. Nam M. Cicero quantum in utraque re, de qua loquimur, momenti sit oratione, quam pro Gallio habuit, significauit M. Calidio accusatori exprobrando, quod praeparatum sibi a reo uenenum testibus, chirographis, quaestionibus probaturum adfirmans remisso uultu et languida uoce et soluto genere orationis usus esset, pariterque et oratoris uitium detexit et causae periclitantis argumentum adiecit totum hunc locum ita claudendo: 'tu istud, M. Calidi, nisi fingeres, sic ageres?'

Ext. 1. Consentaneum huic Demosthenis iudicium. qui[dam], cum interrogaretur quidnam esset in dicendo efficacissimum, respondit 'ἡ ὑπόκρισις'. iterum deinde et tertio interpellatus idem dixit, paene totum se illi debere confitendo. recte itaque Aeschines, cum propter iudicialem ignominiam relictis Athenis Rhodum petisset atque ibi rogatu ciuitatis suam prius in Ctesiphontem, deinde Demosthenis pro eodem orationem clarissima et suauissima uoce recitasset, admirantibus cunctis utriusque uoluminis eloquentiam, sed aliquanto magis Demosthenis, 'quid, si' inquit 'ipsum audissetis?' tantus orator et modo tam infestus aduersarius sic

1 causam *Par.* ‖ 2 astitisse $L^2 A^2$ ‖ petitos — 4 quantum *om.* A^1, *suppleta sunt m. 2 in marg. A* ‖ gestus (*extr.* s *in ras.*) *L* ‖ *an* in scaena? ‖ 4 iam *corr. ex* nam *margo A* ‖ 5 oratione *in ras. m. 1? A* ‖ 6 gallo *LA*, u. gallio *margo A e Par.* ‖ accussatori *L* ‖ 7 reo] re* *L* ‖ 8 chirographis (*sed* chi *punctat. et in marg. add.* cy) *A* ‖ 11 periclitanti *coni. Perizonius, nescio an recte* ‖ argumentum *LΓ*, argumentis A^1, argumenta A^2. *cf. Cic. Brut. 80, 277* ‖ 12 tune A^2 ‖ istuc *Cic. l. c.* ‖ 13 fingere sic agere LA^1 ‖ 15 quidam *LA*, qui *dett. pleriq.*, qui quidem *Foertsch II 37 probante Halmio* ‖ 16 ΙΤΥΠΟΚΡΙϹ *L*, ΗΥΠΟϹΡΙϹ A^1, *add.* ΗΥΠΟΚΡΙϹΙΜ respondit *margo A e Par.* ‖ 19 aescines LA^1 ‖ 21 thespontem *L*, thesi*pontem (s *uid. eras.*) A^1, thesiphontem A^2 *Par.* ‖ demosthenes LA^1 ‖ 24 soluminis *L et prior* i *extr. uers. m. 2 A*

inimici uim ardoremque dicendi suspexit, ut se scriptorum eius parum idoneum lectorem esse praedicaret, expertus acerrimum uigorem oculorum, terribile uultus pondus, adconmodatum singulis uerbis sonum uocis, efficacissimos corporis motus. ergo etsi operi illius adici nihil potest, tamen in Demosthene magna pars Demosthenis abest, quod legitur potius quam auditur.

XI. QVAM MAGNI EFFECTVS ARTIVM SINT.

Effectus etiam artium † recognosci posse aliquid adferre uoluptatis, protinusque et quam utiliter excogitatae sint patebit, et memoratu dignae res lucido in loco reponentur et labor in iis edendis suo fructu non carebit.

1. Sulpicii Galli maximum in omni genere litterarum percipiendo studium plurimum rei publicae profuit: nam cum L. Pauli bellum aduersum regem Persen gerentis legatus esset, ac serena nocte subito luna defecisset, eoque uelut diro quodam monstro per*ter*ritus exercitus noster manus cum hoste conserendi fiduciam amisisset, de caeli ratione et siderum natura peritissime disputando alacrem eum in aciem misit. itaque inclytae illi Paulianae uictoriae liberales artes Galli aditum dederunt, quia, nisi

2 praediceret *L A* ‖ 3 terribilem *L* A^{2} ‖ 4 uultũ A^{2} ‖ 6 in demosthenen *L et extr.* n *eras. A* ‖ 9 DE EFFECTV ARTIVM *Par.* ‖ 10 *litt.* effectus etiam arti *in ras. mai. m. 1. L* ‖ recognosci posse *L A Γ*, recogniti possunt A^{2} *et edd. uett. cf. VI 9, in.; VII 5, in.*, recognosci potest *Perizonius*, recognoscendi possunt *soloece Halm*, recognoscenti possunt *Kellerbauer*, recognosci per se al. adferet *Wensky 1884 p. 791*, recognosse (*del.* posse) al. adferet *coll. VI 3 ext. 1 nos in Fleckeis. ann. 1886 p. 61*, recognosc⟨ere sc⟩io posse al. adferre *ingeniose Gertz** ‖ 11 affert *Γ* ‖ excogitata A^{1}, excogitati A^{2} ‖ 12 patebit *Γ*, patebunt *L A* ‖ 15 maxi*mum (i *ex* u *corr.*) *L* ‖ 16 recipiendo *L* A^{1} *Halm*, recipiendi A^{2}, *em. Gertz** ‖ 18 sera *Par.* ‖ 20 peritus (*corr.* p̃teritus) *L*, perritus A^{1} ‖ ho**ste *L* ‖ 21 fiduciã misisset L^{1} A^{1} ‖ 23 dimisit *Par.*, *quod uerum uid.* ‖ inclyta A^{1} ‖ 24 gallia (*prior* l *punctat. et* i *s. l.*) aditum *L*, *litt.* i aditũ *in ras. m. 2 A*

ille metum nostrorum militum uicisset, imperator uincere hostes non potuisset.

2. Spurinnae quoque in coniectandis deorum monitis efficacior scientia apparuit quam urbs Romana uoluit. praedixerat C. Caesari ut proximos xxx dies quasi fatales caueret, quorum ultimus erat idus Martiae. eo cum forte mane uterque in domum Caluini Domiti ad officium conuenisset, Caesar Spurinnae 'ecquid scis idus iam Martias uenisse?' at is 'ecquid scis illas nondum praeterisse?' abiecerat alter timorem tamquam exacto tempore suspecto, alter ne extremam quidem eius partem periculo uacuam esse arbitratus est. utinam haruspicem potius augurium quam patriae parentem securitas fefellisset.

Ext. 1. Sed ut alienigena scrutemur, cum obscurato repente sole inusitatis perfusae tenebris Athenae sollicitudine angerentur, interitum sibi caelesti denuntiatione portendi credentes, Pericles processit in medium et quae a praeceptore suo Anaxagora pertinentia ad solis et lunae cursum acceperat disseruit nec ulterius trepidare ciues suos uano metu passus est.

2. Quantum porro dignitatis a rege Alexandro tributum arti existimamus, qui se et pingi ab uno Apelle et fingi a Lysippo tantum modo uoluit?

3. Tenet uisentis Athenis Volcanus Alcamenis manibus fabricatus: praeter cetera enim perfectissi-

3 spurina L^1 ‖ coniectandis *nos e coni. Halmii*, consectantis L^1A, consectandis L^2 *dett.* ‖ 4 urbs* (*sed* s *in ras.*) A^2, urbis? A^1 ‖ 7 eo die cum *Par.* ‖ mane** (re *eras. uid.*) *A*, manare *L* ‖ 8 domiti (domitii *Par.*) caluini A^2 *Par.* ‖ conuenissent *LA*, *ut nos Par.* ‖ 9 et quid *LA*, **|ec|quid (ec *extra uers.*) *Par.* ‖ scis] *add.* inquit *Par. Halm*, *quod non est in LAC. cf. VIIII 1, 4* ‖ at *Par., quod recepi suadente Gertzio p. 293,* et *LA Halm* ‖ 10 his L^1 ‖ ecquid *LA*, *add.* u. et quid utroq. l. *margo A*, et quid *Par.* ‖ 12 ne *in ras. A*, nae (a *eras.*) *L* ‖ 15 alienigenas L^1A ‖ 17 solitudine LA^1 ‖ angerentur *Par. Lipsius*, agerentur *LA* ‖ 19 in medio *L* ‖ 24 pingui A^1 *et, ut uid.*, L^1 ‖ 25 appelle LA^1 ‖ lyppo A^1 ‖ athenas *DE* ‖ 26 alchimenis *LA*

mae artis in eo procurrentia indicia etiam illud mirantur, quod stat dissimulatae claudicationis sub ueste leuiter uestigium repraesentans, ut non exprobratum tamquam uitium, ita tamquam certam propriamque dei notam decore significatam.

4. Cuius coniugem Praxiteles in marmore quasi spirantem in templo Cnidiorum collocauit, propter pulchritudinem operis a libidinoso cuiusdam conplexu parum tutam. quo excusabilior est error equi, qui uisa pictura equae hinnitum edere coactus est, et canum latratus aspectu picti canis incitatus taurusque ad amorem et concubitum aeneae uaccae Syrasusis nimiae similitudinis inritamento conpulsus: quid enim uacua rationis ani*mali*a arte decepta miremur, cum hominis sacrilegam cupiditatem muti lapidis liniamentis excitatam uidea*mus*?

QVAEDAM NVLLA ARTE EFFICI POSSE.

5. Ceterum natura, quem ad modum saepe numero aemulam uirium suarum artem esse patitur, ita aliquando inritam fesso labore dimittit. quod

1 occurrentia *uel* procurrentia *Gertz p. 293*, praecurrentia *LA Halm* ‖ miratur *LA*, *em. in dett.* ‖ 2 stat — repraesentans *LA*[1], stans — repraesentat* *A*[2] *Klotz in Jahn. ann. 1861 p. 713* ‖ dissimilatae *A*[1] ‖ 3 exprobratum tamquam *L et dett. mei omn. praeter D*, "exprobrans 'tanquã *in ras. m. 2 A*, tamquam exprobrans *D*, exprobrans tamquam *Halm* ‖ 4 ita tam̃ quã (*sed lineola supr.* m *eras.*) *A*, ita tamen quã *L*, ita [tamquam] *Vahlen in mus. Rhen. XI p. 593*, ita tamen *Halm contra usum Val. cf. Foertsch III 26* ‖ 5 significatam *nos in Fleckeis. ann. 1886 p. 61*, significans *LA Halm* ‖ 6 Cuius coniugem] *add. Paridis huius exempli compendium totum sic:* BR. Gratiam praxiteles — adamauit *margo A* ‖ praxitelis *A*[1], praxiteus *L'* ‖ 7 gnidiorum *L*[2] ‖ 8 pulcritudinem *L* ‖ 9 excu*sabiliorẽ (*om.* est) *L*[1] ‖ est *CF*, *om. DΓ*, esset *in ras. A* ‖ error — picti canis *in ras. A* ‖ error] *fort.* feruor *non recte Halm*, *u. supra u. 14* decepta *et Busch p. 15*, aerrore* qui (*prim. litt.* a *eras.*) *L* ‖ 10 innitum *L*[1] ‖ 12 aenaeae uacae *L*[1] ‖ 14 animalia *A*[2], ania *L*[1]*A*[1] ‖ 15 multis *L et litt.* l *et* s *eras. A* ‖ 16 uideas *LA*[1] ‖ 17 QVAE NVLLA ARTE EFFICI POSSVNT *Par.* ‖ 20 *an* fessam?

summi artificis Euphranoris manus senserunt: nam cum Athenis XII deos pingeret, Neptuni imaginem quam poterat excellentissimis maiestatis coloribus conplexus est, perinde ac Iouis aliquanto augustiorem repraesentaturus. sed omni impetu cogitationis in superiore opere absumpto posteriores eius conatus adsurgere quo tendebant nequiuerunt.

6. Quid ille alter aeque nobilis pictor luctuosum immolatae Iphigeniae sacrificium referens, cum Calchantem tristem, maestum Vlixen, [clamantem Aiacem] lamentantem Menelaum circa aram statuisset, caput Agamemnonis inuoluendo nonne summi maeroris acerbitatem arte non posse exprimi confessus est? itaque pictura eius aruspicis et amici et fratris lacrimis madet, patris fletum spectantis adfectu aestumandum reliquit.

7. Atque ut eiusdem studii adiciam exemplum, praecipuae artis pictor equum ab exercitatione uenientem modo non uiuum labore industriae suae conprehenderat. cuius naribus spumas adicere cupiens tantus artifex in tam paruula materia multum ac diu frustra terebatur. indignatione deinde accensus spongeam omnibus inbutam coloribus forte iuxta se positam adprehendit et ueluti corrupturus opus suum tabulae inlisit. quam fortuna ad ipsas

2 Neptuni] *h. quoq. l. Paridis compendium add. margo A* ‖ 3 coloris $L^2 A^1$ ‖ 6 opere *in ras. A*, opor*ere (t *eras.*) *A* ‖ 8 alterę quae A^1, alternae qua ei, *ut uid.*, L^1, alter**equae ei L^2 ‖ 9 immolatę* (ę *in ras.*) *L*, immolatũ A^1, immolandae *Gertz**, *ut nos* A^2 *Par.* ‖ calchantẽ *LD*, calchantam *AC*, Calchanta *Halm* ‖ 10 ulixem *Par.* ‖ clamantem Aiacem *nos inclusimus probante Halmio. cf. Cic. or. 22, 74 et Quintil. II 13, 13* ‖ 13 aceruitatẽ $L^1 A$ ‖ 14 haruspicis A^2 *Halm. cf. p. 26, 10* ‖ 15 spęctanti *Wensky 1884 p. 791* ‖ affectui *DE*, *u. ad VI 5, 4* ‖ 16 aestimandum $L^2 A^2$ ‖ reliquid L^1 ‖ 18 pictorẽ cum L^1 *et sic* A^1, *add.* BR. cũ equũ ab exercitatione uenientẽ uidisset p. a. *margo A e Par.* ‖ ab *m. 2 corr. ex* ad *A* ‖ 19 ″modo ′non A^2 ‖ laborẽ $L^1 A^1$ ‖ 23 sphongeam A^2 *Par. cf. p. 71, 5* ‖ 24 adprendit *Par.* ‖ et ueluti A^2 *Par.*, eueluti $L^1 A^1$, eã ueluti L^2, eamque ueluti *dett.*

equi nares directam desiderium pictoris coegit explere. itaque quod ars adumbrare non ualuit casus imitatus est.

XII. SVAE QVEMQVE ARTIS OPTIMVM ET AVCTOREM ESSE ET DISPVTATOREM.

Suae autem artis unum quemque et auctorem et disputatorem optimum esse, ne dubitemus, paucis exemplis admoneamur.

1. Q. Scaeuola legum clarissimus et certissimus uates, quotienscumque de iure praediatorio consulebatur, ad Furium et Cascellium, quia huic scientiae dediti erant, consultores reiciebat. quo quidem facto moderationem magis suam commendabat quam auctoritatem minuebat, ab iis id negotium aptius explicari posse confitendo, qui cotidiano usu eius callebant. sapientissimi igitur artis suae professores sunt a quibus et propria studia uerecunde et aliena callide aestimantur.

Ext. 1. Platonis quoque eruditissimum pectus haec cogitatio attigit, qui conductores sacrae arae *de* modo et forma eius secum sermonem conferre

1 explere *Par. et litt.* plere *in ras. mai. A*, exemplare *L et dett. multi* ‖ 4 *titulum om. Par.* ‖ 5 ACTORĒ *et* 6 actorem (*litt.* a *in ras. mai.*) *A* ‖ 8 admoneamur *coni. Perizonius habetq. ita* A^2, admoneamus *L et, ut uid.*, A^1, *dett. mei omn.* ‖ 9 br. legū c. lator *margo A e Par.* ‖ 10 quotiescumq. LA^1, *ut nos Par.* ‖ prędiatorio A^2 *Par.*^{2}, prędicatorio LA^1, praetorio *Par.*^{1} ‖ 11 quia *L dett. Par. et* (a *in ras.*) *A*, qui *recte, ut uid., Perizonius* ‖ 13 modorationem L^1 ‖ auctoritate L^2 ‖ 14 minuebat *dett.*, muniebatur LA^1, minuebatur L^2, muniebat A^2 ‖ iis *Halm*, eis *Par.*, his *LA* ‖ abtius A^1 ‖ 17 uereconde L^1, uerecundę *A* ‖ alienam L^1A^1 ‖ 19 Platonis quoq. *L et dett. mei omn.*, Platonisq. *A* ‖ 20 sacrae arae *L et dett. mei omn.; at omnes arae sacrae*, uię sacrę *Par. et in ras. A*, *add.* sic u. nouus autem sacrę arę *margo A, an* sacrae, *ortum e praeced.* s *et insequente* arae, *delend.? cf. Plut. de genio Socr. 7 p. 579, qui pro Euclide Eudoxum Cnidium uel Heliconem Cyzicenum habet* ‖ 21 de *in ras. s. lin. e Par. A*, *om. L*

conatos ad Eucliden geometren ire iussit scientiae eius cedens, immo professioni.

2. Gloriantur Athenae armamentario suo, nec sine causa: est enim illud opus et inpensa et elegantia uisendum. cuius architectum Philonem ita facunde rationem institutionis suae in theatro reddidisse constat, ut disertissimus populus non minorem laudem eloquentiae eius quam arti tribueret.

3. Mirifice et ille artifex, qui in opere suo moneri se a sutore [suo] de crepida et ansulis passus, de crure etiam disputare incipientem supra plantam ascendere uetuit.

XIII. DE SENECTVTE.

Senectus quoque ad ultimum sui finem prouecta in hoc eodem opere inter exempla industriae in aliquot claris uiris conspecta est. separatum tamen et proprium titulum habeat, ne, cui deorum inmortalium praecipua indulgentia adfuit, nostra honorata mentio defuisse existimetur, et simul spei diuturnioris uitae quasi adminicula quaedam dentur, quibus insistens alacriorem se respectu uetustae felicitatis facere possit, tranquillitatemque saeculi nostri, qua nulla umquam beatior fuit, subinde fiducia confirmet, salutaris principis incolumitatem ad longissimos humanae condicionis terminos prorogando.

1 conatus A^1 ‖ eu*cliden *LA*, euclidem *Par.* ‖ geometram *Par.* ‖ 5 arcitectum L^1 ‖ 6 ratione A^1 ‖ 7 dissertissimus L^1 ‖ 8 eloquentia A^1 ‖ 9 quinnopere A^1 ‖ muneris eas ut ore L^1A ‖ 10 suo *LAC*, *om. dett. multi*, *Par. Halm. cf. Plin. n. h. XXXV 10, 36, 85* ‖ *add.* BR. quidã sutore de *et seqq.* — uetuit *e Par. margo A* ‖ 11 de cruce L^1A, de sura *Par.* ‖ 14 prouectam *L*, prouectũ A^1 ‖ 15 aliquod L^1A^1 ‖ 17 nec ui dęorum A^1 *et litt.* ui *in ras. L* ‖ 18 onata LA^1, *fort.* honorata? *coll. III 8, 6 Halm, quod recepi. cf. etiam V 1 ext. 3; VIII 14, 2 et 15, 9* ‖ 19 simul] *add.* ut *Gertz**, *recte, ni fallor* ‖ spei *Γ et Lipsius*, spe *LA* ‖ diurnioris****uitę (uitę *in mrg. add.*) L^1 ‖ 20 admunicula L^1 ‖ 23 quo LA^1 ‖ fiduciã *LA* ‖ 24 incolomitatem L^1, *ut nos h. l. A* ‖ 25 proragando L^1

1. M. Valerius Coruinus centesimum annum conpleuit. cuius inter primum et sextum consulatum XL et VI anni intercesserunt, suffecitque integris uiribus corporis non solum speciosissimis publicis ministeriis, sed etiam exactissimae agrorum suorum culturae, et ciuis et patris familiae optabile exemplum.

2. Cuius uitae spatium aequauit Metellus quartoque anno post consularia imperia senex admodum pontifex maximus creatus tutelam caerimoniarum per duo et XX annos neque ore in uotis nuncupandis haesitante neque in sacrificiis faciendis tremula manu gessit.

3. Q. autem Fabius Maximus duo*bus* et LX annis auguratus sacerdotium sustinuit, robusta iam aetate id adeptus. quae utraque tempora si in unum conferantur, facile saeculi modum expleuerint.

4. Iam de M. Perpenna quid loquar? qui omnibus, quos in senatum con*sul* uocauerat, superstes fuit septemque tantummodo, quos censor, collega L. Philippi, legerat, e patribus conscriptis reliquos uidit, toto ordine amplissimo diuturnior.

5. Appi uero aeuum clade metirer, quia infinitum numerum annorum orbatus luminibus exegit, nisi quattuor filios, V filias, plurimas clientelas, rem denique publicam hoc casu grauatus fortissime rexisset. quin etiam fessus iam uiuendo lectica se in curiam deferri iussit, ut cum Pyrro deformem pacem fieri prohiberet. hunc caecum aliquis no-

1 coruinius *LA*, *ut nos Par.* ‖ cente*simũ *L* ‖ 3 XLVI *Par.*, XL et VII *D Pighius; at u. Cic. Cat. mai. 17, 60* ‖ sufficitq. *A*[1] ‖ 4 publicis *LΓ*, rei publicae *D et in ras. A*, solus (solis *F*) publicis *CE* ‖ 8 quarto qui *Perizonius* ‖ 9 consulare alterum imperium *Wensky p. 15* ‖ 12 haesitan**tae (*extr.* a *punctat.*) *L* ‖ 13 manu] *add.* se *A*[2] ‖ 14 duo et LX *LA* ‖ 18 perperna *Par.* ‖ 19 consul uocauerat *J. Fr. Gronouius et A*[2] *e Par.*, conuocauerat *LA* ‖ 21 reliquit uiuos *Wensky 1884 p. 791* ‖ 23 appio *LA*[1], appii *A*[2] ‖ 25 V filias *A*[2], V filios *LA*[1] ‖ clienteles (cl *corr. ex* d) *L* ‖ 28 pyro *L*[1], phyrro *A*[2]

minet, a quo patria quod honestum erat per se parum cernens coacta est peruidere?

6. Muliebris etiam uitae spatium non minus longum in conpluribus apparauit, quarum aliquas strictim retulisse me satis erit: nam et Liuia Rutili septimum et nonagesimum et Terentia Ciceronis tertium et centesimum et Clodia Aufili quindecim filiis ante amissis quintum decimum et centesimum expleuit annum.

Ext. 1. Iungam his duos reges, quorum diuturnitas populo Romano fuit utilissima. Siciliae rector Hiero ad nonagesimum annum peruenit. Masinissa Numidiae rex hunc modum excessit, regni spatium LX annis emensus, uel ante omnes homines robore senectae admirabilis. constat eum, quem ad modum Cicero refert libro, quem de senectute scripsit, nullo umquam imbri, nullo frigore ut caput suum ueste tegeret adduci potuisse. eundem ferunt aliquot horis in eodem uestigio perstare solitum, non ante moto pede quam consimili labore iuuenes fatigasset, ac si quid agi ab sedente oporteret, toto die saepe numero nullam in partem conuerso corpore in solio durasse. ille uero etiam exercitus equo insidens noctem diei plerumque iungendo duxit nihilque omnino ex his operibus, quae adulescens sustinere adsueuerat, quo mollius senectutem ageret, omisit. ueneris etiam usu ita semper uiguit, ut post sextum et octogesimum annum filium generaret, cui Methymno nomen fuit. terram quoque, quam uastam

5 rettulisse *Halm* ‖ erat L^1 ‖ siluia *Par.; at u. Plin. n. h. VII 48, 158* ‖ 6 nonage*simum (s, *non* n *eras. uid.*) *L* ‖ terentia (*litt.* entia *in ras.*) *A* ‖ 7 Aufili *Pighius*, Ofili *Plin. l. c.*, auli f. (*sic*) *L*, aulifi A^1, auli filia A^2 *Par.* ‖ 8 et *om. Par.* ‖ 10 duob; A^1 ‖ 12 nonagensimum *Par.* ‖ 17 imbre *Par.; at u. Neue, Formenl. I p. 239* ‖ 20 ac] at *margo A* ‖ 21 ab sedente *Halm*, ad sedentē L^1A^1, a sedente L^2, assidentē A^2 ‖ 25 iis *Halm* ‖ 26 quo millius senectutē LA^1, cum illius senectutē A^2, quo minus senectute *dett. Halm*, *em. C. F. W. Müller in Zeitschr. f. Gymnas. Wes. 1866 p. 64. cf. VIIII 1 ext. 7* ‖ 27 sextum] *add.* u. post sex: et XC *margo A e Par.* ‖ 28 generarit A^2

et desertam acceperat, perpetuo culturae studio frugiferam reliquit.

2. Gorgias etiam Leontinus, Isocratis et conplurium magni ingenii uirorum praeceptor, sua sententia felicissimus: nam cum centesimum et septimum ageret annum, interrogatus quapropter tam diu uellet in uita remanere, 'quia nihil' inquit 'habeo, quod senectutem meam accusem'. quid isto tractu aetatis aut longius aut beatius? iam alterum saeculum ingressus neque in hoc querellam ullam inuenit neque in illo reliquit.

3. Biennio minor Xenophilus Chalcidensis Pythagoricus, sed felicitate non inferior, si quidem, ut ait Aristoxenus musicus, omnis humani incommodi expers in summo perfectissimae doctrinae splendore extinctus est.

4. Arganthonius autem Gaditanus tam diu regnauit, quam diu etiam ad satietatem uixisse abunde foret: LXXX enim annis patriam suam rexit, cum ad imperium XL annos natus accessisset. cuius rei certi sunt auctores. Asinius etiam Pollio, non minima pars Romani stili, in tertio historiarum suarum libro centum illum et XXX annos explesse commemorat, et ipse neruosae uiuacitatis haud paruum exemplum.

5. Huius regis consummationem annorum minus admirabilem faciunt Aethiopes, quos Herodotus scribit centesimum et uicesimum annum transgredi, et Indi, de quibus Ctesias idem tradit, et Epimeni-

2 reliquid A^1 ‖ 3 hisocratis *LA* ‖ 4 sua ⟨senex⟩ sent. *Gertz** ‖ 7 inquid A^1 ‖ 8 acusēm A^1 ‖ 12 xenophilus A^1, xeno philosophus A^2 *e Par., at u. Plin. n. h. VII 50, 168* ‖ chalchidensis LA^1, chalchidienis A^2, calchidienis *Par.* ‖ pytagoricus *L* ‖ 17 arganthonicus LA^1 ‖ 18 uixisse ad satietatem *haud male transponend. cens. Gertz** ‖ 19 LXXX *LA et Plin. VII 48, 156, add.* u. XC *margo A e Par.* ‖ 24 uiuacitas *A* ‖ parum LA^1 ‖ 28 et XX *L*, et XXmum A^1, *ut Herod. III 23*, XXXmum A^2 *e Par.* ‖ 29 hindi L^1A^1 ‖ Ctesias idem *edd. uett.*, et eseias quidem *LA* ‖ epimenidis LA^1

des Cnosius, quem Theopompus dicit septem et L et centum annos uixisse.

6. Hellanicus uero ait quosdam ex gente Epiorum, quae pars Aetoliae *est*, ducenos explere annos, eique suscribit Damastes, hoc amplius adfirmans, Litorium quendam ex his maximarum uirium staturaeque praecipuae trecentesimum annum cumulasse.

7. Alexander uero in eo uolumine, quod de Illyrico tractu conposuit, adfirmat Dandonem quendam ad quingentesimum usque annum nulla ex parte senescentem processisse. sed multo liberalius Xenophon, cuius περίπλους legitur: insulae enim Latmiorum regem octingentis uitae annis donauit. ac ne pater eius parum benigne acceptus uideretur, ei quoque sescentos adsignauit annos.

XIIII. DE CVPIDITATE GLORIAE.

Gloria uero aut unde oriatur aut cuius sit habitus aut qua ratione debeat conparari et an melius a uirtute uelut non necessaria neglegatur uiderint hi, quorum in contemplandis eius modi rebus cura teritur quibusque quae prudenter animaduerterunt facunde contigit eloqui. ego in hoc opere factis auctores et auctoribus facta sua reddere contentus, quanta cupiditas eius esse soleat propriis exemplis demonstrare conabor.

1. Superior Africanus Enni poetae effigiem in monumentis Corneliae gentis conlocari uoluit, quod

1 gnosius A^2, onosius *L* ‖ 2 annis *Par.* ‖ 3 tellanicus *L*, thellanicus *A* ‖ epiporum *LA*, *em. Aldus e Plin. l. c. § 155, add.* u. heliorum *margo A e Par.* ‖ 4 est *om.* LA^1 ‖ ducentos *dett.*, CCC *Par.* ‖ 5 damasthes *LA* ‖ 6 lictorium *uel* pictoreum *codd. Plin. l. c.* ‖ iis *E Halm* ‖ 8 illyricu L^1A^1 ‖ 9 dant donã *LA*, *add.* u. dandonē *margo A*, *ut Par. et Plin. l. c. § 155* ‖ 11 liberarius L^1A ‖ 12 ΠΕΡΙΠΛΟC *LA*, periplus *margo A e Par.* ‖ lamiorum *Par. cf. Plin. l. c., ubi non minus de scriptura ambigitur* ‖ 19 uelud A^1 ‖ ii *E Halm* ‖ 21 anim aduerterentur LA^1 ‖ 23 auctores (*sed* es *s. l. add.*) *L*, auctorũ A^1 ‖ 26 ennii L^2A^2 *Par.* ‖ 27 BR. collocauit *margo A*

ingenio eius opera sua inlustrata iudicaret, non quidem ignarus, quam diu Romanum imperium floreret et Africa Italiae pedibus esset subiecta totiusque terrarum orbis summum columen arx Capitolina possideret, eorum extingui memoriam non posse, si tamen litterarum quoque illis lumen accessisset, magni aestimans, uir Homerico quam rudi atque inpolito praeconio dignior.

2. Similiter honoratus animus erga poetam Accium D. Bruti suis temporibus clari ducis extitit, cuius familiari cultu et prompta laudatione delectatus uersibus templorum aditus, quae ex manubiis consecrauerat, adornauit.

3. Ne Pompeius quidem Magnus ab hoc affectu gloriae auersus, qui Theophanen Mitylenaeum scriptorem rerum suarum in contione militum ciuitate donauit, beneficium per se amplum accurata etiam et testata oratione prosecutus. quo effectum est ut ne quis dubitaret quin referret potius gratiam quam inchoaret.

4. L. autem Sulla, etsi ad neminem scriptorem animum direxit, tamen Iugurthae a Boccho rege ad Marium perducti totam sibi laudem *tam* cupide adseruit, ut anulo, quo signatorio utebatur, insculptam illam traditionem haberet. † et quantus postea ne minimum quidem gloriae uestigium contempsit.

5. Atque ut imperatoribus militis gloriosum spiritum subnectam, Scipionem dona militaria his, qui

4 arax LA^1 || 5 sed tamen—accessisse A^2 || 12 uersibus] *add.* eius *DEF Halm*, eius *ante* uersibus A^2 || manib; LA^1, manibiis A^2 || 14 pompeium L^1A^1 || adfectu *Halm* || 15 theopanen LA^1 || mityleneum LA^1, mytileneum A^2 *Par.* || 16 ciuitatem L^1A^1 || 18 et testata] recitata *coni. Perizonius*, et exacta *Gertz**, *haud scio an recte* || 19 dubitare A^1 || 22 ab|oc|**cho (*sed* a *induct. et* oc *extra uers. m. 2*) *A*, *ut nos L* || 23 perducto *LA* || tam *om.* LA^1 || 24 anullo L^1 || 25 et] *fort.* en *Halm* || quantus] *an* quantuscumque? *cf. h. cap.* § *6 et ext. 3* || postea! ita ne *Gertz p. 294*, *sed mauult nunc* qui tantus postea *idem**, quantus postea! sed ne *Wensky 1882 p. 372* || 28 iis *Halm*

strenuam operam ediderant, diuidentem T. Labienus ut forti equiti aureas armillas tribueret admonuit, eoque se negante id factu*rum*, ne castrensis honos in eo, qui paulo ante seruisset, uiolaretur, ipse ex praeda Gallica aurum equiti largitus est. nec tacite id Scipio tulit: namque equiti 'habebis' inquit 'donum uiri diuitis'. quod ubi ille accepit, proiecto ante pedes Labieni auro uultum demisit. idem, ut audiit Scipionem dicentem 'imperator te argenteis armillis donat', alacer gaudio abiit. nulla est ergo tanta humilitas, quae dulcedine gloriae non tangatur.

6. Illa uero etiam a claris uiris interdum ex humillimis rebus petita est: nam quid sibi uoluit C. Fabius nobilissimus ciuis, qui, cum in aede Salutis, quam C. Iunius Bubulcus dedicauerat, parietes pinxisset, nomen his suum inscripsit? id enim demum ornamenti familiae consulatibus et sacerdotiis et triumphis celeberrimae deerat. ceterum sordido studio deditum ingenium qualemcumque illum laborem suum silentio obliterari noluit, uidelicet Phidiae secutus exemplum, qui clypeo Mineruae effigiem suam inclusit, qua conuulsa tota operis conligatio solueretur.

Ext. 1. Sed melius aliquanto, si aliena imitatione capiebatur, Themistoclis ardorem esset aemulatus, quem ferunt stimulis uirtutis agitatum et ob id noctes inquietas exigentem quaerentibus quid ita eo tempore in publico uersaretur respondisse: 'quia me tropaea Miltiadis de somno excitant'. Marathon

3 factũ *L et, ut uid.*, A^1 ‖ 6 domum L^1 ‖ 8 labieni *dett. mei omn.*, labieno $L^1 A$ ‖ aurũ $L^1 A^1$ ‖ dimisit $L A^1$ *Par.* ‖ 10 donat] *add.* accepto dono *bene Gertz** ‖ *abiit *L*, excepit *Par.* ‖ 12 etiam alacris $L A^1$ ‖ 13 qui *L* ‖ 16 iis *E Halm* ‖ inscripsit *Par. et* (*litt.* psit *in ras.*) *A*, inscribit *LC*, *add.* BR. unde fabii pictores nominati *margo A e Par.* ‖ 17 consularib; et sacerdotib; *LA*, *em. in dett. paucis* ‖ 18 celeberrimũ *LA*, *sed em. in marg. A* ‖ dederat *LA*, *em. in edd. uett.* ‖ 19 ullum *L* ‖ 20 oblitterari A^2 ‖ 21 clypeo *LA*, clipeo *Halm* ‖ 25 capiebamur A^2 ‖ 26 uirtutis *Par.*, uirtutum *LA Halm* ‖ 29 tropea *LA* ‖ miliciadis $L A^1$, milciadis A^2 ‖ exagitant *Par.*

nimirum animum eius ad Artemisium et Salamina, naualis gloriae fertilia nomina, inlustranda tacitis facibus incitabat. idem theatrum petens cum interrogaretur cuius uox auditu illi futura esset gratissima, dixit 'eius, a quo artes meae optime canentur'. dulcedinem gloriae, paene adieci gloriosam!

2. Nam Alexandri pectus insatiabile laudis, qui Anaxarcho comiti suo ex auctoritate Democriti praeceptoris innumerabiles mundos esse referenti 'heu me' inquit 'miserum, quod ne uno quidem adhuc sum potitus!' angusta homini possessio [gloriae] fuit, quae deorum omnium domicilio sufficit.

3. Regis et iuuenis flagrantissimae cupiditati similem Aristotelis in capessenda laude sitim subnectam: is namque Theodecti discipulo oratoriae artis libros quos *pro suis* ederet donauerat, molesteque postea ferens titulum eorum sic alii cessisse, proprio uolumine quibusdam rebus insistens, planius sibi de his in Theodectis libris dictum esse adiecit. nisi me tantae et tam late patentis scientiae uerecundia teneret, dicerem dignum philosophum, cuius stabiliendi mores altioris animi philosopho traderentur.

Ceterum gloria ne ab his quidem, qui contemptum eius introducere conantur, neglegitur, quoniam qui-

1 eius ad *Perizonius*, eius et *LA* || 2 inlustrando *A*[2] || 3 faucib; *LA*[1] || incitabant *LA*, *em. Perizonius* || 4 auditu *LA*, *add.* u. audita *margo A e Par.* || 5 artis *L*[1], artes *L*[2]*A*, uirtutes *Par.*, *quod praefert Halm coll. Cic. pr. Arch. 9, 20,* res *Novak* || 6 poene *A*[1] || adiecit *L*[1] *et* it *extr. uers. sed m. 1 A, em. Lipsius* || gloriosam (*litt.* os *punctat.*) *A* || 7 nam *LCΓ*, *** *A* || 8 anaxachro *LA*[1] || 9 heu (*sed* h *in ras.*) *A* || 10 nec *LA* || 11 potius *A*[1] || hominis gloriae (= *gloriae cupiditati*) posessio *Gertz** gloriae *del. Perizonius, an transponend.* gloriae *ante* cupiditati *u. 13?* || 14 aristoteles *L*[1]*A* || 15 *is (h *uid. eras.*) *A* || nam quae *A*[1] || theodenti *A*[1], theodectae *margo A e Par.*[1] *quod uerum uid. Halmio* || 16 pro suis *Halm e Par.*, *om. LA, u. tamen Busch p. 5* || ediderat *L*[2] || 17 titulo *A*[2] || suc *LA*[1], *om. Par.* || 19 theodecti *Par.* || 20 latae'pat*entis (i *eras.*) *LA* || 22 altiores *LA*[1] || traderetur *L*[1]*A*[1] || 24 iis *E Halm*

dem ipsis uoluminibus nomina sua diligenter adiciunt, ut quod professione eleuant usurpatione memoriae adsequantur. sed qualiscumque horum dissimulatio proposito illorum longe tolerabilior, qui, dum aeternam memoriam adsequerentur, etiam sceleribus innotescere non dubitarunt.

4. Quorum e numero nescio an in primis Pausanias debeat referri: nam cum Hermoclen percontatus esset quonam modo subito clarus posset euadere, atque is respondisset, si aliquem inlustrem uirum occidisset, futurum ut gloria eius ad ipsum redundaret, continuo Philippum interemit, et quidem quod petierat adsecutus est: tam en*im* se parricidio quam Philippus uirtute notum posteris reddidit.

5. Illa uero gloriae cupiditas sacrilega: inuentus est enim qui Dianae Ephesiae templum incendere uellet, ut opere pulcherrimo consumpto nomen eius per totum terrarum orbem dissiceretur, quem quidem mentis furorem eculeo inpositus detexit. ac bene consuluerant Ephesii decreto memoriam taeterrimi hominis abolendo, nisi Theopompi magnae facundiae ingenium historiis eum suis conprehendisset.

XV. QVAE CVIQVE MAGNIFICA CONTIGERVNT.

Candidis autem animis uoluptatem praebuerint in conspicuo posita quae cuique magnifica merito contigerint, quia aeque praemiorum uirtutis atque operum contemplatio iucunda est, ipsa natura nobis

2 leuant A^2 ‖ 4 to*lerabilior L ‖ 8 perconctatus (c *ante* t *s. l.*) L ‖ 9 quoniam L^1 ‖ 10 his L^1 ‖ 11 gloriã L^1A^1 ‖ 13 tam enim A^2, tam̃ (*i. e.* tamen) A^1, tamen (*sed* en *punctat.*) L, tam CE ‖ 14 uirtutem L *et sic* A^1, uirtute fuerat A^2 ‖ 16 quid L^1A^1 ‖ 18 diffunderetur *dett.* ‖ 21 in abolendo LA, *an* in <aeternum> abol,? *nos et Gertz** ‖ 23 CONTIGERINT *Halm e Par.; at cf. titul. III c. 5 et 6; IIII 2; VIII 3 et 6* ‖ 26 contigerunt A^2 ‖ uirtutis L^2 *Ascensius*, uirtutes L^1A^1, uirtus A^2 ‖ 27 operum *Foertsch III 26 et Madwig II 333*, onerum L^1, honerum A^1, honorum L^2A^2 *dett.*, *an* honeste factorum? *Halm; at u. Foertsch l. c.* ‖ iucunda *Ascensius*, iudicanda LA *Halm* ‖ <iucunda> iudicanda *Gertz** ‖ nobis A^2, nobilis LA^1

alacritatem sumministrante, cum honorem industrie appeti et exsolui grate uidemus. uerum etsi mens hoc loco protinus ad Augustam domum, benificentissimum et honoratissimum templum, omni impetu fertur, melius cohibebitur, quoniam cui ascensus in caelum patet, quamuis maxima, debito tamen minora sunt quae in terris tribuuntur.

1. Superiori Africano consulatus citerior legitimo tempore datus est, quod fieri oportere exercitus senatum litteris admonuit. ita nescias utrum illi plus decoris patrum conscriptorum auctoritas an militum consilium adiecerit: toga enim Scipionem ducem aduersus Poenos creauit, arma poposcerunt. cui quae in uita praecipua adsignata sint et longum est referre, quia multa, et non necessarium, quia maiore ex parte iam relata sunt. itaque quod hodieque eximium capit adiciam. imaginem in cella Iouis optimi maximi positam habet, quae, quotienscumque funus aliquod Corneliae gentis celebrandum est, inde petitur, unique illi instar atrii Capitolium est: 2. tam hercule quam curia † superioris Catonis effigies illius ad cuius generis officia expromitur. gratum ordinem, qui utilissimum rei publicae senatorem tantum non semper secum habitare uoluit, omnibus numeris uirtutis diuitem magisque suo

1 industriae atpeti (*corr.* app.) *L*, industria ***peti *A* || cum] et cum *Gertz** || 2 gratiae *LA*, *em. in dett.* || 5 cuius *LA* || ascensu A^1 || 8 superior africanus $L^1 A^1$ || 13 pę-nos *L*, poenas A^1 || cui quae $L^2 A^2$, cuiq. $L^1 A^1$ || 15 quia maiore (*sed* quia *in ras.*) *L* || 16 hodiequę A^1 || 17 capita dicā LA^1 || 18 quotiescumq. $L^1 A^1$ || 19 funus *Pighius*, munus *LA* || cornelię* genti* (s *eras.*) *A* || 20 pititur A^1 || 21 e curia *Maduig II 333* || supe**rioris *L*, superiori Catoni, unde effigies illius ad eiusdem g. *Pighius*, superioris Catonis effigiei unde ad eius g. *Vorstius*, superioris Catonis effigies unius ad huius g. *Maduig l. c.; at u. Halm in Fleckeis. ann. 1874 p. 406, qui* superiori Catoni, cuius effigies illinc ad huius g. *coni.*, superiori s⟨oli⟩ Catoni: ⟨inde enim⟩ eff. ill. ad huius g. *Gertz**, *ipse temptaui*: superiori Catoni (*uel* superioris Catonis *sc. imagini*), ⟨e qua⟩ effigies illius ad huius g. || 25 muneris LA^1

merito quam fortunae beneficio magnum, cuius prius consilio quam Scipionis imperio deleta Karthago est.

3. Rarum specimen honoris *in* Scipione quoque Nasica oboritur: eius namque manibus et penatibus nondum quaestori senatus Pythii Apollinis monitu Pessinunte accersitam deam excipi uoluit, quia eodem oraculo praeceptum erat ut haec ministeria Matri deum a sanctissimo uiro praestarentur. explica totos fastos, constitue omnes currus triumphales, nihil tamen morum principatu speciosius reperies.

4. Tradunt subinde nobis ornamenta sua Scipiones conmemoranda: Aemilianum enim populus ex candidato aedilitatis consulem fecit. eundem, cum quaestoriis comitiis suffragator Q. Fabi Maximi, fratris filii, in campum descendisset, consulem iterum reduxit. eidem senatus bis sine sorte prouinciam, prius Africam, deinde Hispaniam dedit, atque haec neque ciui ambitioso **** senatori, quem ad modum non solum uitae eius seuerissimus cursus, sed etiam mors clandestinis inlata insidiis declarauit.

5. M. quoque Valerium duabus rebus insignibus di pariter atque ciues speciosum reddiderunt, illi cum quodam Gallo conminus pugnanti coruum propugnatorem subicientes, hi tertium et uicesimum

3 Rarum *L. cf. V 8, 3; VII 1, 1.* Rerũ A^1, uerũ A^2 || in *D et margo A*, *om. LAC*, a *E et alii dett. cf. IIII 7, 2* || 6 quaestori (*i. e.* quaestorii) *L*A^1. *cf. Liu. XXVIIII 14, 8,* quaestoris A^2 || 7 pessinunti *LA* || deam] matrem Idaeam *coni. Kellerbauer coll. Liu. l. c. et XXXIIII 3, 8* || 8 hec (*sed* c *s. l.*) *L*, hae A^1 || 11 horum L^2 || principatus (s *punctat.*) *L*, principat' A^1 || repperies *L*A^1 || 14 aedilicio *Par.* || 15 subfragator *L* || 17 sine *corr. e* sene *A* || forte *L*A^1, *corr. e Par.* || 19 ciui neq. ambitioso sen. A^2, *add.* cuiquã ambitioso senatori *margo A et sic hab.* L^2, ciuili neque amb. sen. *Foertsch III 27*, *nos suppleuimus* neque ciui ambitioso neque gratioso senatori, *quod recepit Halm*, *probat addens* contigerunt *post* ambitioso *Gertz** || 23 dii A^2 || 24 cõminus A^2 || 25 tertium] *add.* tertio et uicesimo anno m. ualer. c̃ adeptus *margo A*, cum esset XXIIII annorum *Par. cf. Liu. VII 26, 12*

annum ingresso consulatum largiti. quorum alterum decus uetustae originis, optimi nominis gens, Coruini amplexa cognomen usurpat, alterum summo subiungit ornamento tam celeritate quam principio consulatus gloriando.

6. Ac ne Q. quidem Scaeuolae, quem L. Crassus in consulatu collegam habuit, gloria parum inlustris, qui Asiam tam sancte et tam fortiter obtinuit, ut senatus deinceps in eam prouinciam ituris magistratibus exemplum atque normam officii Scaeuolam decreto suo proponeret.

7. Inhaerent uni uoci posterioris Africani septem C. Marii consulatus ac duo amplissimi triumphi: ad rogum enim usque gaudio exultauit, quod, cum apud Numantiam sub eo duce equestria stipendia mereret et forte inter cenam quidam Scipionem interrogasset, si quid illi accidisset, quemnam res publica aeque magnum habitura esset imperatorem, respiciens se supra ipsum cubantem 'uel hunc' dixerit. quo augurio perfectissima uirtus maximam orientem uirtutem uideritne certius an efficacius accenderit perpendi uix potest: illa nimirum cena militaris speciosissimas tota in urbe Mario futuras cenas ominata est: postquam enim Cimbros ab eo deletos initio noctis nuntius peruenit, nemo fuit, qui non illi tamquam dis immortalibus apud sacra mensae suae libauerit.

8. Iam quae in Cn. Pompeium et ampla et noua congesta sunt, hinc adsensione fauoris, illinc fremitu

2 hominis *LA*, *em. Perizonius* ‖ coruinia *LA*, *em. Pighius* ‖ 3 cognomine A^2 ‖ 4 subiungitur *LA*, *em. Perizonius* ‖ ornamenta LA^1 ‖ 6 crassius *LA* ‖ 7 consulatum L^1 *et* tũ *m. 2 extra uers.* *A* ‖ gloriã L^1A^1 ‖ 8 quia ¦ suam A^1 ‖ 10 normam *Gertz p. 294 coll. IIII 3, 5;* formam *LA Halm* ‖ 12 uni *nos. cf. § 9*, illi *LA Halm* ‖ 16 caenã *et 22* caena, *sed 24* cenas *A* ‖ quidem A^1 ‖ 17 qui illi L^1A^1, quid ipsi *Halm* ‖ quennam *LA* ‖ 22 accenderit *Γ*, acciderit *LA*, acuerit *coni. Torrenius* ‖ 23 tota *LΓ*, tanta *A* ‖ 24 caenas *A* ‖ *ominata (h *eras.*) *L* ‖ 25 diletos A^1 ‖ 26 illi* *L*, illis A^1 ‖ 27 liberauerit L^1A

inuidiae litterarum monumentis obstrepunt. eques Romanus pro consule in Hispaniam aduersus Sertorium pari imperio cum Pio Metello principe ciuitatis missus est. nondum ullum honorem *curulem* auspicatus bis triumphauit. initia magistratuum a summo imperio cepit. tertium consulatum decreto senatus solus gessit. de Mitridate et Tigrane, de multis praeterea regibus plurimisque ciuitatibus et gentibus et praedonibus unum duxit triumphum.

9. Q. etiam Catulum populus Romanus uoce sua tantum non ad sidera usque euexit: nam cum ab eo pro rostris interrogaretur, si *in* uno Pompeio Magno omnia reponere perseuerasset, absumpto illo subiti casus incursu in quo spem esset habiturus, summo consensu adclamauit 'in te'. uim ho*no*rati iudicii admirabilem! si quidem magnum Pompeium cum omnibus ornamentis, quae retuli, duarum syllabarum spatio inclusum Catulo aequauit.

10. Potest et M. Catonis ex Cypro cum regia pecunia reuertentis adpulsus ad ripam urbis memorabilis uideri, cui naue egredienti consules et ceteri magistratus et uniuersus senatus populusque Romanus officii gratia praesto fuit, non quod magnum pondus auri et argenti, sed quod M. Catonem classis illa incolumem aduexerat laetatus.

11. Sed nescio an praecipuum L. Marci*us* inusitati decoris exemplum, quem equitem Romanum duo exercitus P. et Cn. Scipionum interitu uictoriaque Hannibalis lacerati ducem legerunt, quo tempore salus eorum in ultimas angustias deducta nullum ambitioni locum relinquebat.

1 inuidiam *LA*¹ || in litterarum *coni. Torrenius* || obstrepunt *Maduig II 333*, obstrepuntur *LA Halm* || 2 pro coñs *LA* || hispania *LA* || 4 ullum *L Par.*, illum *A* || curulem *suppleu. e Par. Halm*, *om. LA* || 6 coepit *LA*¹ || 8 a regibus (a *eras.*) *LA* || 9 trihumphum *L* || 11 non *punctat. A* || *ab (h *eras.*) *L* || 12 in *om. LA*¹ || 13 adsumpto *LA*¹ || 15 consesu *L*¹ || horati *LA*¹ || 17 rettuli *Halm* || 19 cipro *L* || reia *L*¹ || 20 urbis *LA*, tiberis *D²EF* || 25 incolumen *L*¹, incolum̃ *A* || 26 praecipuum] *add.* sit *A*² || marci *LA Halm*, *em. Gertz**

12. Merito uirorum commemorationi Sulpicia Serui Paterculi filia, Q. Fului Flacci uxor, adicitur. quae, cum senatus libris Sibyllinis per decemuiros inspectis censuisset ut Veneris Verticordiae simulacrum consecraretur, quo facilius uirginum mulierumque mens a libidine ad pudicitiam conuerteretur, et ex omnibus matronis centum, ex centum autem decem sorte ductae de sanctissima femina iudicium facerent, cunctis castitate praelata est.

Ext. 1. Ceterum quia sine ulla deminutione Romanae maiestatis extera quoque insignia respici possunt, ad ea transgrediemur. Pythagorae tanta ueneratio ab auditoribus tributa est, ut quae ab eo acceperant in disputationem deducere nefas existimarent. quin etiam interpellati ad reddendam causam hoc solum respondebant, ipsum dixisse. magnus honos, sed schola tenus: illa urbium suffragiis tributa. enixo Crotoniatae studio ab eo petierunt ut senatum ipsorum, qui mille hominum numero constabat, consiliis suis uti pateretur, opulentissimaque ciuitas † tam frequentem uenerati post mortem domum Cereris sacrarium fecerunt, quoadque illa urbs uiguit, et dea in hominis memoria et homo in deae religione cultus est.

2 addicitur L^1A^1, adducitur A^2 || 3 sybillinis *LA* || 4 uerticord*ae A^2 *e Par. add.* BR. ut uirginis (ueneris *Par.*) uerticordae simul; consecraret *margo A* || semulacrum A^1 || 7 aut LA^1 || 10 diminutione LA^1 || 11 ex terra L^1A^1 || 12 transgrediamur *edd. uett.; at u. p. 430, 12* || pitagorae *L* || 14 deducerent fas L^1A^1, adduc. *Par.* || 15 ad *margo L m. 1*, et *in textu L* || 16 dixisset L^1A^1 || 18 orotoniatę LA^1 || 21 tam frequentē *LA*, tam frequenter *dett. Halm*, Metapontini *Maduig I 146. cf. Halm in Fleckeis. ann. 1874 p. 403, Metapontinos h. l. commemorasse Val. credibile est (cf. VIII 7, ext. 2), de reliquis dubito. probabilius* Metapontini iam praesentem (= *uiuentem ut deum*) uen. p. m. domum ⟨eius⟩ Cer. *Gertz** || 22 caereris *LA* || quoadque *nos probante Madu. l. c. cf. VII 7, 3*, quaque *LA Halm*, quam diuque *Vorstius*, quaque — uiguit ⟨aetate⟩, et *Novak* || 23 urbis *L*, urbi A^1

2. Gorgiae uero Leontino studiis litterarum aetatis suae cunctos praestanti, adeo ut primus in conuentu poscere qua de re quisque audire uellet ausus sit, uniuersa Graecia in templo Delphici Apollinis statuam solido ex auro posuit, cum ceterorum ad id tempus auratas collocasset.

3. Eadem gens summo consensu ad Amphiaraum decorandum incubuit, locum, quo humatus est, in formam condicionemque templi redigendo atque inde oracula capi instituendo. cuius cineres idem honoris possident, quod Pythicae cortinae, quod aheno Dodonae, quod Hammonis fonti datur.

4. Berenices quoque non uulgaris honos, cui soli omnium feminarum gymnico spectaculo interesse permissum est, cum ad Olympia filium Euclea certamen ingressu*rum* adduxisset, olympionice patre genita, fratribus eandem palmam adsecutis latera eius cingentibus.

LIBER NONVS.

I. DE LVXVRIA ET LIBIDINE.

Blandum etiam malum luxuria, quam accusare aliquanto facilius est quam uitare, operi nostro inseratur, non quidem ut ullum honorem recipiat, sed ut se ipsa recognoscens ad paenitentiam inpelli

1 leontini *LA*, *ut nos Par.* ‖ 2 praestantis (*extrema* s *m. 2 add. uid.*) *A* ‖ 4 **in *A*, ei in *L* ‖ 6 inauratas *Par. u. ad. p. 72, 17* ‖ 7 confessu *L* ‖ 8 quo L^2A^2, quod L^1A^1 ‖ 9 rediendo A^1 ‖ 10 capi** (ti *eras. uid.*) *A* ‖ onoris A^1 ‖ 11 pyticę *LA* ‖ aheno *edd. uett.*, athenę *LA dett. mei omn.* ‖ dodone *L* ‖ 12 fronti *LA*, *em. Pighius* ‖ 13 Benetrices LA^1, Benetricis A^2, *ut nos Par.* ‖ 15 *limpia (o *eras.*) *L* ‖ 16 ingressu LA^1 ‖ 19 VALERI MAXIMI LIBER VIII EXPLI INCIPIT LIBER VIIII *LA* ‖ 20 LVXVRIA (*alter.* V *in ras.*) *A*, *nec aliter u. 21* ‖ 23 illum A^1 ‖ 24 ipsam *LA Halm*, *em. Wensky p. 10*

possit. iungatur illi libido, quoniam ex isdem uitiorum principiis oritur, neque aut a reprehensione aut ab emendatione separentur, gemino mentis errore co_ne_xae.

1. C. Sergius Orata pensilia balinea primus facere instituit. quae inpensa _a_ leuibus initiis coepta ad suspensa caldae aquae tantum non aequora penetrauit. idem, uidelicet ne gulam Neptuni arbitrio subiectam haberet, peculiaria sibi maria excogitauit, aestuariis intercipiendo fluctus pisciumque diuersos greges separatim molibus includendo, ut nulla tam saeua tempestas inciderit, qua non Oratae mensae uarietate ferculorum abundarent. aedificiis etiam spatiosis et excelsis deserta ad id tempus ora Lucrini lacus pressit, quo recentiore usu conchyliorum frueretur: ubi _dum_ se publicae aquae cupidius inmergit, cum Considio publicano iudicium nanctus est. in quo L. Crassus aduersus illum causam agens errare amicum suum Considium dixit, quod putaret Oratam remotum a lacu cariturum ostreis: namque ea, si inde petere non licuisset, in tegulis reperturum.

2. Huic nimirum magis Aesopus tragoedus in adoptionem dare filium suum quam bonorum suorum heredem relinquere debuit, non solum perditae, sed etiam furiosae luxuriae iuuenem. quem constat cantu

1 hisdem _L_, *isdem _A_ ‖ uitiore L^1 ‖ 3 genuino A^2 ‖ 4 coxę _L_ (_et in mrg. add._: sic u.) _A_, _em. in dett._ ‖ 5 ballenea A^1, ballinea A^2, balnea _L_, _ut nos Par._ ‖ 6 a _Novak_, _om. LA Halm. cf. pp. 1, 17; 227, 11; 417, 5; item_ a _om. pp. 131, 22; 162, 13_ ‖ 7 suspensa _edd. prior. et Gertz 294_, suspensae _LA Halm_ ‖ calde _LA_, calidae A^2 _Halm_ ‖ 10 _litt._ stuariis interci _in ras. m. 2 A e Par._, exturus (_corr._ exituros) intercipiendo _L_ ‖ pisci*umq. _L_ ‖ 11 separatim _Par. cf. Gertz l. c._, separatis _LA Halm_, separatos _Perizonius_ ‖ 12 incideret _dett. multi_ ‖ 13 ferculorum _codd._ (?) _Pighii_, periculorum L^1A, _ut in cod. Bamb. Flori p. 102, 4 Jahn_, pisciculorum L^2 _an_ fericulorum? _Halm_ ‖ aedificiis] _add._ eius L^1 ‖ 14 spaciosis A^1 ‖ 15 pręssit _A_ ‖ concilgorũ _L_, concyliorum _A Par._[1] ‖ 16 dum _dett. multi_, _om. LA_ ‖ 17 nanctus (_sic_) L^1A^1, nactus L^2A^2 ‖ 20 eas si L^2 ‖ 21 non (_alter._ n _m. 2 s. l._) _L_ ‖ 22 tragedus _in ras. A_, tragydus L^1 ‖ 23 adoptione _L_ ‖ 25 luxoriae (_sic per totum cap._) _A_

conmendabiles auiculas inmanibus emptas pretiis pro ficedulis ponere acetoque liquatos magnae summae uniones potionibus aspergere solitum, amplissimum patrimonium tamquam amaram aliquam sarcinam quam celerrime abicere cupientem. quorum alterius senis, alterius adulescentis sectam secuti longius manus porrexerunt: neque enim ullum uitium finitur ibi, ubi oritur. inde ab oceani litoribus adtracti pisces, inde infusae culinis arcae censibusque edendi ac bibendi uoluptas reperta.

3. Vrbi autem nostrae secundi Punici belli finis et Philippus Macedoniae rex deuictus licentioris uitae fiduciam dedit. quo tempore matronae Brutorum domum ausae sunt obsidere, qui abrogationi legis Oppiae intercedere parati erant, quam feminae tolli cupiebant, quia his nec ueste uarii coloris uti nec auri plus semunciam habere nec iuncto uehiculo propius urbem mille passus nisi sacrificii gratia uehi permittebat. et quidem optinuerunt ut ius per continuos XX annos seruatum aboleretur: non enim prouiderunt saeculi illius uiri ad quem cultum tenderet insoliti coetus pertinax studium aut quo se usque effusura esset legum uictrix audacia. quod si animi muliebris apparatus intueri potuissent, quibus cotidie aliquid nouitatis sumptuosius adiectum est, in ipso introitu ruenti luxuriae obstitissent. sed quid ego de feminis ulterius loquar, quas et inbecillitas mentis et grauiorum operum negata adfectatio

1 auculas *LA*^{1}, auclas *Par.*^{1} ‖ ingentibus (*h. l. et p. 423, 5 pro* inmanibus) *Par.* ‖ 2 ficedulicis (ci *punctat.*) *L* ‖ 3 unionis *L*^{1}*A*^{1}, *ut nos Par.* ‖ 9 *an* censusque? *cf. Ovid. met. VIII 846* ‖ 11 fines *LA*^{1} ‖ 14 abrogatione *LA* ‖ 16 his *A*^{2}, hi *L*^{1}*A*^{1}, iis *Halm* ‖ 18 proprius *L*^{1}*A*^{1} ‖ 19 equidem *LA* ‖ 21 cultum *LA*, cumulum *Wensky p. 15,* luxum *Eberhard p. 165* ‖ tenderent *LA* ‖ 22 coetus *LA*, cultus *Eberhard et Wensky l. c.*, comptus *coni. Halm em. Val. p. 31*, conatus *Blaum p. 47; at uid. Foertsch I 27 et III 27 et Liu. XXXIIII 2, 4 et 5, 5* ‖ 23 offusura *L* ‖ uictris *A*^{1} ‖ 24 animis *Gertz*, subdubito an* animi *a librario adiectum sit* muliebris *genetivo dictum putante* ‖ muliebres *L*^{1} ‖ 27 loquor *LA Halm*, *em. Gertz p. 294* ‖ 28 opera *L*^{1}*A*^{1}

omne studium ad curiosiorem sui cultum hortatur conferre, cum temporum superiorum et nominis et animi excellentis uiros in hoc priscae continentiae ignotum deuerticulum prolapsos uideam? idque iurgio ipsorum pateat.

4. Cn. Domitius L. Crasso collegae suo altercatione orta obiecit, quod columnas Hymettias in porticu domus haberet. quem continuo Crassus quanti ipse domum suam aestimaret interrogauit, atque ut respondit 'sexagies sestertio', 'qu*anto* ergo eam' inquit, 'minoris fore existimas, si decem arbusculas inde succidero?' 'ipso tricies sestertio' Domitius. tunc Crassus: 'uter igitur luxuriosior est, egone, qui decem columnas centum milibus nummum emi, an tu, qui decem arbuscularum umbram tricies sestertii summa conpensas?' sermonem oblitum Pyrri, inmemorem Hannibalis iamque transmarinorum stipendiorum abundantia oscitantem! et quanto tamen insequentium saeculorum aedificiis et nemoribus angustiorem † quam introduxerunt atque inchoatam a se lautitiam posteris relinquere quam a maioribus acceptam continentiam retinere maluerunt.

1 curiosiorē (*alter.* i *m. 2 s. l.*) *L et litt.* siorē *in ras. A* ‖ 3 excellentes *LA*, *em. Halm* ‖ 7 hymetias *in ras. A e Par. et sic cod. Bamb. Plinii XXXVI 3, 3,* hymneticas *L*, hymeticas *dett.*, Hymettas *h. l. et in Par. ed. Halm; at u. Hor. carm. II 18, 3* ‖ 8 porticu (*litt.* icu *in ras.*) *A* ‖ quē cū *L et* cū *eras. A* ‖ 9 interrogauit *in ras. A e Par.*, interrogaret *L dett.* ‖ 10 *et bis infra* sextertio LA^1, *add.* hs̃ sic u. *margo A e Par.*, *qui* HS LX *habet* ‖ quanto *cod. Cauch.* (?) *Pighii*, quo *LA Par.* ‖ 11 minoris A^2 *Par.*, minore L^1A^1, minorē L^2 ‖ 12 *add.* C. T. ipso inquit domitius hs̃ tricies *margo A* ‖ 13 luxoriosior *A* ‖ 14 calum̄nas L^1 ‖ 15 decim A^1 ‖ umbram tricies (*litt.* m tri *in ras.*) *A* ‖ 16 sestertii *nos*, sextertium LA^1, sestertium A^2 *Halm* ‖ summā A^2 ‖ pirri *L* ‖ 19 angustiorem! sed quam introduxerunt inchoatam *Wensky 1884 p. 792*, angustior ē (= est), quam intr. atq. inch. *Gertz** ‖ 20 quam *delend. cens. Maduig I 90,* ritum *Perizonius*, uitam *Foertsch I 27 et Gelbke p. 35*, rem quam *Foertsch II 28*, *fort.* normam introduxerant! *Halm* ‖ atqui *coni. Foertsch, Gelbke, Halm,* qui *Perizonius. Quid si deleto* quam *scribatur* angustiorem (*scil. lautitiam*) introduxerunt qui inch.? ‖ 22 continentia L^1

5. Quid enim sibi uoluit princeps suorum temporum Metellus Pius tunc, cum in Hispania aduentus suos ab hospitibus aris et ture excipi patiebatur? cum Attalicis aulaeis contectos parietes laeto animo intuebatur? cum inmanibus epulis apparatissimos interponi ludos sinebat? cum palmata ueste conuiuia celebrabat demissasque lacunaribus aureas coronas uelut caelesti capite recipiebat? et ubi ista? non in Graecia neque in Asia, quarum luxuria seueritas ipsa corrumpi poterat, sed in horrida et bellicosa prouincia, cum praesertim acerrimus hostis Sertorius Romanorum exercituum oculos Lusitanis telis praestringeret: adeo illi patris sui Numidica castra exciderant. patet igitur quam celeri transitu luxuria affluxerit: nam cuius adulescentia priscos mores uidit, senectus nouos orsa est.

6. Consimilis mutatio in domo Curionum extitit, si quidem forum nostrum et patris grauissimum supercilium et filii sescenties sestertium aeris alieni aspexit, contractum famosa iniuria nobilium iuuenum. itaque eodem tempore et in isdem penatibus diuersa saecula habitarunt, frugalissimum alterum, alterum nequissimum.

7. P. autem Clodi iudicium quanta luxuria et libidine abundauit! in quo, ut euidenter incesti crimine nocens reus absolueretur, noctes matronarum et adulescentium nobilium magna summa emptae mercedis loco iudicibus erogatae sunt. quo in flagitio tam taetro tamque multiplici nescias primum

4 auleis *Par.*, et auleis *L A Π*, *fallitur Halm de Π*, *an* aulaeis *glossema sit ad explicandum* Attalicis (*cf. Plin. n. h. VIII 48, 196*) *dubitat Gertz** ‖ 5 ingentibus *Par. cf. p. 421, 1* ‖ aepulis *L A*[1] ‖ 7 dimissasq. *L A*, dimissas *Par.* ‖ 8 caelestis (= caelestes) *Foertsch II 39* ‖ 12 praestringeret *L et per compend.* prę. *A*, perstringeret *dett. et edd. ante Halm* ‖ 19 sextertium *L A*[1], hs̃ DC *in ras. Par.* ‖ 20 iniuria *L A Par.*, luxuria *Maduig II 333; at u. II 6, 15; VI 1, 2, et ext. 2* ‖ 21 hisdem *et* h *eras.*, *ut uid.*, *A* ‖ 29 *litt.* tam tętro tamque multi *in ras. A*, tantam &ero tamq: *L* ‖ primum quem *L et transpositionis notis m. 2 add. A*

quem detestere, qui istud corruptelae genus excogitauit, an qui pudicitiam suam sequestrem periurii fieri passi sunt, an qui religionem stupro permutarunt.

8. Aeque flagitiosum illud conuiuium, quod Gemellus tribunicius uiator ingenui sanguinis, sed officii intra seruilem habitum deformis Metello [et] Scipioni consuli ac tribunis pl. magno cum rubore ciuitatis conparauit: lupanari enim domi suae instituto Muniam et Flauiam, cum a patre tum a uiro utramque inclitam, et nobilem puerum Saturninum in eo prostituit. probrosae patientiae corpora, ludibrio temulentae libidini futura! epulas consuli et tribunis non celebrandas, sed uindicandas!

9. Verum praecipue Catilinae libido scelesta: nam uaesano amore Aureliae Orestillae correptus, cum unum impedimentum uideret quo minus nuptiis inter se iungerentur, filium suum, quem et solum et aetate iam puberem habebat, ueneno sustulit protinusque ex rogo eius maritalem facem accendit ac nouae maritae orbitatem suam loco muneris erogauit. eodem deinde animo ciuem gerens quo patrem egerat, filii pariter manibus et nefarie adtemptatae patriae poenas dedit.

Ext. 1. At Campana luxuria perquam utilis nostrae ciuitati fuit: inuictum enim armis Hannibalem

6 infra *Gelbke 35 et Eberhard 157; at u. Quint. XI 3, 8; Gell. XII 13, 21* ‖ et *LA Par.*, *del. Pighius*, *sine uncis Halm, cui error uid. ipsius Valerii* ‖ 7 scipione LA^1 ‖ consulibus ac tribunis *Par.*, cons̃ ad trib; L^1 *et sic* A^1 ‖ magna A^1 ‖ 9 muniam *LA Par.*, Muciam *edd. uett.*, *an* Man*at*iam? ‖ flauiam LA^2 *e Par.*, fluuiã A^1, Fuluiam *edd. uett.* ‖ 10 inclitam *dett. aliquot*, uictoriam *L*, ***|**** *A add.* u. uictoriẽ *margo A*, uicticam *C* ‖ 11 probros ac sapientiae LA^1, probrosa sapientiae A^2, *em. e codd.* (?) *Pighius* ‖ ludi*brio (o *ex* e? *corr.*) *L* ‖ 12 *litt.* a epulas *in ras. A* ‖ consuli (*sc. Metello Scipioni*) *nos*, consulibus *LA Halm* ‖ 14 uerum praecipue *dett.*, uero praecipue *L et transpositionis notis m. 2 add. A* ‖ 15 uesana L^1A^1 ‖ amore (e *in ras.*) *L* ‖ 21 egerat] gesserat *margo A* ‖ 23 ponas *A* ‖ 24 ad L^1A^1 ‖ luxoria L^1 ‖ 25 ciuitatis L^1A^1 ‖ inuictũ (ũ *in ras. mai.*) *L*, Inuictã A^1

inlecebris suis conplexa uincendum Romano militi tradidit. illa uigilantissimum ducem, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti uino, unguentorum fragrantia, ueneris usu lasciuiore ad somnum et delicias euocauit. ac tum demum fracta et contusa Punica feritas est, cum Seplasia ei *et* Albana castra esse coeperunt. quid iis ergo uitiis foedius, quid etiam damnosius, quibus uirtus atteritur, uictoriae relanguescunt, sopita gloria in infamiam conuertitur animique pariter et corporis uires expugnantur, adeo ut nescias ab hostibusne *an* ab illis capi perniciosius habendum sit?

2. Quae etiam Volsiniensium urbem grauibus et erubescendis cladibus inplicauerunt. erat opulenta, erat moribus et legibus ordinata, Etruriae caput habebatur: sed postquam luxuria prolapsa est, in profundum iniuriarum et turpitudinis decidit, ut seruorum se insolentissimae dominationi subiceret. qui primum admodum pauci senatorium ordinem intrare ausi, mox uniuersam rem publicam occupauerunt, testamenta ad arbitrium suum scribi iubebant, conuiuia coetusque ingenuorum fieri uetabant, filias dominorum in matrimonium ducebant. postremo lege sanxerunt ut stupra sua in uiduis pariter atque nuptis inpunita essent ac ne qua uirgo ingenuo nuberet, cuius castitatem non ante ex numero ipsorum aliquis delibasset.

3. Age, Xerxes opum regiarum ostentatione

1 hinlebris, *ut uid.*, L^1 ‖ sui *L* ‖ 3 dapidus *A* ‖ 4 flagrantia L^1, fraglantia L^2A^1 ‖ 5 deuocauit *Eberhard p. 157* ‖ 6 ei et *edd. uett.*, ei LA^1, et A^2 *Halm coll. Cic. de l. agr. II 34, 94* ‖ c*astra (r *eras.*) *L* ‖ 7 fedius A^2 ‖ 8 damnasius A^1 ‖ 11 hostibus nec ab illis *L et* (c *eras. et m. 2 supr. script.* an) *A*, hostibusne an illis *Foertsch II 39* ‖ 13 uolsiniensiū *L et sic* A^1, uolsciniensiū A^2 ‖ 15 ornata A^2 ‖ 16 luxoria L^1 ‖ 17 miseriarum *Wensky 15 coll. p. 106, 1, quod uerum uid.* ‖ 18 inpotentissimae dom. subiecerit *Par.* ‖ 19 primi *LA* ‖ 20 ausi (*sed* si *in ras.*) *A* ‖ uniuersum A^1 ‖ 23 filia A^1 ‖ 24 atque nuptis *LC*, atq. in nuptis *F Halm*, et innuptis *in ras. A* ‖ 25 essent *in ras. L*

eximia eo usque luxuria gaudens, ut edicto praemium ei proponeret, qui nouum uoluptatis genus repperisset, quanta, dum deliciis nimiis capitur, amplissimi imperii ruina euasit!

4. Antiochus quoque Syriae rex nihilo cont*in*entioris exempli. cuius caecam et amentem luxuriam exercitus imitatus magna ex parte aureos clauos crepidis subiectos habuit argenteaque uasa ad usum culinae conparauit et tabernacula textilibus sigillis adornata statuit, auaro potius hostį praeda optabilis quam ulla ad uincendum strenuo mora.

5. Nam Ptolomaeus rex accessio uitiorum suorum uixit ideoque Physcon appellatus est. cuius nequitia quid nequius? sororem natu maiorem communi fratri nuptam sibi nubere coegit. postea deinde filia eius per uim stuprata ipsam dimisit, ut uacuum locum nuptiis puellae faceret.

6. Consentaneus igitur regibus suis gentis Aegyptiae populus, qui ductu Archelai aduersus A. Gabinium moenibus urbis egressus, cum castra uallo atque fossa cingere iuberetur, uniuersus succlamauit ut id opus publica pecunia faciendum locaretur. quapropter deliciis tam enerues animi spiritum exercitus nostri sustinere non potuerunt.

7. Sed tamen effeminatior multitudo Cypriorum, qui reginas suas mulierum corporibus uelut gradibus constructis, quo mollius uestigia pedum ponerent, currus conscendere aequo animo sustinebant: uiris enim, si modo uiri erant, uita carere quam tam delicato imperio optemperare satius fuit.

1 eximia *LA*, et nimia *Wensky 1884 p. 792*, ***nescio an recte*** ‖ 3 nimis *L*, minis *A* ‖ 4 ruinę uasit A^1 ‖ 5 anthiocus LA^1 ‖ contentioris LA^1 ‖ 9 cō parauit (***sed*** cō ***in ras.***) *A* ‖ 12 Iam (***sed*** I ***in ras.***) *A* ‖ ptholomeus A^1, ptolemeus *L*, ptholemeus A^2, ptolemaeus (?) *Par. u. ad. p. 49, 8* ‖ 13 ideoque *LA*, ille ***uel*** is qui *Gertz p. 294*, ***at u.*** *Diod. exc. 597, 32* ‖ phynycon *cod. Vat. Par.*, phiton *LA*, u. physcon ***margo*** *A* ‖ 15 sibi ***bis script.*** *L* ‖ 16 filiam — stuppratam L^1 ***et simplici*** p. A^1 ‖ 21 tingere LA^1 ‖ 23 tam eneruis (***corr.*** ues) ***in ras.*** *A* ‖ spm̄|*exercitus *A* ‖ 25 cypricrum A^1 ‖ 26 reinas A^1 ‖ uelud A^1 ‖ 27 instructis *Par.* ‖ 29 quem A^1

II. DE CRVDELITATE.

Haec societas uitiorum lasciui uultus et nouae cupiditati inhaerentium oculorum ac delicato cultu affluentis perque uarios inlecebrarum motus uolitantis animi: crudelitatis uero horridus habitus, truculenta species, uiolenti spiritus, uox terribilis, omnia minis et cruentis imperiis referta. cui silentium donare crementum est adicere: *et*enim quem modum sibi ipsa statuet, si ne suggillationis quidem frenis fuerit reuocata? ad summam, cum penes illam sit timeri, penes nos sit odisse.

1. L. Sulla, quem neque laudare neque uituperare quisquam satis digne potest, quia, dum quaerit uictorias, Scipionem [se] populo Romano, dum exercet, Hannibalem repraesentauit, — egregie namque auctoritate nobilitatis defensa crudeliter totam urbem atque omnes Italiae partes ciuilis sanguinis fluminibus inundauit — quattuor legiones contrariae partis fidem suam secutas in publica uilla, quae in Martio campo erat, nequiquam fallacis dexterae misericordiam inplorantes obtruncari iussit. quarum lamentabiles quiritatus trepidae ciuitatis aures receperunt, lacerata ferro corpora Tiberis inpatiens tanti oneris cruentatis aquis uehere est coactus. v milia Praenestinorum spe salutis per P. Cethegum data

1 *titulum habent omnes codd. ante* crudelitatis ‖ 4 affluens LA^1, *fort.* diffluentis *Gertz p. 295, recte, ni fallor. cf. Ter. Heaut. V 1, 72* ‖ uolitantes LA^1 ‖ 6 uiolenti* *L* ‖ omnia minis *L*, omni animis A^1, omnia nimiis A^2, ora minis *Pighius e cod. Campens.*, lumina minis *Gertz l. c.*, *an* omnia *delend.?* ‖ 8 enĩ quẽ *L et sic sine signis transpositionis* A^1, enĩ uero quẽ A^2, *ut nos dett. aliquot* ‖ 9 frenit *L*, fremit A^1 ‖ 10 paenes (*bis*) *L* ‖ sitimeri panes A^1 ‖ 14 se *delend. esse uidit Madvig II 333 coll. c. 11 ext. 4, nec recte obloquitur Halm in Fleckeis. ann. 1874 p. 404* ‖ exercet] *add.* f. sęuitiã *margo A* ‖ 18 legionis A^1 ‖ 19 quae in *A*, quae iuncta *Par., quod uerum uid. Halmio; at u. Liu. IIII 22, 7, Becker Röm. Alt. I 624, uu.* quae — erat *glossam putant Lipsius et Perizonius* ‖ 22 quiritatus] *add.* questus *margo A* ‖ 24 honeris L^1 ‖ v̄ milia *A* ‖ 25 spem L^1A^1

extra moenia municipii euocata, cum abiectis armis humi corpora prostrauissent, interficienda protinusque per agros dispergenda curauit. quattuor milia et DCC dirae proscriptionis edicto iugulatos in tabulas publicas retulit, uidelicet ne memoria tam praeclarae rei dilueretur. nec contentus in eos saeuire, qui armis a se dissenserant, etiam quieti animi ciues propter pecuniae magnitudinem per nomenclatorem conquisitos proscriptorum numero adiecit. aduersus mulieres quoque gladios destrinxit, quasi parum caedibus uirorum satiatus. id quoque inexplebilis feritatis indicium est: abscisa miserorum capita modo non uultum ac spiritum retinentia in conspectum suum afferri uoluit, ut oculis illa, quia ore nefas erat, manderet. quam porro crudeliter se in M. Mario praetore gessit! quem per ora uulgi ad sepulcrum Lutatiae gentis pertractum non prius uita priuauit quam oculos infelices erueret et singulas corporis partes confringeret. uix mihi ueri similia narrare uideor: at ille etiam M. Plaetorium, quod ad eius supplicium exanimis ceciderat, continuo ibi mactauit, nouus punitor misericordiae, apud quem iniquo animo scelus intueri scelus admittere fuit. sed mortuorum umbris saltem pepercit? minime: nam C. Marii, cuius, etsi postea hostis, quaestor tamen aliquando fuerat, erutos cineres in Anienis alueum sparsit. en quibus actis felicitatis nomen adserendum putauit!

1 euocatos LA^1, euocata* *Par.* || 4 DCC* *A* || 5 sublicas A^1 || rettulit *Halm* || 6 dilaberetur *coni. Perizonius* || 8 nom̃|culatorẽ c̃quisitos (*litt.* culatorẽ c̃ *in ras.*) *A* || 10 distrinxit *L* || 15 mandaret A^1 || 17 sepulchrum LA^1 *Par.*[1] || tractum *Par.* || uitam L^1A^1 || 18 infelicis A^2 || singulos artus *Par.* || 19 uiri *L* || 20 pletorium *LA*, *add.* u. praetorium *margo A e Par.* || 21 subplicium L^1 || 24 sal*tem *A* || 26 erotus L^1 || cineris L^1A^1, cineribus L^2 || Anienis *ed. Venet. 1478*, amnis *LA* || 27 Felicis *Pighius cum dett.; at u. c. 11, 1* uicum cognomine sceleris || cognomen *dett.* || 28 adserendum LA^1, adsequendum A^2 *Halm. cf. Plin. n. h. VII 43, 173; Quint. XII 1, 20*

2. Cuius tamen crudelitatis C. Marius inuidiam leuat: nam et ille nimia cupiditate persequendi inimicos iram suam nefarie destrinxit, C. Caesaris consularis et censorii nobilissimum corpus ignobili saeuitia trucidando, et quidem apud seditiosissimi et abiectissimi hominis bustum: id enim malorum miserrimae tunc rei publicae deerat, ut Vario Caesar piaculo caderet. paene tanti uictoriae eius non fuerunt, quarum oblitus plus criminis domi quam laudis in militia meruit. idem caput M. Antoni abscisum laetis manibus inter epulas per summam animi ac uerborum insolentiam aliquamdiu tenuit clarissimique et ciuis et oratoris sanguine contaminari mensae sacra passus *est* atque etiam P. Annium, qui id attulerat, in sinum suum recentis caedis uestigiis aspersum recepit.

3. Damasippus nihil laudis habuit, quod corrumperet, itaque memoria eius licentiore accusatione perstringitur. cuius iussu principum ciuitatis capita hostiarum capitibus permixta sunt Carbonisque Aruinae truncum corpus patibulo adfixum gestatum est. adeo aut flagitiosissimi hominis praetura multum aut rei publicae maiestas nihil potuit.

4. Munatius etiam Flaccus, Pompeiani nominis acrior quam probabilior defensor, cum ab imperatore Caesare in Hispania inclusus moenibus Ateguensium obsideretur, efferatam crudelitatem suam truculen-

1 crudelitates — inuidia LA^1 ‖ 3 distrinxit LA^1 ‖ C. *LA Par.*, L. *Pighius; at error ipsius Valerii uid. esse* ‖ 4 ignobili* *A* ‖ 5 equidem *LA* ‖ 6 bustrum A^1, *add.* BR. caesarẽ apud seditiosissimi .h. uarii bustũ o. *margo A e Par.* ‖ 6 id enim A^2, idemm A^1 ‖ 7 uarii A^2 ‖ 8 piaculum *codd.* (?) *Pighii* ‖ cederet *LA* ‖ 11 aepulas *L* ‖ sumã *A* ‖ 12 aliquã diu *L et uirgula illa mutata in* N = aliquandiu A^2 ‖ 14 est *add. Perizonius*, *om. LA*, *quod non recte defend. Foertsch I 24* ‖ 17 damasipphus *L et* ip *extra uers. m. 2, ut uid.*, *A* ‖ 18 accussatione L^1 ‖ 19 perstringetur *mauult Gertz** ‖ 20 arbinę A^2 *Par.*^{2}, arbonę *Par.*^{1} ‖ 21 trucum A^1 ‖ 23 rei publicae] .rp̃. li (= Romani populi?) *sed* li *punctat. A* ‖ 26 abtiguensium *L*, abteguensium (*sed* b *induct.*) *A*, u. moen: ateguensib; *margo A e Par.*

tissimo genere uaesaniae exercuit: omnes enim eius oppidi ciues, quos studiosiores Caesaris senserat, iugulatos muris praecipitauit. feminas quoque citatis nominibus uirorum, qui in contrariis castris erant, ut caedes coniugum suarum cernerent, maternis*que* gremiis superpositos liberos trucidauit. infantes alios in conspectu parentum humo infligi, alios superiactatos pilis excipi iussit. quae auditu etiam intolerabilia Romano iussu Lusitanis manibus administrata sunt, cuius gentis praesidio Flaccus uallatus diuinis opibus uaecordi pertinacia resistebat.

Ext. 1. Transgrediemur nunc ad illa, quibus ut par dolor, ita nullus nostrae ciuitatis rubor inest. Karthaginienses Atilium Regulum palpebris resectis machinae, in qua undique praeacuti stimuli eminebant, inclusum uigilantia pariter et continuo tractu doloris necauerunt, tormenti genus haud dignum passo, auctoribus dignissimum. eadem usi crudelitate milites nostros quo*dam* mari*timo* certamine in suam potestatem redactos nauibus substrauerunt, ut earum carinis ac pondere elisi inusitata ratione mortis barbaram feritatem satiarent, taetro facinore pollutis classibus ipsum mare uiolaturi.

2. Eorum dux Hannibal, cuius maiore ex parte uirtus saeuitia constabat, in flumine *Ver*gello corporibus Romanis ponte facto exercitum transduxit,

1 exercuit oms enī *in ras. A* ‖ omnes enim exercuit *L* ‖ 2 studiosores *L*[1] ‖ caesari *LA*[1], *ut nos Par.* ‖ 3 iugulatus *L*[1]*A*[1] ‖ e muris *Par. Halm; at u. pp. 53, 16; 300, 19* ‖ 4 nomibus *L*[1] ‖ 5 maternis *L*, maternisq: (*sed* q: *m. 2 add.*) *A* ‖ 9 lusit animis *L et ante rasuram A*[1] ‖ 11 operibus *EF haud male. cf. p. 222, 5* ‖ 12 nun *A*[1] ‖ 14 italium *A*[1] ‖ 15 machina *Par., ut II 7, 15; V 1 ext. 4; VI 8, 1; VIIII 2 ext. 9; at u. p. 200, 23* ‖ 15 praecuti *L*[1]*A*[1] ‖ 17 haud dign. *margo A*, addignum *LA*[1], indignum *A*[2] ‖ 19 nostros quos *LA*, *unde suspicari possis* usi ⟨sunt⟩ crud. in milit. nostr. quos; *at probabilius* nostros quodam mar. *Gertz** ‖ maritimo *margo A*, marti *LA* ‖ 25 Vergello *e Flor. I 22 (II 6) § 18 Parrhasius et Pighius*, gello *L*, gallo *A*, igillo *margo A*, igilo *Par.*[1], igillo *Par.*[2], Cerbalo *e Plin. n. h. III 11, 103 leg. coni. Mitallerius* ‖ 26 traduxit *Par.*

ut aeque terrestrium scelestum Karthaginiensium copiarum ingressum terra quam maritimarum Neptunus experiretur. idem captiuos nostros oneribus et itinere fessos iam prima pedum parte succisa relinquebat. quos uero in castra perduxerat, paria fere fratrum et propinquorum iungens ferro decernere cogebat neque ante sanguine explebatur quam ad unum uictorem omnes redegisset. iusto ergo illum odio, uerum tamen tardo supplicio senatus Prusiae regis factum supplicem ad uoluntariam mortem conpulit.

3. Tam hercule quam Mitridatem regem, qui una epistola $\overline{\text{LXXX}}$ ciuium Romanorum in Asia per urbes negotiandi gratia dispersa interemit tantaeque prouinciae hospitalis deos iniusto, sed non inulto cruore respersit, quoniam cum maximo cruciatu ueneno repugnantem spiritum suum tandem succumbere coegit simulque piacula crucibus illis dedit, quibus [illos] amicos suos auctore Gauro spadone libidinosus obsequio, scelestus imperio adfecerat.

4. † Zisemis, Diogyridis filii, Thraciae regis, etsi minus admirabilem crudelitatem gentis ipsius feritas, narrandam tamen rabies saeuitiae facit, cui

1 aquae *L* A^1 ‖ terrestrium scelestium *L et transpos. notis incertum 1. an 2. manu add. A, ut nos dett.*, scelestum terr. *Maduig II 334* ‖ 2 ingressum *uel* gressum *Maduig l. c.*, egressum *L A Halm* ‖ 4 iam *languidum in* ima *h. l. et in Par. mutandum*, prima, *quod om. Par., delend. cens. Gertz*, quod uerum puto* ‖ 5 quos** (dã *eras. uid.*) *A*, quosdam *L C, ut nos Par.* ‖ castra (ca *in ras.*) *A*, nostra *C F* ‖ 8 uictorũ omnes redigisset *L* A^1 ‖ 9 odio *merito suspectum delend. cens. Gertz** ‖ 15 hospitales A^2 ‖ 18 illos, *quod ferri non potest seclusi, u. Fleckeis. ann. 1886 p. 52*, alios *uel* multos *Maduig l. c.*, ipsos *Foertsch I 27, sine uncis Halm* ‖ 19 amico* (s *eras.*) suo *L*, amico suo A^1 *Halm; at u. Maduig l. c.* ‖ 20 adfixerat *Gertz*, at u. Cic. Verr. I 4, 9* ‖ 21 Zisemis *in ras. maiore A e Par.*, numulissimis *L*, numulssis, numulisintis *uel similiter dett.*, Ζιβέλμιος *et paulo post* Ζισέλμιος *est ap. Diod. exc. p. 602, 59 et 69, II 2, 144 Dind.; fort.* Nam Ziselmi ‖ diogyridis *A Par.*, Diegylis *ille rex est ap. Diod. l. c. et p. 595, 7; Strab. XIII 4, 2; App. Mithrid. 6* ‖ filia tracię *L* A^1 ‖ 23 narrandum A^1 ‖ tamer A^1

neque uiuos homines medios secare neque parentes liberorum uesci *cogere* corporibus nefas fuit.

5. Iterum Ptolomaeus Physcon emergit, paulo ante libidinosae amentiae taeterrimum exemplum, idem inter praecipua crudelitatis indicia referendus: quid enim hoc facto truculentius? filium suum nomine Memphiten, quem ex Cleopatra, eadem sorore et uxore, sustulerat, liberalis formae, optimae spei puerum, in conspectu suo occidi iussit protinusque caput eius et pedes praecisos [et manus] in cista chlamyde opertos pro munere natalicio matri misit, perinde quasi ipse cladis, quam illi inferebat, expers, ac non infelicior, quod in communi orbitate Cleopatram miserabilem cunctis, se inuisum reddiderat. adeo caeco furore summa quaeque efferuescit crudelitas, cum munimentum ex se ipsa repperit: nam cum animaduerteret quanto sui odio patria teneretur, timori remedium scelere petiuit, quoque tutius plebe trucidata regnaret, frequens iuuentute gymnasium armis et igni circumdedit omnesque, qui in eo erant, partim ferro, partim flamma necauit.

6. Ochus autem, qui postea Darius appellatus est, sanctissimo Persis iure iurando obstrictus ne quem ex coniuratione, quae septem magos cum eo oppresserat, aut ueneno aut ferro aut ulla ui aut

1 secare *in ras. A* ‖ 2 cogere *post* corporibus *suppleuit Maduig I 41, ante* corp. *nos*, *om. L A Halm*, uesci corporibus cogebat *Par.* ‖ 3 ptolemeus *L*, ptholomeus *A*¹, ptholemeus *A*², Ptolemaeus *A*² *Halm, u. ad. p. 49, 8* ‖ phicon *L*¹*A*¹, phiton *L*², phiscon *A*² ‖ 5 india *A*¹ ‖ 7 Memphitem *edd. uett.*, menephiten *L et dett.*, memphilitē *in ras. A e Par. cf. Diod. exc. pp. 595 et 603, II 2 pp. 135 et 144 Dind.* ‖ 8 et uxọre — puerum *om. A*¹, *supplet m. 2 margo A* ‖ 10 et manus *om. Par.*, *ego seclusi*, *u. Fleckeis. ann. 1886 p. 52* ‖ cistam *L A* ‖ 11 clamide *L*, clamde *A*¹ ‖ opertos *L A Par.*, *fort.* operta *uel* opertas *Halm* ‖ 15 furore, *sed* furo *extr. uers. m. 2 et litt.* re — ipsa repperit (*corr.* reppererit) Iam cum (*sic*) *in ras. m. 2 A* ‖ in summa *Perizonius* ‖ 16 nutrimentum *Maduig II 334 at u. q. sqq.* quo tutius regn. ‖ 19 totius *L*¹ ‖ 21 fero *L*¹ ‖ 24 coniuratione] *add.* ea *Par.* ‖ 25 uim *L*¹*A*¹

inopia alimentorum necaret, crudeliorem mortis rationem excogitauit, qua † hosustos sibi non perrupto uinculo religionis tolleret: saeptum enim altis parietibus locum cinere conpleuit superpositoque tigno prominente benigne cibo et potione exceptos in eo conlocabat, e quo somno sopiti in illam insidiosam congeriem decidebant.

7. Apertior et taetrior alterius Ochi cognomine Artaxerxis crudelitas, qui Atossam sororem atque eandem socrum uiuam capite defodit et patruum cum centum amplius filiis ac nepotibus uacua area destitutum iaculis confixit nulla iniuria lacessitus, sed quod in his maximam apud Persas probitatis et fortitudinis laudem consistere uidebat.

8. Consimili genere aemulationis instincta ciuitas Atheniensium indigno gloriae suae decreto Aeginensium iuuentuti pollices abscidit, ut classe potens populus in certamen maritimarum uirium secum descendere nequiret. non agnosco Athenas timori remedium a crudelitate mutuantis.

9. Saeuus etiam ille aenei tauri inuentor, quo inclusi subditis ignibus longo et abdito cruciatu mugitus resonantem spiritum edere cogebantur, ne eiulatus eorum humano sono uocis expressi Phalaridis tyranni misericordiam implorare possent. quam quia calamitosis deesse uoluit, taeterrimum artis suae opus primus inclusus merito auspicatus est.

2 quae *L et* e *induct. A* ‖ hosustos *L*, honustos (*sed* h *punctat. et* n *corr. ex* st *uel* s) *A*, hos iunctos *CE*, onustos *D*, hos honustos *F*, infestos *Γ*, odiosos *uel* inuisos *alii dett.*, molestos *Foertsch I 27*, hostes uisos *Gertz**, *an* homines suspectos? ‖ 3 uinculo*** religionis *LA* ‖ 6 conlon|lacabat *A* ‖ 8 odii *L* ‖ cognominis A^2 ‖ 9 artaxersis (sis *extra uers.*) *A* ‖ Atossam *Rumpf*, otiosam *L et* os *punctat. A*, ochiam *margo A*, *om. Par.* ‖ 11 uacua rea $L^1 A^1$ ‖ 16 gloria sua A^2. cf. *Reisig*, *Vorles. ed. Schmalz III p. 556. excepto h. l. Val. constanter ablatiuo utitur* ‖ egitensium A^2 *Par.* ‖ 20 mutu|annis A^1 ‖ 22 abditu $L^1 A^1$ ‖ 23 resonante spiritu A^2 ‖ ne eiulatus *in ras. paulo maiore A*, nec eiululatus (ul *punctat.*) *L*, ne ululatus *EF* ‖ 24 phaleridis LA^1 ‖ 27 primus] *add.* ipse *Gertz**, *add.* artifex *margo A e Par.*

10. Ac ne Etrusci quidem parum feroces in poena excogitanda, qui uiuorum corpora cadaueribus aduersa aduersis alligata atque constricta, ita ut singulae membrorum partes singulis essent adconmodatae, tabescere simul patiebantur, amari uitae pariter ac mortis tortores.

11. Sicut illi barbari, quos ferunt mactatarum pecudum intestinis et uisceribus egestis homines inserere, ita ut capitibus tantummodo emineant, quoque [ut] diutius poenae sufficiant, cibo et potione infelicem spiritum prorogare, donec intus putrefacti laniatui sint animalibus, quae tabidis in corporibus nasci solent. queramur nunc cum rerum natura, quod nos multis et asperis aduersae ualetudinis incommodis obnoxios esse uoluerit, habitumque caelestis roboris humanae condicioni denegatum moleste feramus, cum tot cruciatus sibimet ipsa mortalitas inpulsu crudelitatis excogitauerit.

III. DE IRA AVT ODIO.

Ira quoque et odium in pectoribus humanis magnos fluctus excitant, procursu celerior illa, nocendi cupidine hoc pertinacius, uterque consternationis plenus affectus ac numquam sine tormento sui uiolentus, quia dolorem, cum inferre uult, patitur, amara sollicitudine ne non contingat ultio anxius. sed proprietatis eorum certissimae sunt imagines, quas *di* ipsi in claris personis aut dicto aliquo aut facto uehementiore conspici uoluerunt.

1. Cum aduersus Hasdrubalem Liuius Salinator bellum gesturus urbe egrederetur, monente Fabio

2 uirorum *LA*, *em. in nonnullis dett.* ‖ 9 quoque ut *LA*, quoque *Perizonius*, eosque ut *Π Halm* ‖ 10 poene *L*, paenę *A*[1], pene *Π* ‖ sufficiat *LA*[1] ‖ potu *Π* ‖ 12 in tabidis corp. *Π* ‖ 13 quaeramus *LA*[1] ‖ 19 et odio *DE* ‖ 20 aut odio *LA Halm, em. Pighius* ‖ 25 contingat* (*extr.* t *in ras.*) *L* ‖ 26 dii *A*[2], *om. LA*[1] ‖ 27 dictu *LA* ‖ 29 libius *LA* ‖ 30 gestaturus (ta *in* 2 *s. l.*) *L*

Maximo ne ante descenderet in aciem quam hostium uires animumque cognosset, primam occasionem pugnandi non omissurum se respondit interrogatusque ab eodem quid ita tam festinanter manum conserere uellet, 'ut quam celerrime' inquit 'aut gloriam ex hostibus uictis aut ex ciuibus prostratis gaudium capiam'. ira tunc et uirtus sermonem eius inter se diuiserunt, illa iniustae damnationis memor, haec triumphi gloriae intenta. sed nescio an eiusdem fuerit hoc dicere et sic uincere.

2. Ardentis spiritus uirum et bellicis operibus adsuetum huc iracundiae stimuli egerunt: C. autem Figulum mansuetissimum, pacato iuris ciuilis studio celeberrimum, prudentiae moderationisque inmemorem reddiderunt: consulatus enim repulsae dolore accensus, eo quidem magis, quod illum bis patri suo datum meminerat, cum ad eum postero comitiorum die multi consulendi causa uenissent, omnes dimisit, praefatus 'an nos consulere scitis, consulem facere nescitis?' dictum grauiter et merito, sed tamen aliquanto melius non dictum: nam quis populo Romano irasci sapienter potest?

3. Itaque ne illi quidem probandi, quamuis factum eorum nobilitatis splendore protectum sit, qui, quod Cn. Flauius humillimae quondam sortis praeturam adeptus erat, offensi anulos aureos sibimet ipsis et phaleras equis suis detractas abiecerunt, doloris inpotentiam tantum non luctu professo testati.

2 ocasionem *A* ‖ 3 omisurum *A* ‖ 6 uictis *typogr. errore om. Halm* ‖ 7 et *Π*, aut *L* A^1, ac *margo L*, atque A^2 ‖ 8 diuisere *Π* ‖ dampnationis *L Π* ‖ 9 trium gloria A^1 ‖ nescio neiusdem A^1, nescio utrum eiusd. *Π* ‖ 11 spiritus* (s *in ras.*) *L* ‖ belluis A^1 ‖ 12 hunc *LA* ‖ 13 fi*gulum (n *eras. uid.*) *L* ‖ studio *Gertz p. 295*, iudicio *LA Halm* ‖ 15 cons̃ *LA* ‖ 18 die* (m *eras.*) *LA* ‖ 19 an nos *cod. Leid. Gertz l. c.*, an uos *in ras. A e Par.*, omnes *L et dett. mei omn.* ‖ consolare *Par.*[1], u. c̃sultari *margo A* ‖ 22 sapiens *Wensky p. 16. coll. p. 464, 26* ‖ 23 Itaq: (*sed* q: *s. l. add.*) *L* ‖ 24 qui* *L* ‖ 27 detractus A^1 ‖ inpotentia *L et corr.* ã *A* ‖ 28 luctũ profecto *LA*, *em. J. Fr. Gronouius*

4. Talis irae motus aut singulorum aut paucorum aduersus populum uniuersum: multitudinis erga principes ac duces eius modi. Manlio Torquato amplissimam et gloriosissimam ex Latinis et Campanis uictoriam in urbem referenti, cum seniores omnes laetitia ouantes occurrerent, iuniorum nemo obuiam processit, quod filium adulescentem fortissime aduersus imperium suum proeliatum securi percusserat. miserti sunt aequalis nimis aspere puniti: nec factum eorum defendo, sed irae uim indico, quae unius ciuitatis et aetates et adfectus diuidere ualuit.

5. Eademque tantum potuit, ut uniuersum populi Romani equitatum a Fabio consule ad hostium copias persequendas missum, cum et tuto et facile eas liceret delere, legis agrariae ab eo impeditae memorem inmobilem retineret. illa uero etiam Appio duci, cuius pater, dum pro senatus amplitudine nititur, commoda plebis acerrime inpugnauerat, infensum exercitum faciendo uoluntaria fuga terga hosti, ne triumphum imperatori quaereret, dare coegit. quotiens uictoriae uictrix! congratulationem eius in Torquato spernendam, in Fabio pulcherrimam partem omittendam, in Appio totam fugae postponendam reddidit.

6. Age, quam uiolenter se in pectore uniuersi populi Romani gessit eo[dem] tempore, quo suffra-

2 erga — 4 latinis *om.* A^1, *sed supplet m. 2 margo A* ‖ 3 manilio LA^1 ‖ 5 omnes letantes occurr. *Π* ‖ 8 percusserat *dett. et litt.* serat *in ras. A e Par.*, percussum *LCE*, *an post* percussum *excidit* interfici iusserat? ‖ 9 miserti s̃ *in ras. A*, miseriti sunt *L* ‖ aequales A^2 ‖ 11 aetas LA^1 ‖ uoluit L^1A^1 ‖ 13 peditatum *e cod. Camp.* (?) *Pighius. uid. error ipsius Val. esse* ‖ copias (o *corr.*) *L* ‖ 15 leges L^1A^1 ‖ 16 memorem *DE*, memores *L et* es *extr. uers. A*, memoria *Γ* ‖ 17 dici A^1 ‖ sena|tus (na *extr. uers.*) *L* ‖ 20 ne triumphum *in ras. A* ‖ quaerered A^1 ‖ 21 quoties L^1A^1 ‖ uictrix A^2, uictor LA^1 ‖ cũ gratulationem *LA* ‖ 22 spernendum A^1 ‖ pulcherrime partam *Lipsius* ‖ 23 omittendam (*sed* o *ante uersum*) *A* ‖ 24 credidit *Maduig II 334; at u. p. 151, 11:* expetendum reddidit, *et Halm in Fleckeis. ann. 1874 p. 405* ‖ 26 [illegible]dem *LA dett. mei omn.*

giis eius dedicatio aedis Mercurii M. Plaetorio primi pili centurioni data est praeteritis consulibus, Appio, quod obstitisset quo minus aeri alieno suo succurreretur, Seruilio, quod susceptam causam suam languido patrocinio protexisset. negas efficacem esse iram, cuius hortatu miles summo imperio praelatus est?

7. Quae quidem non proculcauit tantum imperia, sed etiam gessit inpotenter: nam Q. Metellus, cum utramque Hispaniam consul prius, deinde pro consule paene *to*tam subegisset, postquam cognouit Q. Pompeium consulem inimicum suum successorem sibi mitti, omnes, qui modo militiam suam uoluerunt finiri, dimisit, commeatus petentibus neque causis excussis neque constituto tempore dedit, horrea custodibus remotis opportuna rapinae praebuit, arcus sagittasque Cretensium frangi atque in amnem abici iussit, elephantis cibaria dari uetuit. quibus factis ut cupiditati suae indulsit, ita magnifice gestarum rerum gloriam corrupit meritumque honorem triumphi hostium quam irae fortior uictor amisit.

8. Quid Sulla, dum huic uitio obtemperat, nonne multo alieno sanguine profuso ad ultimum et suum erogauit? Puteolis enim ardens indignatione, quod Granius princeps eius coloniae pecuniam a decurionibus ad refectionem Capitolii promissam cunctantius daret, animi concitatione nimia atque immoderato uocis impetu conuulso pectore spiritum cruore ac minis mixtum euomuit, nec senio iam prolapsus, utpote sexagesimum ingrediens annum, sed alita miseriis rei publicae inpotentia furens. igitur in dubio est Sullane prior an iracundia Sullae sit extincta.

1 pletorio *LA*, Laetorio *Liu. II 27, 6* || 2 pilo L^2 || 3 aere *LA* || 4 succeptam LA^1 || 5 negat LA^1, *an* nega? *Perizonius* || esse *LA*, *om. Halm* || 6 ortatu A^1 || pralatus L^1 || 8 namq. metellus L^1A || 10 totam *Γ. cf. Par.*, tam LA^1, iam A^2 || 15 oportuna A^2 || 21 quit A^1 || 22 profusum L^1A^1, fuso *Π* || 25 cunctatius A^2 || 26 concitationi A^1 || 27 conuulse L^1 || cruori A^2 || 29 alitam *LA* || 31 syllanae L^1A^1

Ext. Neque ab ignotis exempla petere iuuat et maximis uiris exprobare uitia sua uerecundiae est. ceterum cum propositi fides excellentissima quaeque conplecti moneat, uoluntas operi cedat, dum praeclara libenter probandi necessaria narranti conscientia non desit.

1. Alexandrum iracundia sua propemodum caelo deripuit: nam quid obstitit quo minus illuc adsurgeret nisi Lysimachus leoni obiectus et Clitus hasta traiectus et Callisthenes mori iussus, quia tres maximas uictorias totidem amicorum iniustis caedibus uicto reddidit?

2. Quam uehemens deinde aduersus populum Romanum Hamilcaris odium! quattuor enim puerilis aetatis filios intuens eiusdem numeri catulos leoninos in perniciem imperii nostri alere se praedicabat. digna nutrimenta, quae in exitium patriae suae, ut euenit, conuerterentur.

3. E quibus Hannibal mature adeo patria uestigia subsecutus est, ut eo exercitum in Hispaniam traiecturo et ob id sacrificante VIIII annorum natu altaria tenens iuraret se, cum primum per aetatem potuisset, acerrimum hostem populi Romani futurum, *et* pertinacissimis precibus instantis belli commilitium exprimeret. idem significare cupiens quanto inter se odio Karthago et Roma dissiderent, inflicto in terram pede suscitatoque puluere, tunc inter eas

2 exprobare *A* ‖ 3 excellentissima* (s *eras.*) *L* ‖ 4 operi] *expectes* officio *uel* muneri ‖ 5 probandi A^2, probanda LA^1, probando *margo A Halm* ‖ necessaria (*sed extrema* a *in ras.*) *A*, necessario *LC*, *scribend. uid.* necessario contraria. *u. Fleckeis. ann. 1886 p. 55* ‖ narranti *Maduig II 334*, narrandi *LA Halm* ‖ 8 diripuit *LA* ‖ 9 lysymacus leoni* (*corr. e* lenio) *LA* ‖ ditus L^1A, u. critus *margo A e Par.* ‖ asta *L* ‖ 10 chalistenes LA^1, c*alisthenes A^2 ‖ 12 uictor edidit *LA*, *em. Perizonius* ‖ 14 amilcharis *LA* ‖ 15 eiusdemq. LA^1 ‖ 17 exitium (i *post* t *s. l.*) *L* ‖ 18 conuerterunt *L et per compend.* r̃ *A*, conuerterent *margo A* ‖ 19 patriae *LA*, *an* patris? ‖ 21 natus (s *m. 2 s. l.*) *L* ‖ 23 ostem A^1 ‖ 24 et *Halm*, *om.* LA^1, ut A^2 ‖ 27 tum *Par. Halm*

finem fore belli dixit, cum alterutra [pars] in habitum pulueris esset redacta.

4. In puerili pectore tantum uis odii potuit, sed in muliebri quoque aeque multum ualuit: namque Samiramis Assyriorum regina, cum ei circa cultum capitis sui occupatae nuntiatum esset Babylona defecisse, altera parte crinium adhuc soluta protinus ad eam expugnandam cucurrit nec prius decorem capillorum in ordinem quam urbem in potestatem suam redegit. quocirca statua eius Babylone posita est illo habitu, quo ad ultionem exigendam celeritate praecipi*ti* tetendit.

IIII. DE AVARITIA.

Protrahatur etiam auaritia, latentium indagatrix lucrorum, manifestae praedae auidissima uorago, neque habendi fructu felix et cupiditate quaerendi miserrima.

1. Cum admodum locupleti L. Minucio Basilo falsum testamentum quidam in Graecia subiecisset eiusdemque confirmandi gratia potentissimos ciuitatis nostrae uiros, M. Crassum et Q. Hortensium, quibus Minucius ignotus fuerat, tabulis heredes inseruisset, quamquam euidens fraus erat, tamen uterque pecuniae cupidus facinoris alieni munus non repudiauit. quantam culpam quam leniter retuli! lumina curiae, ornamenta fori, quod scelus uindicare debebant, inhonesti lucri captura inuitati auctoritatibus suis texerunt.

1 alterutra* *Par.* ‖ pars *LCE*, urbs *D et in ras. A e Par. Halm*, *inclusi u. ualde suspectam*, *quae non est in Γ* ‖ 4 muliebri *LE*, mulieribus *A et reliq. dett. Halm* ‖ eq̄. multum *A* ‖ 5 saemi*ramis (*corr. e* saemarramis) *L*, samiramis A^2, samarramis A^1, semiramis *Π* ‖ 6 babylonā A^2, babilona *LΠ* ‖ 9 quam *Gertz**, quantā A^1, qā tantā $LA^2Π$, quam totam *Kellerbauer*, quam eam *Novak* ‖ 10 statura eius (r *punctat.*) *L*, statu|*aeius *A* ‖ 12 praecipi L^1A^1 ‖ 16 abendi L^1 ‖ 18 minucio *Par.*, munitio *LA* ‖ basilio LA^1 $Par.^2$ basillo A^2 Par^1. *cf. Cic. off. III 18, 73* ‖ 19 quidum L^1 ‖ 22 minutius *L*, municius *A* ‖ erat *Par.* ‖ hȩredes *A* ‖ inseruisset** *A* ‖ 25 leniter *D. cf. Gertz p. 296*, leuiter *LA Halm* ‖ rettuli A^2 *Halm* ‖ 26 debeant LA^1

2. Verum aliquanto maiores uires in Q. Cassio exhibuit, qui in Hispania Silium et Calpurnium, occidendi sui gratia cum pugionibus deprehensos quinquagies sestertium ab illo, ab hoc sexagies pactus dimisit. en quem dubites, si alterum tantum daretur, iugulum quoque suum aequo animo illis fuisse praebiturum.

3. Ceterum auaritia ante omnes L. Septimulei praecordia possedit, qui, cum C. Gracchi familiaris fuisset, caput eius abscidere et per urbem pilo fixum ferre sustinuit, quia Opimius consul auro id se repensurum edixerat. sunt qui tradant liquato plumbo eum cauatam partem capitis, quo ponderosius esset, explesse. fuerit ille seditiosus, bono perierit exemplo, clientis tamen scelesta famis in has usque iacentis iniurias esurire non debuit.

Ext. 1. Odium merita Septimulei auaritia, Ptolomaei autem regis Cypriorum risu prosequenda: nam cum anxiis sordibus magnas opes corripuisset propterque eas periturum se uideret et ideo omni pecunia inposita nauibus in altum processisset, ut classe perforata suo arbitrio periret et hostes praeda carerent, non sustinuit mergere aurum et argentum, sed futurum necis suae praemium domum reuexit. procul dubio hic non possedit diuitias, sed a diuitiis possessus est, titulo rex insulae, animo pecuniae miserabile mancipium.

1 inq** cassio (ue *eras.*) *L et, ut uid., A* ‖ 2 exibuit *L* ‖ hispania *syllium *L* (*et prior* l *eras.*) *A* ‖ 4 sextertium *LA* ‖ 5 en quem *nos, ut VII 6 ext. 3; VIIII 12, 3,* atquem (*sic*) *L*, at|quin (*sed* at *et* in *in ras.*) *A*, at qui *C*, an *DΓΠ*, *fort.* ecquid *Halm* ‖ 6 *litt.* retur iugulum *in ras. A* ‖ 8 septimuli A^1 ‖ 9 praecordiam *LA* ‖ 10 pilo A^2, poli A^1 ‖ 11 id se *L dett. mei Par.*, id|se (id *in ras. et* se *extr. uers.*) *A*, ipsi *C* ‖ 13 cauatum LA^1 ‖ quod (d *punctat.*) *L* ‖ 15 dientis L^1 ‖ fames A^2 *Halm*, (*sic* aedis *I 4, 4*) *Par.* ‖ 17 septimuli *A*, *ut nos h. l. L* ‖ ptolomei *LA*, ptolemaei *Par. Halm* ‖ 18 cyprorum *LA* ‖ 21 classem (*sed* m *eras.*) *LA* ‖ 22 perirent *LA* ‖ hostis LA^1. *u. tamen Lachm. ad Lucret. p. 56* ‖ carerent *L dett.*, cęcarent *A*

V. DE SVPERBIA ET INPOTENTIA.

1. Atque ut superbia quoque et inpotentia in conspicuo ponatur, M. Fuluius Flaccus consul M. Plautii Hypsaei collega, cum perniciosissimas rei publicae leges introduceret de ciuitate *Italiae* danda et de prouocatione ad populum eorum, qui ciuitatem mutare noluissent, aegre conpulsus est ut in curiam ueniret: deinde partim monenti, partim oranti senatui ut incepto desisteret, responsum non dedit. tyrannici spiritus consul haberetur, si aduersus unum senatorem hoc modo se gessisset, quo Flaccus in totius amplissimi ordinis contemnenda maiestate uersatus est.

2. Quae a M. quoque Druso tribuno pl. per summam contumeliam uexata est: parum enim habuit L. Philippum consulem, quia interfari se contionantem ausus fuerat, obtorta gula, et quidem non per uiatorem, sed per clientem suum adeo uiolenter in carcerem praecipitem egisse, ut multus e naribus eius cruor profunderetur, uerum etiam, cum senatus ad eum misisset, ut in curiam ueniret, 'quare non potius' inquit 'ipse in Hostiliam curiam propinquam rostris, id est ad me, uenit?' piget adicere quod sequitur: tribunus senatus imperium despexit, senatus tribuni uerbis paruit.

1 ET**POT (IN *eras.*) *L et litt.* ET IM *in ras. A* || 2 et**pot. (in *eras.*) *L* || 3 fuluius**|flaccus *A*, fuluius c̃ flaccus *L* || 5 Italiae *om. LA Halm, suppl. Gertz** || 7 uoluissent *dett.; at cf. Mommsen C. I. L. I p. 71 et R. Staatsr. III p. 634 n. 3* || 9 *ut (m *eras. uid.*) *L* || incoepto *A*[2] || resisteret *Par.* || 10 tyrrannici *L* || 14 quae m̃. quoq. — uexata est *L et dett. mei omn.*, c̃ amentia quoque m. brutũ tr̃. pl. *haec omnia praeter litt.* tr̃. pl. *in ras. m. 2 A, add.* qua mens quoq. m. bruti tr. pl. p. s. c. uexata est *margo A* || 15 uexata est *L dett.*, uexauit (uit *in ras.*) *A* || parum *E*, paruit *LA*[1]*C*, parui* *A*[2] *et dett.* || 16 interfari se *C Halm*, inter se fari *L*, se interfari *Π*, inter pellare (*om.* se, *sed* pellare *in ras.*) *A e Par.* || c̄ tionantẽ (*sed* c̃ *in ras.*) *A*, contentionantẽ *LC* || 17 gyla *A*[1] || 18 paruiatorem *A*[1] || 19 uolenter *LA*[1] || 20 utrum etiam *LA*[1] || 21 ueniret *in ras. mai. L* || 24 tribuni *L* || 25 dispexit *LA*

3. Cn. autem Pompeius quam insolenter! qui balineo egressus ante pedes suos prostratum Hypsaeum ambitus reum, et nobilem uirum et sibi amicum, iacentem reliquit contumeliosa uoce proculcatum: nihil enim eum aliud agere quam ut conuiuium suum moraretur respondit, et huius dicti conscius securo animo cenare potuit. ille uero etiam in foro non erubuit P. Scipionem socerum suum legibus *ob*noxium, quas ipse tulerat, in maxima quidem reorum [et] inlustrium ruina muneris loco a iudicibus deposcere, maritalis lecti blanditiis statum rei publicae temerando.

4. Taetrum facto pariter ac dicto M. Antonii conuiuium: nam cum ad eum triumuirum Caesetii Rufi senatoris caput allatum esset, auersantibus id ceteris propius admoueri iussit ac diu diligenterque considerauit. cunctis deinde expectantibus quidnam esset dicturus, 'hunc ego' inquit 'notum non habui'. superba de senatore, inpotens de occiso confessio.

Ext. 1. Satis multa de nostris: aliena nunc adiciantur. Alexandri regis uirtus ac felicitas tribus insolentiae euidentissimis gradibus exultauit: fastidio enim Philippi Iouem Hammonem patrem asciuit, taedio morum et cultus Macedonici uestem et instituta Persica adsumpsit, spreto mortali habitu diuinum, aemulatus est, nec fuit ei pudori filium, ciuem, hominem dissimulare.

2 balineo (i *s. l. m. 2*) *L* ‖ egressus — ambitus *margo A*, *om. A* ‖ hypseum *L et margo A* ‖ 6 securus (*om.* animo) *Π* ‖ 7 cęnare *A* ‖ 8 obnoxium *Par. ut p. 209, 24*, noxium *LA* ‖ 9 quasi ipse L^1A^1 ‖ 10 et *del. Eberhard p. 165 et Gertz p. 296*, *sine uncis Halm* ‖ a *LA*, ab *Par.* ‖ 11 statū** A^2, statutū *L et, ut uid.*, A^1 ‖ 12 temperando *LAΠ*, *em. Perizonius* ‖ 14 casetii A^1 ‖ 15 alatum L^1 ‖ aduersantib; *LA* ‖ 16 proprius LA^1 ‖ 22 exulauit A^2 ‖ 23 Iouem] *add.* sibi *Par.* ‖ ammonem LA^1, *ut nos Par. cf. p. 419, 12* ‖ 24 toedio (*prior* o *punctat.*) *L* ‖ morem excultus LA^1 ‖ 26 aemulatus (*litt.* aem *et prior pars litterae* u *in ras.*) *A*, caput latus L^1, captatus L^2, cap̄ latus *C*, caput emulatus, capere conatus, aucupatus *uel sim. dett.*, imitatus *Par. cf. Curt. VI 6, 2* ‖ pudoris *L et*, s *eras. A*

2. Iam Xerxes, cuius in nomine superbia et inpotentia habitat, suo iure † tam insolenter, quod Graeciae indicturus bellum adhibitis Asiae principibus, 'ne uiderer' inquit 'meo tantum modo usus consilio, uos contraxi. ceterum mementote parendum magis uobis esse quam suadendum'. adroganter, etiam si uictori repetere ei regiam contigisset: tam deformiter uicti nescias utrum insolentius dictum an inprudentius.

3. Hannibal autem Cannensis pugnae successu elatus nec admisit quemquam ciuium suorum in castris nec responsum ulli *nisi* per interpretem dedit. Maharbalem etiam, ante tabernaculum suum clara uoce adfirmantem prospexisse quonam modo paucis diebus Romae in Capitolio cenaret, aspernatus est. adeo felicitatis et moderationis diuiduum contubernium est.

4. Insolentiae uero inter Karthaginiensem et Campanum senatum quasi aemulatio fuit: ille enim separato a plebe balineo lauabatur, hic diuerso foro utebatur. quem morem Capuae aliquamdiu retentum C. quoque Gracchi oratione in Plautium scripta patet.

VI. DE PERFIDIA.

Occultum iam et insidiosum malum, perfidia, latebris suis extrahatur. cuius efficacissimae uires sunt mentiri ac fallere, fructus in aliquo admisso scelere consistit, tum certus, cum credulitatem nefariis

1 xerses *Par.* ‖ 2 tam *LA*, tamen *Perizonius Gertz**, *an* ta⟨men qua⟩m? ‖ insolenter] *add.* usus est *dett. mei omn.*, *sed om. LA* ‖ quod *LA dett.*, qui *Foertsch II 39 Halm*, *delere mauult. Gertz** ‖ 8 an *LA*[2], in *A*[1] ‖ 9 inpudentius *LA*, *em. Guyetus et Perizonius. Interierunt h. l. duo cod. folia continentia uu.* Hannibal — *c. 13, 2* occultari non meretur *L* ‖ 11 in *delend. cens. h. l. et VIIII 15, 1 Eberhard p. 165; at u. N. Q. p. 14* ‖ 12 nisi *om. A*[1] *et dett. nonnulli* ‖ 15 aspenatus *A*[1] ‖ 21 more *A*[1] ‖ aliquandiu *L*[2]*A* ‖ 25 et trahatur *A*[1] ‖ 26 fluctus *A*[1] ‖ admissos *A*[1] ‖ 27 crudelitatem *A*[1]

uinculis circumdedit, tantum inconmodi humano generi adferens, quantum salutis bona fides praestat. habeat igitur non minus reprehensionis quam illa laudis consequitur.

1. Romulo regnante Spurius Tarpeius arci praeerat. cuius filiam uirginem aquam sacris petitum extra moenia egressam Tatius ut armatos Sabinos in arcem secum reciperet corrupit, mercedis nomine pactam quae in sinistris manibus gerebant: erant autem *in* his armillae et anuli magno ex pondere auri. loco potitum agmen Sabinorum puellam praemium flagitantem armis obrutam necauit, perinde quasi promissum, quod ea quoque laeuis gestauerant, sol*uisset*. absit reprehensio, quia inpia proditio celeri poena uindicata est.

2. Ser. quoque Galba summae perfidiae: trium enim Lusitaniae ciuitatium conuocato populo tamquam de conmodis eius acturus VIII, in quibus flos iuuentutis consistebat, electa et armis exuta partim trucidauit, partim uendidit. quo facinore maximam cladem barbarorum magnitudine criminis antecessit.

3. Cn. autem Domitium summi generis et magni animi uirum nimia gloriae cupiditas perfidum existere coegit: iratus namque Bituito regi Aruernorum, quod [tum] suam et Allobrogum gentem se etiam tum in prouincia morante ad Q. Fabii successoris sui dexteram confugere hortatus esset, per

1 genere A^1 ‖ 9 pactaq. in A^1 ‖ 10 in his *nos*, his *A*, iis *Halm* ‖ 13 leuis *A* ‖ soluisset *nos in ed. mai.*, *Halm*, *quod ut non latine dictum pro* solueret *reprehendit conicitq. scribend.* necauit perfideque sic prom. — soluit *Gertz**, *et sane* sic *post* quasi *aegre desidero* ‖ soluit *A*, soluerit *Perizonius* ‖ 16 Ser*** quoq. *A* ‖ galba (*sed* ba *in ras.*) *A*, galua *C* triū A^1, tribuū A^2, tribunus enim *margo A* ‖ 18 VIII A^1, CVIII A^2 *e Par.*, u. CVIII mil. *margo A*, XXX milia occisorum *Suet. Galb. 3* ‖ 19 eiecta *margo A* ‖ 21 cladem *A*, partem *D* ‖ 23 nimia *nos*, nimiae *A* ‖ 24 hituito. regi arbennorum A^1, *ut nos* A^2 *e Par.* ‖ 25 tum suam et A^1, tam suam quam et A^2, *nos* tum *e proximo uers. translat. inclusimus*, *an* quod tum *ortum e* quoniam *? Gertz** ‖ 26 atq. fabii A^1 ‖ 27 ortatus A^1

conloquii simulationem arcessitum hospitioque exceptum uinxit ac Romam naue deportandum curauit. cuius factum senatus neque probare potuit neque rescindere uoluit, ne remissus in patriam Bituitus bellum renouaret. igitur eum Albam custodiae causa relegauit.

4. Viriathi etiam caedes duplicem perfidiae accusationem recipit, in amicis, quod eorum manibus interemptus est, in Q. Seruilio Caepione consule, quia is sceleris huius auctor inpunitate promissa fuit uictoriamque non meruit, sed emit.

Ext. 1. Verum ut ipsum fontem perfidiae contemplemur, Karthaginienses Xanthippum Lacedaemonium, cuius optima opera primo Punico bello usi fuerant et quo iuuante Atilium Regulum ceperant, simulantes domum se reuehere, in alto merserunt, quid tanto facinore petentes? an ne uictoriae eorum socius superesset? extat nihilo minus, et quidem cum opprobrio, quem sine ulla gloriae iactura inuiolatum reliquissent.

2. Hannibal porro Nucerinos hortatu suo cum binis uestimentis urbem inexpugnabilibus muris cinctam egressos uapore et fumo balnearum strangulando, et Acerranorum senatum eadem ratione extra moenia euocatum in profundum puteorum abiciendo nonne bellum aduersus populum Romanum et Italiam professus aduersus ipsam fidem acrius gessit, mendaciis et fallacia quasi praeclaris artibus gaudens? quo euenit ut alioqui insignem nominis sui memoriam relicturus, in dubio maiorne an peior uir haberi deberet poneret.

1 arcersitum *A* ‖ 3 neq: *priore loco in ras. A* ‖ 5 religauit A^1 ‖ 7 recepit *A Halm*, *em. nos et Gertz** ‖ 8 in*q* A^2, inqu* A^1 ‖ 9 his A^1 ‖ 12 xantippum *Par. et* (*litt.* x *in ras.*) *A* ‖ 13 bello punico *Π* ‖ 14 quo A^2, q* A^1 ‖ 15 serere uehere A^1, sese reuehere A^2, *ut nos Par.* ‖ in *extr. uers. m. 2 et* alto merserunt *in ras. A*, in a. miserunt *C* ‖ 17 extant A^1 ‖ equidem *A* ‖ 18 opprobria A^1 ‖ 22 balineorum *Par.*, *ut in A VIIII 1, 1 et 5, 3 et ext. 4; at u. II 7, 9* ‖ 24 profundum *Γ*, profundo *A*, profunda *Eberhard p. 165; at u. pp. 106, 1 et 318, 20. cf. tamen N. Q. p. 13*

VII. DE VI ET SEDITIONE.

1. Sed ut uiolentiae *et* seditionis tam togatae quam etiam armatae facta referantur, L. Equitium, qui se Ti. Gracchi filium simulabat tribunatumque aduersus leges *cum* L. Saturnino petebat, a C. Mario quintum consulatum gerente in publicam custodiam ductum populus claustris carceris conuulsis raptum humeris suis per summam animorum alacritatem portauit. 2. idemque Q. Metellum censorem, quod ab eo tamquam Gracchi filio censum recipere nolebat, lapidibus prosternere conatus est, adfirmantem tres tantum modo filios Ti. Graccho fuisse, e quibus unum in Sardinia stipendia merentem, alterum infantem Praeneste, tertium post patris mortem natum Romae decessisse, neque oportere clarissimae familiae ignotas sordes inseri, cum interim inprouida concitatae multitudinis temeritas — pro inpudentia et audacia! — aduersus consulatum et censuram tetendit principesque suos omni petulantiae genere uexauit.

3. Vaesana haec tantum modo, illa etiam cruenta seditio: populus enim Nunnium conpetitorem Saturnini nouem iam creatis tribunis unoque loco duobus candidatis restante ui prius in aedes priuatas conpulit, extractum deinde interemit, ut caede inte-

1 DE — SEDICIONE *Par.*^{2}, *om. Par.*^{1} ‖ 2 uolentiae A^1 ‖ et *om. A et dett.*, *an fuerat* seditionisq. *? Halm* tam (*corr.*, *ut uid.*, *e* quam) *A* ‖ 3 l. aequitium *A*, l. q. equitium *Par.* ‖ 4 titi *A* ‖ 5 cum *Par.*, *om.* A^1C ‖ quintum] sextum *Pighius* ‖ 6 gerentẽ A^1 ‖ 8 amorum A^1, armorum A^2, *em. in dett.* ‖ 9 idem Q. *coni. Perizonius*, *quod uerum uid.* ‖ 10 tamquam] *add.* a ti. *Par.* ‖ 12 .t̃. graccho *A* ‖ 17 inprudentia A^1, imprud. $A^2\Pi$ ‖ 18 aduersus *Π*, et aduersus *AC* ‖ 22 populus] *add.* romanus *Par.*, gens romana *margo Par. m. 3* ‖ nunnium *AC Par.*^{2}, nuntiatum *Par*^{1}. *cf. Liu. perioch. 69*, Ninnius *est in cod. Bamb. Flori II 4 (3, 16)*, *Νώνιος ap. Plut. Mar. 29 et App. ciu. I 28*

gerrimi ciuis facultas apiscendae potestatis taeterrimo [ciui] daretur.

4. Creditorum quoque consternatio aduersus Semproni Asellionis praetoris urbani caput intolerabili modo exarsit. quem, quia causam debitorum susceperat, concitati a L. Cassio tribuno pl. pro aede Concordiae sacrificium facientem ab ipsis altaribus fugere extra forum coactum inque tabernula latitantem praetextatum discerpserunt.

Mil. Rom. 1. Detestanda fori condicio, sed si castra respicias, aeque magna orietur indignatio. cum C. Mario lege Sulpicia prouincia Asia, ut aduersus Mitridatem bellum gereret, priuato decreta esset, missum ab eo Gratidium legatum ad L. Sullam consulem accipiendarum legionum causa milites trucidarunt, procul dubio indignati, quod ab summo imperio ad eum, qui nullo in honore uersaretur, transire cogerentur. sed quis ferat militem scita plebis exitio legati corrigentem?

2. Pro consule istud tam uiolenter exercitus, illud aduersus consulem: Q. enim Pompeium Sullae collegam senatus iussu ad exercitum Cn. Pompei, quem aliquamdiu inuita ciuitate obtinebat, contendere ausum ambitiosi ducis inlecebris corrupti milites sacrificare incipientem adorti in modum hostiae

1 adipisc. *margo A e Par. dett. mei omn.* || 2 ciui *delend. cens. Eberhard p. 165, ego inclusi*, taetro homini *Par.* || 3 sempronii A^2, semproniū A^1 || 6 trib** pl. *A* || 7 altaribus *A*, aris *Π* || 8 tabernula (*litt.* ula *in ras.*) *A*, tabernacula *CE*, tabernulā quā petierat (*corr. e* penerat) *Par.* || latitante (*sic*) p̃ timore petita discerpser̃ det *in ras. A*, *add.* br. q. tabernula quā p. tatitantẽ d. *margo A* || 10 condicio *in ras. A* || 12 sulpi[cia — aduersus] *A ab h. l. mutilus, cum extrema folia muribus, ut uid., ambesa sint, ut multa legi iam non possint, quae uncis inclusi* || 14 ab A^2, ad A^1 || 18 qui fecerat (*sed* q *ex* u *corr.*) *A*, qui ferat *dett. pleriq.* || 20 proconsul *A*, *add.* in proconsulem istud *margo A* || 23 aliquandiu *A* || 24 ambitiosis ducis precibus (*sed. m. 3. s. lin.* illecebris) *Par.*[1] *et ex eo margo A*

mactarunt tantumque scelus, curia castris cedere se confessa, inultum abiit.

3. Ille quoque exercitus nefarie uiolentus, qui C. Carbonem, fratrem Carbonis ter consulis, propter bella ciuilia dissolutam disciplinam militarem praefractius et rigidius astringere conatum priuauit uita satiusque duxit maximo scelere coinquinari quam prauos ac taetros mores mutare.

VIII. DE TEMERITATE.

Temeritatis etiam et subiti *et* uehementes sunt impulsus, quorum ictibus hominum mentes concussae nec sua pericula dispicere nec aliena facta iusta aestimatione prosequi ualent.

1. Quam enim temere se Africanus superior ex Hispania duabus quinqueremibus ad Syphacem traiecit, in unius Numidae infidis praecordiis suam pariter et patriae salutem depositurus! itaque exiguo momento maximae rei casus fluctuatus est, utrum interfector an captiuus Scipionis Syphax fieret.

2. Nam C. Caesaris anceps conatus, etsi caelestium cura protectus est, [non] tamen uix sine horrore animi referri potest: si quidem inpatiens legionum tardioris a Brundisio Apolloniam traiectus per simulationem aduersae ualetudinis conuiuio egressus maiestate sua seruili ueste occultata nauiculam conscendit *et* e flumine Aoo maris Hadriatici saeua tempestate fauces petiit protinusque in altum dirigi

1 se cedere *Π* ‖ 2 abiit *A*[1]*Γ*, habuit *A*[2]*Π* *et dett.* 3 nefariae *A*[1] ‖ 5 praefactius *A*[1] ‖ 6 [priuauit ui]ta *et* 7 [coinquinari — taet]ros *A* ‖ 10 Temeritas *A*[1] ‖ et subiti et *e. codd.?* *Pighius*, et subiti *A*[1], ut subiti *A*[2], subiti et *margo* *AΓ* | 14 se *om.* *Par.* *cf. tamen Liu. XXVIII 18, 10* ‖ 15 quinq. semib; *A*[1] ‖ sypacem *A* ‖ 19 scipio syphacis *A*, *em. J. Fr. Gronouius* ‖ 20 iam *A*[2] ‖ 21 non tamen uix *dett. pleriq.*, uix tamen in *ras.* *A* ‖ 23 legionis *Par.* ‖ 25 maiestatem suā *A* ‖ 26 et e flumine Aoo *optime Gertz**. *cf. Plin. n. h. III 23, 145*, e flumine ac *A*, et e flumine *sine* Aoo *Halm* ‖ 27 petit *A*[1]

iusso nauigio multum ac diu contrariis iactatus fluctibus tandem necessitati cessit.

3. Age, illa quam execrabilis militum temeritas! fecit enim ut A. Albinus, nobilitate, moribus, honorum omnium consummatione ciuis eximius, propter falsas et inanes suspiciones in castris ab exercitu lapidibus obrueretur, quodque accessionem indignationis non recipit, oranti atque obsecranti duci a militibus causae dicendae potestas negata est.

Ext. 1. Itaque minus miror apud trucem et saeuum animum Hannibalis defensionis locum innoxio gubernatori non fuisse, quem a Petilia classe Africam repetens freto adpulsus, dum tam paruo spatio Italiam Siciliamque inter se diuisas non credit, uelut insidiosum cursus rectorem interemit, posteaque diligentius inspecta ueritate tunc absoluit, cum eius innocentiae nihil ultra sepulcri honorem dari potuit. igitur angusti atque aestuosi maris alto e tumulo speculatrix statua quam memoriae Pelori tam Punicae temeritatis ultra citraque nauigantium oculis conlocatum indicium est.

2. Iam Atheniensium ciuitas ad uaesaniam usque temeraria, quae X uniuersos imperatores suos, et quidem a pulcherrima uictoria uenientis, capitali iudicio exceptos necauit, quod militum corpora saeuitia maris interpellante sepulturae mandare non potuissent, necessitatem puniens, cum honorare uirtutem deberet.

VIIII. DE ERRORE.

Temeritati proximus est error, quem ad modum ad laedendum par, ita cui facilius quis ignouerit,

1 multo A^1 ‖ 7 quoq. *A* ‖ 14 diuisam *Par.* ‖ credidit A^2 ‖ 15 inseditiosum *A* ‖ 16 adsoluit A^1 ‖ 17 sepulchri A^1 ‖ 19 memoriā *A* ‖ 20 ultro citroque *Perizonius, recte, ni fallor* ‖ *scribend. uid.* in oculis ‖ 22 aduęrsariā A^1 ‖ 23 X ***** imperatores (uniuersos, *quod habent dett., eras. uid.*) *A, om.* uniuersos *Par.* ‖ equidem *A* ‖ 26 interpellante* (s *eras. uid.*) sępulturae *A* ‖ 31 parit acui A^1

quia non sua sponte, sed uanis concitatus imaginibus culpae se inplicat. qui quam late in pectoribus hominum uagetur si conplecti coner, uitio, de quo loquor, sim obnoxius. paucos igitur eius lapsus referemus.

1. C. Heluius Cinna tribunus pl. ex funere C. Caesaris domum suam petens populi manibus discerptus est pro Cornelio Cinna, in quem saeuire se existimabat iratus ei, quod, cum adfinis esset Caesaris, aduersus eum nefarie raptum impiam pro rostris orationem habuisset, eoque errore propulsus est, ut caput Helui perinde atque Corneli circa rogum Caesaris fixum iaculo ferret, officii sui, alieni erroris piaculum miserabile!

2. Nam C. Cassium error a semet ipso poenas exigere coegit: inter illum enim pugnae quattuor exercituum apud Philippos uarium ipsisque ducibus ignotum euentum missus ab eo Ti*ti*nius centurio nocturno tempore, ut specula, retur quonam in statu res M. Bruti essent, dum crebros excessus uiae petit, quia tenebrarum obscuritas hostesne an conmilitones occurrerent dinoscere non sinebat, tardius ad Cassium rediit. quem is exceptum ab hostibus omniaque in eorum potestatem recidisse existimans finire uitam properauit, cum et castra hostium inuicem capta et Bruti copiae magna ex parte incolumes essent. Titini uero non obliteranda silentio uirtus, qui oculis paulisper haesit inopinato iacentis ducis spectaculo attonitus, deinde profusus in lacrimas 'etsi inprudens' inquit, 'imperator, causa tibi mortis

3 uagatur *A* ‖ 5 C. *eras. in A*, *om. Par.* ‖ 6 suam *om. Par.* ‖ 7 se seuire estimabat *Π* ‖ 11 heluii *A*² ‖ at[que — rogum] caesaris fi[xum — alieni] *A* ‖ 14 nam *A*¹, Iam *A*² ‖ 17 agnotum *A*¹ ‖ tine|**us (*sed* e *extra uers. m. 2.*) *A*, tineius *CEΓ*, tineus *D*, tineo *Par.*¹, tineio *Par.*², tinius *Π*; *at u. Plut. Brut. 43 et App. ciu. IIII 113* ‖ 18 in statu res *A*² *corr. e Par.*, instaurũ *A*¹ ‖ 22 redit *A* ‖ omnia quae *A*¹ ‖ 23 *an* cecidisse? ‖ 24 et castra hostium *in ras. A* ‖ 25 incolumes (*sic h. l.*) *A* ‖ 26 tinei *A* ‖ oblitteranda *A*² ‖ 29 causa (*sed* cau *in ras.*) *A*

fui, tamen, ne id ipsum inpunitum sit, accipe me fati tui comitem', superque exanime corpus eius iugulo suo gladium capulo tenus demisit ac permixto utriusque sanguine duplex uictima iacuit, pietatis haec, erroris illa.

3. Ceterum falsa opinatio nescio an praecipuam iniuriam Lartis Tolumni Veientium regis penatibus intulerit: nam cum in tesserarum prospero iactu per iocum conlusori dixisset 'occide', et forte Romanorum legati interuenissent, satellites eius errore uocis inpulsi interficiendo legatos lusum ad inperium transtulerunt.

X. DE VLTIONE.

Vltionis autem quem ad modum acres, ita iusti aculei sunt, qui lacessiti concitantur, acceptum dolorem *dolore* pensare cupientes: quos latius conplecti non adtinet.

1. Tribunus pl. M. Flauius ad populum de Tusculanis retulit, quod eorum consilio Veliternos Priuernatesque † rebellaturos diceret. qui cum *cum* coniugibus ac liberis squalore obsiti supplices Romam uenissent, accidit ut reliquis tribubus salutarem sententiam secutis sola Pollia iudicaret oportere publice eos uerberatos securi percuti, inbellem multitudinem sub corona uenire. quam ob causam Papiria tribus,

2 cor[pus — g]ladium *et* [demisit — utriusq.] *A* ‖ 6 falsã opinationem scio *A*[1] ‖ 7 lartis *punctat. A*[2], *om. Par.* ‖ tolũnii ueientiũ *in ras. A* ‖ 14 ita iniusti *A*[2] ‖ 15 qui *A Halm*, quia *Eberhard p. 158,* si qui *Gertz** ‖ 16 dolore *nós suppleuimus in Fleckeis. ann. 1886 p. 55, om. A Halm* ‖ 18 m̃. flauius (fla *in ras.*) tr. pl. *A*[2] *Par.* ‖ 19 rettulit *Par. Halm*, tulit *Perizonius* ‖ 20 rebellaturos *A et dett.*, *add.* u. rebellassent *margo A e Par.*, rebellatos *Halm cum Manutio ad Cic. epp. ad fam. VIII 9*, rebellare ausos *Gertz**, *an* rebellaturos usos (*sc.* eorum consilio)? ‖ cum⟨una⟩cum *probabiliter Gertz**, *alterum* cum *h. l. nos suppleuimus*, *post* obsiti *A*[2] *Halm*, *qui tamen post* Romam *mauult addere* ‖ 22 reliquiis, *ut uid.*, *A*[1] ‖ 23 pollia (*sed prior* l *in ras.*) *A*, popilia *CEΠ*; *at u. Liu. VIII 37, 12* ‖ eos publice *Π* ‖ 25 popiria *A*, popilia *Π*

in qua plurimum postea Tusculani in ciuitatem recepti potuerunt, neminem umquam candidatum Polliae tribus fecit magistratum, ne ad eam ullus honor suffragiis *suis* perueniret, quae illis uitam ac libertatem, quantum in ipsa fuit, ademerat.

2. Illam uero ultionem et senatus et consensus omnium adprobauit: cum enim Adrianus ciuis Romanos, qui Vticae consistebant, sordido imperio uexasset idcircoque ab his uiuus esset exustus, nec quaestio ulla in urbe hac de re habita nec querella uersata est.

Ext. 1. Clarae ultionis utraque regina, et Tomyris, quae caput Cyri abscisum in utrem humano sanguine repletum demitti iussit exprobrans illi insatiabilem cruoris sitim simulque poenas occisi ab eo filii sui exigens, et Berenice, quae Laodices insidiis interceptum sibi filium grauiter ferens armata currum conscendit persecutaque satellitem regium, crudelis operis ministrum nomine Caeneum, quem hasta nequiquam petierat, saxo ictum prostrauit ac super eius corpus actis equis inter infesta contrariae partis agmina ad domum, in qua interfecti pueri corpus occultari arbitrabatur, perrexit.

2. Iasonem Thessalum Persarum regi bellum inferre parantem an satis iusta ultio absumpserit ambiguae aestimationis est: Taxillo enim gymnasiarcho a quibusdam iuuenibus pulsatum se questo

1 ciuitatem] urbem *Π* ‖ 3 ad illam *Π* ‖ 4 suffragiis suis A^2E, suffragiis (*om.* suis) $A^1\Pi$, suffr. eorum *CD*, suis suffr. *alii dett.* ‖ 5 quantum $A^2\Pi$ *dett.*, *om.* A^1 ‖ ademerat *Π* *dett.*, adimeret A^1, ademerit A^2 ‖ 7 hadrianus A^2 *Par.*, *ut nos* A^1 *et cod. Vat. Cic. in Verr. V 36, 94 et Oros. V, 20* | ciues A^2 *Par.* ‖ romanus A^1 ‖ 9 ab eis *Par. Halm* ‖ 10 haedere A^1 ‖ 12 ultraq. A^1 ‖ regin|a (a *in ras.*) *A* ‖ thamyris *A*, *add.* u. thameris *margo A*, thomeris *Par.*[1], thamyris *Par.*[2] ‖ 13 utre (*sine litura*) *A* ‖ 14 dimitti *A Par.* ‖ 16 berenicę *A* ‖ laodicis A^2 ‖ 18 satellitem — nomine *dett. omn.*, *om.* *A* | 19 quem *dett.*, qm̃ (*i. e.* quoniam, *ut habet Γ*) *A* ‖ 25 adsumpserit A^1 ‖ 26 taxillo *AΠ*, taxiyppo (*sic*) *Par.*, u. taxyppo *margo A*, Taxippo *Halm*, *nescio an recte* ‖ 27 pulsato A^2, *add.* u. pulsatus | e questo | pmi|sit *margo A*

permisit ut aut tricenas ab his drachmas exigeret aut denas plagas singulis inponeret. quo posteriore uindicta uso qui uapulauerant Iasonem interfecerunt, animi, non corporis dolore poenae modum aestimantes. ceterum paruo inritamento ingenui pudoris maximae rei expectatio subruta est, quoniam opinione Graeciae tantum in spe Iasonis quantum in effectu Alexandri reponitur.

XI. DICTA IMPROBA AVT FACTA SCELERATA.

Nunc, quatenus uitae humanae cum bona tum etiam mala substitutis exemplorum imaginibus persequimur, dicta inproba et facta scelerata referantur.

1. Vnde autem potius quam a Tullia ordiar, quia tempore uetustissimum, conscientia nefarium, uoce monstri simile exemplum est? cum carpento ueheretur et is, qui iumenta agebat, succussis frenis constitisset, repentinae morae causam requisiuit, et ut comperit corpus patris Seruii Tulli occisi ibi iacere, supra id duci uehiculum iussit, quo celerius in conplexum interfectoris eius Tarquinii ueniret. qua tam impia tamque probrosa festinatione non solum se aeterna infamia, sed etiam ipsum uicum cognomine sceleris conmaculauit.

2. Non tam atrox C. Fimbriae est factum et dictum, sed si per se aestimetur, utrumque audacissimum. id egerat, ut Scaeuola in funere C. Marii iugularetur. quem postquam ex uulnere recreatum

1 ab iis *Halm*, *om. Par.* ‖ dragmas *Par. et corr. e* dragmes *A* ‖ 2 in quo *A* ‖ uindictae *A*[2], *add.* BR. quo posterioris uindictae ei qui uapulauerant dolore commoti i. i *margo A e Par.* ‖ 3 uso *dett.*, usu *A* ‖ quia (*sed* a *eras.*) *A* ‖ 4 poena *A*[1] ‖ 7 effectu* *A*, effetu *Π* ‖ 9 DICTA IMPRORA — SCEL. (*sic*) *in ras. m. 2 A* ‖ 10 quatinus *A*[2] ‖ 14 conscientia nefarium *dett. mei omn. et in ras. A*, *expectes* inpietate nef. *Halm* ‖ 15 *an* quae cum? ‖ 16 [et is — agebat] *A* ‖ subcussis *Π* ‖ [frenis — repentinae] mo[rae — comperit] *A* ‖ 17 moras cause *Π*[1] ‖ 18 seruii *AΠ*, serui *Halm* ‖ tullii *Π* ‖ 19 conplexu *AΠ* ‖ 20 quantam (*sed* n *eras.*) *A* ‖ 23 maculauit *Π* ‖ 26 seuola (*corr.* sceu) *A* ‖ 27 creatum *A*[1]

conperit, accusare apud populum instituit. interrogatus deinde quid de eo secus dicturus esset, cui pro sanctitate morum satis digna laudatio reddi non posset, respondit obiecturum se illi quod parcius corpore telum recepisset. licentiam furoris aegrae rei publicae gemitu prosequendam!

3. L. uero Catilina in senatu M. Cicerone incendium ab ipso excitatum dicente 'sentio', inquit 'et quidem illud, si aqua non potuero, ruina restinguam'. quem quid aliud existimemus quam conscientiae stimulis actum reum [a] se inchoati parricidii peregisse?

4. Consternatum etiam Magi Chilonis amentia pectus, qui M. Marcello datum a Caesare spiritum sua manu eripuit, uetus *amicus* et Pompeianae militiae comes, indignatus aliquos sibi amicorum ab eo praeferri: urbem enim a Mytilenis, quo se contulerat, repetentem in Atheniensium portu pugione confodit protinusque ad inritamenta uaesaniae suae trucidanda tetendit, amicitiae hostis, diuini beneficii interceptor, publicae religionis, quod ad salutem clarissimi ciuis recuperandam attinuit, acerba labes.

5. Hanc crudelitatem, cui nihil adici posse uidetur, C. Toranius atrocitate parricidi superauit: namque triumuirorum partes secutus proscripti patris sui praetorii et ornati uiri latebras, aetatem notasque corporis, quibus agnosci posset, centurionibus edidit, qui eum persecuti sunt. senex de filii magis

2 quid] *add.* C. T. quod ei crimen obiecturus esset *margo A e Par.* ‖ 3 digna satis *Π* ‖ laudati A^1 ‖ 5 aegrę (*sic*) A^1. *cf. VI 4, 1; Cic. in Verr. I 2, 5; pr. Mil. 25, 68; Flor. III 23*, aegre A^2 *Halm*, aegro *Gertz p. 296*, acri *Wensky 1884 p. 792* ‖ 7 catillina in senatum m̃. A^1 ‖ ciceronẽ A^1, u. m. catone *margo A ut Par*^{1}. ‖ 9 [restinguam quem qui]d *A*, restinguam *Par. ut Sall. Cat. 31; Cic. pr. Mur. 25, 21; Flor. IIII 1, 7, quod recepi*, extinguam *dett. omn.* ‖ 10 [quam — reum] a se *A* ‖ 11 reum se *Perizonius* ‖ incho[ati — Constern]atum *A* ‖ 12 magii A^2 ‖ 14 amicus *om. ACE, suppl. margo A e Par. cf. Sulpicius ap. Cic. ad fam. IIII 12* ‖ 15 aliquem A^2, u. quemquam *margo A e Par.* ‖ 17 repetente *A* ‖ 18 uesaniae suae (*corr. e* sua) *A* ‖ 22 uideretur A^1 *C* ‖ 23 turanius A^1, *em. e Par.* ‖ 26 acnosci A^1

uita et incrementis quam de reliquo spiritu suo sollicitus an incolumis esset et an imperatoribus satis faceret interrogare eos coepit. e quibus unus 'ab illo' inquit, 'quem tantopere diligis, demonstratus nostro ministerio filii indicio occideris, protinusque pectus eius gladio traiecit. conlapsus itaque est infelix, auctore caedis quam ipsa caede miserior.

6. Cuius fati acerbitatem L. Villius Annalis sortitus, cum in campum ad quaestoria comitia filii descendens proscriptum se cognosset, ad clientem suum confugit. sed ne fide eius tutus esse posset, scelere nefarii iuuenis effectum est, si quidem per ipsa uestigia patris militibus ductis occidendum eum in conspectu suo obiecit, bis parricida, consilio prius, iterum spectaculo.

7. Ne Vettius quidem Salassus proscriptus parum amari exitus. quem latentem uxor interficiendum, quid dicam, tradidit an ipsa iugulauit? quanto enim leuius est scelus, cui tantum modo manus abest?

Ext. 1. Illud autem facinus, quia externum est, tranquilliore adfectu narrabitur. Scipione Africano patris et patrui memoriam gladiatorio munere Karthagine Noua celebrante duo regis filii nuper patre mortuo in harenam processerunt pollicitique sunt ibi se de regno proeliaturos, quo spectaculum illud inlustrius pugna sua facerent. eos cum Scipio monuisset ut uerbis quam ferro diiudicare mallent uter regnare deberet, ac iam maior natu consilio eius obtemperaret, minor corporis uiribus fretus in amentia perstitit initoque certamine pertinacior impietas fortunae iudicio morte multata est.

2 incolomis *A*¹ ‖ et *eras. A* ‖ 4 diligitis (it *eras.*) *A* ‖ 7 ipse *A*¹ ‖ 8 aceruitatem *A*¹, *add.* item *Gertz** ‖ iulius *A*² *Par.* ‖ 12 nefarii (*extrema litt. extra uers., sed m. 1 scripta*) *A*, nefari *Halm* ‖ 16 salassus *A*, u. saius; (*sic, sed* i *s. l.*) *margo A*, saisum *Par.*¹ ‖ 18 quid dicam *uel* quid *del. Perizonius*, quid dicam, interficiendum *transponend. cens. Gertz** ‖ 19 minus *A*¹ ‖ 21 tranquilliorem *A*¹ ‖ 27 uerbis magis quam ferro decernerent uter (*sic*) *Π* ‖ diiudicari *A*², dimicare *Γ* ‖ uter *A*², **ut *A*¹ ‖ 28 consiliis *Π* ‖ 29 amentiã *A*

2. Mitridates autem multo sceleratius, qui non cum fratre de paterno regno, sed cum ipso patre bellum de dominatione gessit. in quo qui aut homines ullos adiutores inuenerit aut deos inuocare ausus sit, *praecipuam* admirationem habet.

3. Quamquam quid hoc quasi inusitatum illis gentibus miremur, cum Sariaster aduersus patrem suum Tigranen Armeniae regem ita cum amicis consenserit, ut omnes *e d*exteris manibus sanguinem mitterent atque eum inuicem sorberent? vix ferrem pro salute parentis tam cruenta conspiratione foedus facientem.

4. Sed quid ego ista consector aut quid his immoror, cum unius parricidii cogitatione cuncta scelera superata cernam? omni igitur impetu mentis, omnibus indignationis uiribus ad id lacerandum pio magis quam ualido adfectu rapior: quis enim amicitiae fide extincta genus humanum cruentis in tenebris sepelire conatum profundo debitae execrationis satis efficacibus uerbis adegerit? tu uidelicet efferatae barbariae immanitate truculentior habenas Romani imperii, quas princeps parensque noster salutari dextera continet, capere potuisti? aut te conpote furoris mundus in suo statu mansisset? urbem a Gallis captam et trecentorum inclytae gentis uirorum strage foedatum *amnem Cremeram et* Alliensem diem

1 mithridates *h. l. A Par.* Mitridatis autem m. sceleratius 〈Pharnaces filius〉, qui *Gertz**, *mihi error uid. ipsius Valerii. cf. Par.* ‖ 3 quis aut *A dett.*, *em. Pighius* ‖ 5 praecipuam admirationem *Perizonius. cf. p. 26, 23*, prae admiratione *A*[1], parem admirationem *Halm*, pro admiratione *A*[2] ‖ habetur *A*[2] ‖ 6 ullis *A* ‖ 8 tigrannen arminiae *A*[1] ‖ 9 e dexteris *Halm*, exteris *A*[1], dexteris — emitterent *margo A* ‖ 10 sorberent *margo A*, soluerent *A* ‖ ferrent *A*, *em. J. Fr. Gronouius* ‖ 13 cons[ector] *et* [immoror — parri]cidii co[gitatione — superata] *A* ‖ 23 conpotem *A*[1] ‖ 25 gellis *A*[1] ‖ 26 amnem (*scil. Cremeram*) et *ingeniose addidit Maduig II 335*, *eumque secutus* amnem Cremeram et *Gertz**, *om. A dett. Halm*, *alii errorem esse ipsius Valerii putant saepe non minus foede lapsi*

et oppressos in Hispania Scipiones et Trasimennum lacum et Cannas bellorumque ciuilium domestico sanguine manantis † furores amentibus propositis furoris tui repraesentare et uincere uoluisti. sed uigilarunt oculi deorum, sidera suum uigorem obtinuerunt, arae, puluinaria, templa praesenti numine uallata sunt, nihilque, quod pro capite augusto ac patria excubare debuit, torporem sibi permisit, et in primis auctor ac tutela nostrae incolumitatis ne excellentissima merita sua totius orbis ruina conlaberentur diuino consilio prouidit. itaque stat pax, ualent leges, sincerus priuati ac publici officii tenor seruatur. qui autem haec uiolatis amicitiae foederibus temptauit subuertere, omni cum stirpe sua populi Romani uiribus obtritus etiam apud inferos, si tamen illuc receptus est, quae meretur supplicia pendit.

XII. DE MORTIBVS NON VVLGARIBVS.

Humanae autem uitae condicionem praecipue primus et ultimus dies continet, quia plurimum interest quibus auspiciis inchoetur et quo fine claudatur, ideoque eum demum felicem fuisse iudicamus, cui et accipere lucem prospere et reddere placide contigit. medii temporis cursus, prout fortuna gubernaculum rexit, modo aspero, modo tranquillo motu peragitur, spe semper minor, dum et cupide

1 trasimennum (*sic*) A^1, thrasimennum A^2, Trasymennum *Halm. u. ad p. 27, 14* ‖ 3 manantis (*sic*) A^1, madentem A^2, manantes *Halm* ‖ furoris (*sed punctat. m. 2 et supr. script.* hemathiã) *A*, *add.* aut hemũ *margo A*, *an* manantis mucrones? *cf. p. 395, 25 et Fleckeis. ann. 1886 p. 62*, manantis acies *mauult Gertz** ‖ 4 nọluisti A^1 ‖ 5 obti[nuerunt a]rae *A* ‖ 6 [numine — ni]hilque *A* ‖ 7 [capite — excu]bare *A* ‖ augusti *dett.*, *ambesa infima folii parte absumptum est in A, em. Perizonius. cf. pp. 271, 3 et 414, 3* ‖ 8 torpore A^1, torpere A^2 ‖ 9 tutelę A^1 ‖ incolomitatis A^1 ‖ 12 legent A^1 ‖ 15 optritus A^2 ‖ 19 pręcipuę *A* ‖ 21 inchoetur (*litt.* et *in ras.*) *A* ‖ 24 contigit *dett.*, contingit *A Halm* ‖ 26 spe* (s *eras. uid.*) *A*

uotis extenditur et fere sine ratione consumitur. nam et si eo bene uti uelis, etiam paruum amplissimum efficies, numerum annorum multitudine operum superando: alioquin quid attinet inerti mora gaudere, si magis exigis uitam quam adprobas? sed ne longius euager, eorum mentionem faciam, qui non uulgari genere mortis absumpti sunt.

1. Tullus Hostilius fulmine ictus cum tota domo conflagrauit. singularem fati sortem, qua accidit ut columen urbis in ipsa urbe raptum ne supremo quidem funeris honore a ciuibus decorari posset, caelesti flamma in eam condicionem redactum, ut eosdem penates et regiam et rogum et sepulcrum haberet.

2. Vix ueri simile est in eripiendo spiritu idem gaudium potuisse quod fulmen, et tamen idem ualuit. nuntiata enim clade, quae ad lacum Trasimennum inciderat, altera *mater*, sospiti filio ad ipsam portam facta obuia, in conplexu eius expirauit, altera, cum falso mortis filii nuntio maesta domi sederet, ad primum conspectum redeuntis exanimata est. genus casus inusitatum! quas dolor *non* extinxerat, laetitia consumpsit. sed minus miror, quod mulieres:

3. M'. Iuuentius Thalna consul, collega Ti. Gracchi consulis iterum, cum in Corsica, quam nuper subegerat, sacrificaret, receptis litteris decretas ei a senatu supplicationes nuntiantibus, intento illas

1 nam et si *A*, *quod*, *si postea scribas* et alioquin, *probat Gertz*; at u. ed. meam mai. p. 268*, nam si *Perizonius*, *fort.* Tametsi, si *Halm* ‖ 4 in ermora *A*, *sed corr. margo A* ‖ 6 euagare *A*[1], euagari *A*[2] ‖ 7 adsumpti *A* ‖ 9 conflaglauit *A*[1] ‖ 10 suppremo *A*[1] ‖ 11 ciuib:* (*sed* b: *in litura*) *A* ‖ 12 in eadem condicione *A*, *em. Pighius* ‖ 13 sepulchrum *A*[1] ‖ 17 ad] apud *Par. ut pp. 27, 14 et 213, 17; at u. p. 44, 18* ‖ Trasimennum *nos. u. ad p. 27, 44*, thrasymennum *A*, thrasimenum *Par.*, Trasymennum *Halm* ‖ 18 acciderat *Par.* ‖ alterã *A*[1] ‖ maſ̃ *in ras. A e Par., om. dett. pleriq.* ‖ 19 obuia *A Par. ut p. 36, 29*, obuiam *dett.*, *u. ad p. 339, 22* ‖ 22 non *om. A*[1] ‖ 24 M'. *nos*, m̃. *A Par.* ‖ inuentius *A*[1] ‖ talna *dett.*, ***** *A*, *om. Par. cf. C. I. L. I fast. ann. 591. p. 530* ‖ 26 decretae* (i *eras. uid.*) supplicationis *A*

animo legens caligine *ob*orta ante foculum conlapsus mortuus humi iacuit. quem quid aliud quam nimio gaudio enectum putemus? en cui Numantia aut Karthago excindenda traderetur!

4. Maioris aliquanto spiritus dux Q. Catulus, Cimbrici triumphi C. Mario particeps a senatu datus, sed exitus uiolentioris: namque ab hoc eodem Mario postea propter ciuiles dissensiones mori iussus, recenti calce inlito multoque igni percalefacto cubiculo se inclusum peremit. cuius * tam dira necessitas maximus Marianae gloriae rubor extitit.

5. Qua tempestate rei publicae L. quoque Cornelius Merula consularis et flamen Dialis, ne ludibrio insolentissimis uictoribus esset, in Iouis sacrario uenis incisis contumeliosae mortis denuntiationem effugit, sacerdotisque sui sanguine uetustissimi foci maduerunt.

6. Acer etiam et animosus uitae exitus Herenni Siculi, quo C. Gracchus et aruspice et amico usus fuerat: nam cum eo nomine in carcerem duceretur, in postem eius inliso capite in ipso ignominiae aditu concidit ac spiritum posuit, uno gradu a publico supplicio manuque carnificis citerior.

7. Consimili impetu mortis C. Licinius Macer uir praetorius, Calui pater, repetundarum reus, dum sententiae diriberentur, [in] maenianum conscendit. si quidem, cum M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, praetextam ponentem uidisset, misit ad eum

1 oborta *Par.*, orta *A* || focum *Par.* || 4 excidenda *A*, *em. Halm in em. Val. p. 32* || 7 uiolentiores A^1 || 9 illito *in ras. A*, *ut nos Par.* || igne *Par.* || 10 cuius] *lacunam*, *quam indicaui*, *explend. censui add.* exitus, *sed melius add.* fati *Gertz**, *sine lacunae nota Halm* || 11 robur A^1 || 12 quā A^1 || 13 ne* (c *eras. uid.*) *A* || 16 s[ui — uetus]tissimi foc[i — animo]sus [uitae — quo C.] *A* || 21 BR. posti eius inflicto. c. *margo A e Par.* || 23 supplicio *dett. mei omn.*, *om. A* || 26 diriuerentur *A*, di***erentur (*corr. m. 2* dicerentur) *Par.*, *em. Pighius* || in *om. Par.*, *inclusit constantem Val. usum secutus Halm* || moenianum conscendit (con *in ras. maiore*) *A*

qui diceret se non damnatum, sed reum perisse, nec sua bona hastae posse subici, ac protinus sudario, quod forte in manu habebat, ore et faucibus suis coartatis incluso spiritu poenam morte praecucurrit. qua cognita re Cicero de eo nihil pronuntiauit. igitur inlustris ingenii orator et ab inopia rei familiaris et a crimine domesticae damnationis inusitato paterni fati genere uindicatus est.

8. Fortis huius mors, illorum perridicula: Cornelius enim Gallus praetorius et T. Etereius, eques Romanus, inter usum [puerilis] ueneris absumpti sunt. quamquam quorsum attinet eorum cauillari fata, quos non libido sua, sed fragilitatis humanae ratio abstulit? fine namque uitae nostrae uariis et occultis causis exposito interdum quae inmerentia *sunt*, supremi fati titulum occupant, cum magis in tempus mortis incidant quam ipsa mortem accersant.

Ext. 1. Sunt et externae mortes dignae adnotatu. qualis in primis Comae, quem ferunt maximi latronum ducis Cleonis fratrem fuisse: is enim ad *P.* Rupilium consulem Hennam, quam praedones tenuerant, in potestatem nostram redactam perductus, cum de uiribus et conatibus fugitiuorum interrogaretur, sumpto tempore ad se colligendum caput operuit innixusque genibus conpresso spiritu inter ipsas custodum manus inque conspectu summi imperii

1 dampnatum A^1 ‖ 4 pone A^1 ‖ 9 [perridicula. Corne-]lius *A* ‖ 10 [et T. — inte]r usum pue[rilis — quamquam] *A* ‖ etereius *CΓ*, etherius *Par.*, *fort.* Hetereius *Halm*, *recte, ut uid. cf. C. I. L. VI P. 3 n. 19447* ‖ 11 puerilis *om. Γ Par. cf. Plin. n. h. VII 53, 54, qui haec e Val. hausit, nos inclusimus Pighium secuti, sine uncis Halm* ‖ 15 quae inmerentia ⟨sunt⟩ *nos*, quaedam inmerentia *Maduig II 335*, quae inmerentia (*om.* sunt) *A* ‖ 16 suppremi *A* ‖ 17 quam ipsa mortem *nos*, quã in ipsa morte *A* ‖ accersant *A*, *ut pp. 224, 10 et 415, 7 cum Par. et Halm.*, arcessant *h. l. Halm* ‖ 18 mortis A^1 ‖ 20 deogenis (*sed* ge *induct.*) *A*, u. cleonis f. *margo A e Par. cf. Diod. Sic. XXXIIII, 2* ‖ P. *Par.*, *om. A* ‖ rutilium *A Par.*, *em. Pighius* ‖ 21 henna — redacta A^2

exoptata securitate adquieuit. torqueant se miseri, quibus extingui quam superesse utilius est, in trepido et anxio consilio quanam ratione uita exeant quaerentes: ferrum acuant, uenena temperent, laqueos adprehendant, uastas altitudines circumspiciant, tamquam magno apparatu aut exquisita molitione opus sit, ut corporis atque animi infirmo uinculo cohaerens societas dirimatur. nihil horum Coma, sed intra pectus inclusa anima finem sui repperit: enimuero non nimio studio retinendum bonum, cuius caduca possessio tam leui adflatu uiolentiae concussa dilabi potuit.

2. Aeschyli uero poetae excessus quem ad modum non uoluntarius, sic propter nouitatem casus referendus. in Sicilia moenibus urbis, in qua morabatur, egressus aprico in loco resedit. super quem aquila testudinem ferens elusa splendore capitis — erat enim capillis uacuum — perinde atque lapidi eam inlisit, ut fractae carne uesceretur, eoque ictu origo et principium fortioris tragoediae extinctum est.

3. Non uulgaris etiam Homeri mortis causa fertur, qui in *Io* insula, quia quaestionem a piscatoribus positam soluere non potuisset, dolore absumptus creditur.

4. Sed atrocius aliquanto Euripides finitus est: ab Archelai enim regis cena in Macedonia domum hospitalem repetens, canum morsibus laniatus obiit: crudelitas fati tanto ingenio non debita.

5. Sicut illi excessus inlustrium poetarum et moribus et operibus indignissimi: Sophocles ultimae iam senectutis, cum in certamen tragoediam demisis-

1 torquanse *A*[1], torquant se *A*[2] ‖ 2 in *delend. cens. recte, ni fallor, Gertz** ‖ 6 exquisito *A*[1] ‖ 9 inclausa *A* ‖ 10 non nimio *Vorstius*, minimo *dett. multi*, *nimio *A*, in nimio *C* ‖ 13 aeschyli* *A*, u. aeschylus *margo A* ‖ 16 aquila* *A* ‖ 17 delusa *Par.* ‖ 18 lapidei (*sic*) *A*[1], *ut nos A*[2] *Par.* ‖ 19 carne (*sed* e *in ras.*) *A* ‖ 20 *scribend. uid.* politioris. *u. Fleckeis. ann. 1886 p. 62* ‖ 21 *legendum uid.* affertur ‖ 22 in insula Io *Gertz**, in Io insula *nos, om.* Io *A Halm* ‖ 24 euripedes *A*[1] ‖ 25 macedonia* *A* ‖ 27 dubita *A*[1] ‖ 28 excussus *A*[1] ‖ 30 certamen *Par.*, certamine *A dett.* ‖ demisisset *nos*, dimisisset *Par. et dett.*, dixisset *in ras. A*

set, ancipiti sententiarum euentu diu sollicitus, aliquando tamen una sententia uictor causam mortis gaudium habuit.

6. Philemonem autem uis risus inmoderati abstulit. paratas ei ficus atque in conspectu positas asello consumente puerum ut illum abigeret inclamauit. qui cum iam comestis omnibus superuenisset, 'quoniam' inquit 'tam tardus fuisti, da nunc merum asello'. ac protinus urbanitatem dicti crebro anhelitu cachinnorum prosecutus, senile guttur salebris spiritus grauauit.

7. At Pindarus, cum in gymnasio super gremium pueri, quo unice delectabatur, capite posito quieti se dedisset, non prius decessisse cognitus est quam gymnasiarcho claudere iam eum locum uolente nequiquam excitaretur. cui quidem crediderim eadem benignitate deorum et tantum poeticae facundiae et tam placidum uitae finem attributum.

8. Sicut Anacreonti quoque, quem usitatum humanae uitae modum supergressum [dum] passae uuae suco tenues et exiles uirium reliquias fouentem unius grani pertinacior in aridis faucibus mora absumpsit.

9. Iungam illos, quos et propositum et exitus pares fecit. Milo Crotoniates, cum iter faciens quercum in agro cuneis adactis fissam uidisset, fretus uiribus accessit ad eam insertisque manibus diuellere conatus est. quas arbor excussis cuneis in suam naturam reuocata conpressit eumque cum tot gymnicis palmis lacerandum feris praebuit.

8 inquid A^1 ‖ 9 hanelitu *A* ‖ 10 chacinnorum A^1 ‖ senilegitur A^1 ‖ 12 gimnasio A^1 ‖ 15 gymnasiarcho (*litt.* nasiarcho *situ deletae*) *A* ‖ [uolente nequiquam] *et* 16 qui[dem — eadem] benignita[te — poeticae] fa[cundiae — attributum] *A* ‖ 19 usitatum *Γ*, uis tantũ (*sic*) A^1, bis sta*tũ (*sic*) A^2 ‖ 20 dum *dett. mei omn. Halm*, *** *A*, *delend. cens. Gertz p. 297* ‖ 21 suco (*sic*) *A*, succo *Halm* ‖ fouentem *Gertz l. c.*, fouente *A*, foueret *C*, fouet *Γ Halm* ‖ 22 mora *Madvig I 74. cf. Halm in Fleckeis. ann. 1874 p. 403*, umor *A et ed. Halm* ‖ adsumpsit A^1 ‖ 23 illo A^1 ‖ p̄positum A^1 ‖ 26 eum *A*

10. Item Polydamas athleta tempestate speluncam subire coactus [est], nimio et subito incursu aquae labefactata ea ac ruente, ceteris comitibus fuga periculi egressis solus restitit tamquam humeris suis totius ruinae molem sustentaturus, sed pondere omni corpore humano potentiore *op*pressus imbris petitam latebram dementis facti sepulcrum habuit. possunt hi praebere documentum nimio robore membrorum uigorem mentis hebescere, quasi, abnuente natura utriusque boni largitionem, [ne] supra mortalem sit felicitatem eundem et ualentissimum esse et sapientissimum.

XIII. DE CVPIDITATE VITAE.

Verum quia excessus e uita et fortuitos et uiriles, quosdam etiam temerarios oratione attigimus, subiciamus nunc aestimationi enerues et effeminatos, ut ipsa conparatione pateat quanto non solum fortior, sed etiam sapientior mortis interdum quam uitae sit cupiditas.

1. M'. Aquilius, cum sibi gloriose *extingui* posset, Mithridati maluit turpiter seruire. quem non*ne* aliquis merito dixerit Pontico supplicio quam Romano imperio digniorem, quoniam conmisit ut priuatum obprobium publicus rubor existeret?

2. Cn. quoque Carbo magnae uerecundiae est

1 polidam' *A* ‖ 2 est *A*, et *Gertz**, *om. ed. Ven. 1478 Halm* ‖ 3 periculi *Gertz p. 296*, periculum *A Halm* ‖ 4 egressis *A*, uitantibus *margo A*, uitantibus egressis *dett. nonnulli* ‖ humeris (*sic*) *A*, umeris *Halm* ‖ 6 *litt.* mano potenti *et* 7 latebram dementi *situ deletae in A* ‖ oppressus *Gertz l. c. coll. Maduig. I 35*, pressus *A Halm* ‖ imbribus *Aldus; at u. Lucan. V 743* ‖ 7 facti *Kellerbauer*, fati *A Halm* ‖ saepulchrum *A*¹ ‖ [possunt — doc]umentum nimio [robore — me]ntis haebes[cere — utriusque] *A* ‖ 10 ne* *A*, *delend. esse uid. Foertsch III 28*, *sine uncis Halm* ‖ 14 fortuito sed *A*¹ ‖ 20 M'. *Pighius*, m̃. *A*, marcus *Par.* ‖ gloriosae *A*¹ ‖ extingui *margo A e Par.*, *om. AC* ‖ posse *A*¹ ‖ 21 quem nonne *Perizonius*, quem non *ACDE*, quem *Γ Halm* ‖ 24 robur *A*¹ ‖ 25 Cn.] c̃. ñ. *A*, c. *Par.*

Latinis annalibus. tertio in consulatu suo iussu Pompei in Sicilia ad supplicium ductus petiit a militibus demisse et flebiliter ut sibi aluum leuare prius quam expiraret liceret, quo miserrimae lucis usu diutius frueretur, eo *us*que moram trahens, donec caput eius sordido in loco sedentis abscideretur. ipsa uerba tale flagitium narrantis secum luctantur, nec silentio amica, quia occultari non meretur, neque relationi familiaria, quia dictu fastidienda sunt.

3. Quid, *D.* Brutus exiguom et infelix momentum uitae quanto dedecore emit! qui a Furio, quem ad eum occidendum Antonius miserat, conprehensus, non solum ceruicem gladio subtraxit, sed etiam constantius eam praebere admonitus ipsis his uerbis iurauit: 'ita uiuam, dabo'. *o* cunctationem fati aerumnosam! o iurandi stolidam fidem! sed hos tu furores inmoderata retinendi spiritus dulcedo subicis sanae rationis modum expugnando, quae uitam diligere, mortem non timere praecepit.

Ext. 1. Eadem Xerxen regem pro totius Asiae armata iuuentute, quod intra centum annos esset obitura, profundere lacrimas coegisti. qui mihi specie alienam, re uera suam condicionem deplorasse uidetur, opum magnitudine quam altiore animi sensu felicior: quis enim mediocriter prudens mortalem se natum fleuerit?

1 in] *fort*. enim *Gertz** ‖ 2 sicilis̃ *A* ‖ petit *A*, petens *Torrenius* ‖ 3 dimisse *A*[1] ‖ album *A*[1] ‖ leuaret *A*[1], releuare *Par.* ‖ 5 eo usque *Aldus*, eoq. *A* ‖ traxit *margo A* ‖ 7 tale* *A* ‖ 9 meretur *Torrenium secutus Halm*, merentur *A* ‖ neque] *quae seqq. usq. ad finem libri VIIII extant in L* ‖ 11 D. *Par.*, *om. LA* ‖ exiguum *A*[2] ‖ 13 conprẹhensus *A*, conpressus *Par.* ‖ 16 ita uiam *LA* ‖ o *dett. nonnulli*, *om. LA* ‖ 17 erumnosam (am *extra uers.*) *A* ‖ 20 praecipit *C*[2], *quod recte, ut uid., praefert Halm* ‖ 22 annos *om. A*[1] ‖ 23 lacrimis *A* ‖ 24 speciem *LA*[1] ‖ 25 [quam altiore] *et* fel[icior — mediocriter] *et* 27 [natum] *situ deleta in A* ‖ 27 fleuerit] *litt.* erit *ambesae in A*

[QVAM EXQVISITA CVSTODIA VSI SINT QVIBVS SVSPECTI DOMESTICI FVERVNT.]

2. Referam nunc eos, quibus aliquos suspectos habentibus exquisitior sui quaesita custodia est: nec a miserrimo, sed ab eo, qui inter paucos felicissimus fuisse creditur, incipiam.

Masinissa rex parum fidei in pectoribus hominum reponens salutem suam custodia canum uallauit. quo tam late patens imperium? quo tantum liberorum numerum? quo denique tam arta beniuolentia constrictam Romanam amicitiam, si ad hanc tuendam nihil canino latratu ac morsu ualentius duxit?

3. Hoc rege infelicior Alexander, cuius praecordia hinc amor, hinc metus torserunt: nam cum infinito ardore coniugis Thebes teneretur, ad ea[nde]m ex epulis in cubiculum ueniens barbarum conpunctum notis Thraciis stricto gladio iubebat anteire, nec prius se eidem lecto committebat quam a stipatoribus diligenter esset scrutatus. supplicium irato deorum numine conpositum, neque libidini neque timori posse imperare. cuius timoris eadem et causa et finis fuit: Alexandrum enim Thebe paelicatus ira mota interemit.

1 *litt. inclusae* [CVS]TO[DIA — QVIBVS] *et* DOMES[TICI FVERVNT] *partim a muribus partim situ deletae in A* || SVNT *L*, *em. uett. edd.*, QVAM EXQVISITA QVIDAM CVSTODIA VSI SINT *Par.*, *apparet spurium esse hunc titulum* || 3 [aliquos suspectos] *et* 4 [quaesita] *A* || aliquos *L et dett.*, alios *Perizonius Halm* || 8 custodia* (m *eras.*) *LA* || 9 tantus l. numerus *D* || 10 arta (ta *in ras.*) *A*, armata *L* || 11 constricta romana amicitia *LA* || hanc (*i. e. salutem*) tuendam *Wensky 16*, haec tuenda *LA Halm* || 15 thebis *A*[2] || eam *nos*, eandem *LA Halm* || 16 ępulis *LA* || coniunctum nothis *LA*[1] || 17 thracis *LA*[1], thraicis *A*[2] || ante[ire — ei]dem *A* || 18 eidem *Gertz**, idem *L dett.*, ibidem *Pighius* || [quam a stipatoribus] *A* || 19 scru[tatus — ira]to deo[rum — *466, 2* duodequadraginta] annorum *A* || 20 numinum *A* || labidine neq. timore *L*[1] || 21 timoris *dett.*, tempore *L* || causam *L*[1] || 22 paelicatus *Halm*, pelicatus *L*

4. Age, Dionysius Syracusanorum tyrannus huiusce tormenti quam longa fabula! qui duodequadraginta annorum dominationem in hunc modum peregit. summotis amicis in eorum locum ferocissimarum gentium homines et a familiis locupletium electos praeualidos seruos, quibus latera sua conmitteret, substituit. tonsorum quoque metu tondere filias suas docuit. quarum ipsarum, postquam adultae aetati adpropinquabant, manibus ferrum non ausus conmittere, instituit ut candentibus iuglandium nucum putaminibus barbam sibi et capillum adurerent. nec securiorem maritum egit quam patrem. duarum enim eodem tempore, Aristomaches Syracusanae et Locrensis Doridis, matrimoniis inligatus neutrius umquam nisi excussae conplexum petiit atque etiam cubicularem lectum perinde quasi castra lata fossa cinxit, in quem se ligneo ponte recipiebat, cum forem cubiculi extrinsecus a custodibus opertam interiore claustro ipse diligenter obserasset.

XIIII. DE SIMILITVDINE FORMAE.

De similitudine autem oris et totius corporis altiore doctrina praediti subtilius disputant, eorumque alii in ea sunt opinione ut existiment illam origini et contextui sanguinis respondere, nec paruum argumentum ex ceteris animalibus trahunt, quae fere gignentibus similia nascuntur. alii negant hanc esse

1 dionisius (*corr.* dyon.) *L* ‖ tyranus *L* ‖ huiusce argumenti *Wensky p. 16* ‖ 2 longam fabulam *L* ‖ 3 hunc mundum *L* ‖ 5 a] ex *Gertz* et sic Cic. Tusc. V 20, 58; at u. p. 1, 4* ‖ 7 detondere *cod. Par.* ‖ 10 candentibus *nos. cf. Cic. l. c. 57*, candentium *LA Halm*, *om. Par.* ‖ iugladium *A*, gladium *L* ‖ 11 nuncupatam minibus (*corr.* manibus) *L*, nuncupatã manib; A^{1}, *ut nos* A^{2} *Par.* ‖ 13 aristhomaches *L*, aristhomacles (*corr.* clis) *A*. *cf. Cic. l. c.* ‖ 14 locrenses *LA* ‖ 15 necutrius LA^{1} ‖ excusae *L* ‖ petit LA^{1} ‖ 16 [etiam cubicularem] *A* ‖ c[astra — lig]neo pon[te — 23 in ea sunt] *A* ‖ 17 cincxit L^{2} ‖ 19 interiore *Guyetus et Madwig II 335*, interiorem *L dett. Halm* ‖ 23 ali L^{1} ‖ 24 parum (*sic*) *LA*

certam naturae legem, sed species mortalium, prout fortuita sors conceptionis obtulit, attribui, atque ideo plerumque ex speciosis deformis et ex robustis inualidos partus edi. *igi*tur, quoniam ista quaestio in ambiguo uersatur, pauca inter alienos conspectae similitudinis exempla referemus.

1. Magno Pompeio Vibius ingenuae stirpis et Publicius libertinus ita similes fuerunt, ut permutato statu et Pompeius in illis et illi in Pompeio salutari possent. certe, quocumque aut Vibius aut Publicius accesserant, ora hominum in se obuertebant, uno quoque speciem amplissimi ciuis in personis mediocribus adnotante.

2. 'Quod quidem fortuitum ludibrium quasi hereditarium ad eum penetrauit: nam pater quoque eius eo usque Menogenis coci sui similis esse uisus est, ut uir et armis praepotens et ferox animo sordidum eius nomen repellere a se non ualuerit.

3. Eximiae uero nobilitatis adulescens Cornelius Scipio, cum plurimis et clarissimis familie suae cognominibus abundaret, in seruilem Serapionis appellationem uulgi sermone inpactus est, quod huiusce nominis uictimari *per*quam similis erat. neque illi aut morum probitas aut respectus tot imaginum quo minus hac contumelia aspergeretur opitulata sunt.

4. Generosissimum consulatus collegium Lentuli

1 mortalibus *probabiliter Gertz** ‖ 3 et speciosis *L* ‖ deformes *A*² ‖ inualidus *LA*¹ ‖ 4 edi. igitur *nos*, editur *LA*¹, edi uerum *A*² ‖ 7 pompei *A*¹, *ut nos Par.* ‖ uiuius *h. l. et* 10 *LA*¹ *corr. e Par.* ‖ 11 hora *A*¹ ‖ 12 *litt.* simi ciuis *et* medio *situ delet. in A* ‖ 13 adnotantem *L*¹*A*¹ ‖ 14 [Quod — fortuitum] *A* ‖ hęre[ditarium — penet]rauit *et* [quoque — Menogenis *A* ‖ 16 menogeni (*corr.* nis) coqui sui persimilis *Par.* ‖ [esse — uir et] *et* [animo — eius] *et* [ualuerit] *A* ‖ 17 ut (*corr. s. l.* &) *L* ‖ 22 sermonem *A*¹ ‖ 23 uictimarii *A*², uictimario *Par.*, *quod probat Gertz**; *at u. lin. 16* ‖ perquam *Kellerbauer. cf. p. 468, 16 et Wölfflin, Lat. Compar. p. 73*, quam *LA*, persimilis *Par.* ‖ 25 hanc contumeliam *LA*¹ ‖ sunt] est *L* ‖ 26 generosissimum *D, quod recepi, probante Gertzio** generosissimus *LA Halm*

et Metelli fuit. qui ambo in scaena propter similitudinem histrionum propemodum spectati sunt. sed alter ex quodam secundarum cognomen Spintheris traxit, alter, nisi Nepotis a moribus accepisset, Pamphili tertiarum, cui simillimus esse ferebatur, habuisset.

5. At M. Messala consularis et censorius Menogenis Curioque omnibus honoribus abundans Burbulei, ille propter oris aspectum, hic propter parem corporis motum, uterque scaenici nomen coactus est recipere.

Abunde sint haec *de* domesticis, quoniam et personis sunt excellentia et non obscura notitia celebrantur.

Ext. 1. Regi Antiocho unus ex aequalibus et ipse regiae stirpis nomine Artemo perquam similis fuisse traditur. quem Laodice uxor Antiochi interfecto uiro dissimulandi sceleris gratia in lectulo perinde quasi ipsum regem aegrum conlocauit admissumque uniuersum populum et sermone eius et uultu consimili fefellit, credideruntque homines ab Antiocho moriente Laodicen et natos eius sibi conmendari.

2. Hybrean autem Mylasenum copiosae atque concitatae facundiae oratorem Cymaeorum seruo strigmenta gymnasii colligenti tantum non germanum fratrem totius Asiae oculi adsignarunt: ita

1 an boi nis (s *eras.*) *L* ‖ scęnam *L*, scęna* *A* ‖ 4 alternis nepotis LA^1 ‖ 5 panphili *Par.* ‖ tertiarum] *add. extra uers. m. 2* actori *A* ‖ esset *L* ‖ 6 abuisset L^1, habuisse A^2 ‖ 7 Ad LA^1 ‖ Messalla *Halm. u. ad p. 68, 11* ‖ 8 *litt. inclusae* [abundans] *et* [oris aspectum hic] *et* [corporis] motum [uterque] *et* coac[tus est. Abun]de *et* dom[esticis quonia]m *situ delet. in A* ‖ 12 de *om.* LA^1 ‖ 13 no[n obscura noti]tia [celebrantur] *A* ‖ notitiae *L* ‖ 15 et 22 anthioco L^1A ‖ [unus ex] aeq. [et ipse] *A* ‖ 16 no[mine — per]quam *A* ‖ 17 tr[aditur — Laodice] *A* ‖ laudice *L* ‖ anthioci LA^1, anthiochi A^2 ‖ 19 per[inde quasi] *A*, perinde ac si *Par.* ‖ 24 hybreanta *L et dett. pauci; at u. Strab. XIIII 24 p. 659, ut nos A* ‖ 25 oratorum A^1 ‖ cymeorum *LA*

liniamentis oris et omnium membrorum conpares erant.

3. Ille uero, quem in Sicilia prouinciae *rect*oris admodum similem fuisse constat, petulantis animi: pro consule enim dicente mirari se quapropter sui tam similis esset, cum pater suus in eam prouinciam numquam accessisset, 'at meus' inquit 'Romam accessit': ioco namque lacessitam matris suae pudicitiam inuicem suspicione in matrem eius reiecta audacius quam uirgis et securibus subiecto conueniebat ultus est.

XV. DE IIS QVI INFIMO LOCO NATI MENDACIO SE CLARISSIMIS FAMILIIS INSERERE CONATI SVNT.

Sed tolerabilis haec et uni tantum modo anceps temeritas. quod sequitur inpudentiae genus nec ferendum ullo modo periculique cum priuatim tum etiam publice late patentis.

1. Nam ut Equitium Firmo Piceno monstrum ueniens, relatum iam in huiusce libri superiore parte, praeteream, cuius in amplectendo Ti. Graccho patre euidens mendacium turbulento uulgi errore, amplissima tribunatus potestate uallatum est, Herophilus ocularius medicus C. Marium VII consulem auum sibi uindicando [ita se] extudit, ut et coloniae se ue-

1 liniamentis (*corr. e* tiis) *L et* s *m. 2 add. A* ‖ *oris *A* ‖ 3 siciliam LA^1 ‖ pũae (*i. e.* prouinciae) rectoris, *Gertz p. 297*, praetoriis LA^1, Surae proconsulis (*coll. Plin. n. h. VII 12, 55*) *Kellerbauer*, proconsulis *D*, praetoris *Halm* ‖ 5 proconsulem *L*, [procons. enim] *A* ‖ dicentem L^1A^1 ‖ [quapropter sui ta]m *A* ‖ 6 [suus — prou]inciam *A* ‖ 7 [at — acce]ssit ioco nam[que — ultus est] *A* ‖ 9 regesta *L et dett. pauci* ‖ 12 DE — NATI] *A* ‖ DE IS *L*, HIS *Halm* ‖ titulum *om. Par.* ‖ 15 torabilis *L* ‖ 16 [in]pudentiae *A* ‖ patentes L^1A^1 ‖ 19 aequitium *LA* ‖ 20 retlatum A^1 ‖ huius celebri LA^1 ‖ partem L^1A^1 ‖ 22 errore] *addend. uid.* et ‖ 24 ocularius *Par., et margo A*, aequarius *L et prior.* a *induct. A* ‖ VII (*s. l. m. 2 add.* es) *A* ‖ 25 ita se *CDEF*, *om. L*, *non constat utrum fuerint necne in A* ‖ extulit *LDF*, *om. L*. excudit *CE*, *em. Gertz* coll. p. 231, 13 et Par.*

teranorum complures et municipia splendida collegiaque fere omnia patronum adoptarent. quin etiam cum C. Caesar Cn. Pompeio adulescente in Hispania oppresso populum in hortis suis admisisset, proximo intercolumnio paene pari studio frequentiae salutatus est. quod nisi diuinae Caesaris uires huic erubescendae procellae obstitissent, simile uulnus res publica excepisset atque in Equitio acceperat. ceterum decreto eius extra Italiam relegatus, postquam ille caelo receptus est, in urbem rediit et consilium interficiendi senatus capere sustinuit. quo nomine iussu patrum necatus in carcere seras prompti animi ad omne moliendum scelus poenas pependit.

2. Ne diui quidem Augusti etiam nunc terras regentis excellentissimum numen intemptatum ab hoc iniuriae genere. extitit qui clarissimae ac sanctissimae sororis eius Octauiae utero se genitum fingere auderet, propter summam autem inbecillitatem corporis ab eo, cui datus erat, perinde atque ipsius filium retentum, subiecto in locum suum proprio filio, diceret, uidelicet ut eodem tempore sanctissimi penates et ueri sanguinis memoria spoliarentur et falsi sordida contagione inquinarentur. sed dum plenis inpudentiae uelis ad summum audaciae gradum fertur, imperio Augusti remo publicae triremis adfixus est.

I 4, 5 ‖ [ita — coloniae] se *A* ‖ se *inclus. Glareanus, Halm*

1 [complures et municipia] *A* ‖ col[legia — patro]norum (*sic*) adopt. [quin — cum C.] caesar c. n. [Pompeio — 7 obstitissent] *A* ‖ 2 patronorum *L* ‖ 4 *ortis (h *eras.*) *L* ‖ proximio *L*[1], *addend. cens.* stans *Gertz**, *malim supplere* proximo intrantibus intercolumnio ‖ 8 aequitio *LA* ‖ cetero *L* ‖ 9 religatus *L*[1]*A*[1] ‖ 12 carcerem *L et* m, *ut uid., eras. A* ‖ 13 ponas *A*[1] ‖ 14 ēτ nunc (*lineola eras.*) *L*, ā nunc *A*, etiam nū *margo A* ‖ 16 extitit enim *A*[2] ‖ 18 corporis] *post h. u. nonnulla excidisse docuit Gertz* bene addens* iussu matris se expositum, *malim tamen scribere* iussu matris expositum, sed ‖ 19 [filium reten]tum *A* ‖ 20 [proprio diceret] *A* ‖ 21 tem[pore — penates] *A* ‖ 22 [memoria sp. et] falsi sordida [contagione inquinarent]ur *A* ‖ 23 dum *edd. uett.*, cū in *L*, cū* *A* ‖ [plenis — uelis ad] *A* ‖ 24 [gradum — Au]gusti remo [publicae tr. adfixu]s *A*

3. Repertus est etiam qui se diceret esse Q. Sertorii filium, quem ut agnosceret uxor eius nulla ui conpelli potuit.

4. Quid Trebellius Calca, quam adseueranter se Clodium tulit! et quidem dum de bonis eius contendit, in centumuirale iudicium adeo fauorabilis descendit, ut uix iustis et aequis sententiis consternatio populi ullum relinqueret locum. in illa tamen quaestione neque calumniae petitoris neque uiolentiae plebis iudicantium religio cessit.

5. Multo fortius ille, qui Cornelio Sulla rerum potiente in domum Cn. Asini Dionis inrupit filiumque eius patriis penatibus expulit uociferando non illum, sed se Dione esse procreatum. uerum postquam a Sullana uiolentia Caesariana aequitas *rem publicam* reduxit, gubernacula Romani imperii iustiore principe obtinente in publica custodia spiritum posuit.

Ext. 1. Eodem praeside rei publicae in consimili mendacio muliebris temeritas Mediolani repressa est. si quidem cum se pro Rubria quaedam, perinde ac falso credita esset incendio perisse, nihil ad se pertinentibus bonis insereret neque ei aut tractus eius splendidi testes aut cohortis Augustae fauor deesset, propter inexpugnabilem Caesaris constantiam inrita nefarii propositi abiit.

2. Idem barbarum quendam ob eximiam similitudinem Cappadociae regnum adfectantem, tamquam

1 etiam — esse Q.] *A* || 2 [quem — uxor eius] *A* || 4 chalcha *LA* || se clod[ium] *A*, sedodium *L* || 5 tu[lit et quide]m *A* || de *L*, *om.* A^1 || 6 c[entumuiral]e *A* || de[scendit] *A* || 9 calum[niae p]etitoris *A* || 10 [iudicantium] *A* || 11 for[tius — Co]rnelio *A* || 12 domu[m — Cn. Di]onis *A* || asini *L et cod. Atrebat. Pighii*, assidionis *C et dett. pleriq.*, asiani bionis *Par.* || 13 patris *LA* || p[enatibus] exp[ulit uocif]erando *A* || 14 [se Dio]ni (*corr. m. 2* ne) esse *A*, se ditioni esse *L* || 15 rep̄. (*i. e.* rem publicam) *nos*, *om.* *LA*, rem *Foertsch I 28 Halm* || 16 reluxit (*om.* remp.) *Novak* || 17 optinente rep̄. in A^2 || 19 temer[itas] *A* || 20 qui[dem cum se] *A* || per[inde — cre]dita *A* || 21 incen[dio — ad se] pertinen[tibus — inex]pugnabilem *A* || 24 inritā (in *corr.*) *L*, intrita* (m *eras. uid.*) A^2

Ari*ar*athes esset, quem a M. Antonio interemptum luce clarius erat, quamquam paene totius orientis ciuitatium et gentium credula suffragatione fultum caput imperio dementer inminens iusto inpendere supplicio coegit.

1 ariathes *LA Par.* ‖ quem (*corr. e* qm̃. *i. e.* quoniam) *LA* ‖ 2 poene *LA* ‖ 4 clementer L^1 ‖ inpend̄ *L*, inpendē A^1, inpendi A^2 ‖ 5 VALERI MAXIMI LIB̄. VIIII EXPLICIT FELICIT̄. *L*, VALERI MAXIMI FA[C]TORV̄ ET DICTORV̄ [ME]MORABILIVM [LIBE]R NONVS EXPLC. *A*.

VALERII MAXIMI
DECEM LIBRI DICTORVM ET FACTORVM MEMORABILIVM IN EPITOMEN REDACTI A
IVLIO PARIDE.

Iulius Paris Licinio Cyriaco suo salutem. Exemplorum conquisitionem cum scirem esse non minus disputantibus quam declamantibus necessariam, decem Valerii Maximi libros dictorum et factorum memorabilium ad unum uolumen epitomae coegi. quod tibi misi, ut et facilius inuenires, si quando quid quaereres, et apta semper materiis exempla subiungeres.

LIBER PRIMVS.

DE RELIGIONE SERVATA AVT NEGLECTA.

Decem principum filii senatus auctoritate singulis 1,1
Etruriae populis percipiendae sacrorum disciplinae gratia traditi sunt. — Cereri, quam more Graeco uenerari instituerant, sacerdotem Calliphanam p. c. a Velia oppido petierunt, quod nondum in ciuitatem Romanam receperant. — Tumultu Gracchano ex libris Sibyllinis Hennam decem uiri missi Cererem propitiauerunt.

Metellus pontifex maximus Postumium cos. eundem- 2

1 *Titulum om. cod.* ‖ 11 subiungeres] *add.* finit epistula haec continentur libro primo. *sequitur capitum index* ‖ 13 AVT NEGLECTA *om. Halm* ‖ 15 sacrorum *om. Halm* ‖ 17 uela ‖ 19 bennam

que flaminem Martialem ad bellum gerendum proficiscentem urbe egredi passus non est, ne caerimoniis Martis desertis inauspicato bellum committeretur.

3 Figulus et Scipio Nasica consulatu se abdicauerunt, quod Ti. Gracchus animaduertisse se dixerat comitiis consularibus uitio tabernaculum captum.

4 P. Cloelius Siculus, M. Cornelius Cethegus, C. Claudius propter exta parum curiose aris admota flaminio abierunt.

5 Q. Sulpicius inter sacrificandum e capite sibi apice delapso sacerdotium deposuit. Fabius Maximus dictaturam, C. Flaminius magisterium equitum dimiserunt occentu soricis audito [per lictorem].

6 P. Licinius p. m. uirginem Vestalem [per lictorem] flagro admonuit, quod quadam nocte parum diligens ignis aeterni custos fuisset.

7 Aemiliae uirginis Vestalis discipula extincto igne, cum adorasset Vestam, carbasum foco superiecit, ex quo subitus ignis emicuit.

8 Honoris ac Virtutis simulacra M. Marcellus separatis aedibus statuit, a collegio pontificum impeditus quominus unam cellam duobus deis dicaret: futurum enim, si quid prodigii in ea accidisset, ne dinosceretur, utri rem diuinam fieri oporteret.

9 L. Furius Bibaculus, cum esset praetor, sex lictoribus praecedentibus ancilia tulit, quamuis uacationem huius officii honoris beneficio haberet.

10 Vrbe a Gallis capta, cum flamen Quirinalis uirginesque Vestales sacra onere partito ferrent, L. Albanius plaustro domesticos uehens conspecto flamine descendere suos iussit receptisque sacris uirgines Caere peruexit: et quia summam uenerationem Caeretani sacris praestiterant, cautum ut sacra caerimoniae dicerentur.

2 cerimoniis ‖ 5 ₸. gracchus ‖ 7 coe*lius (g *eras.*) ‖ 8 aris *om. Val. codd.* ‖ flamonio ‖ 11 delabso *m. 1* ‖ 12 flamonius ‖ omiserunt *corr. e* dimis. *post h. u. uacuum spatium 5 litterar.* ‖ 13 per lictorem *del. Mai. idque h. l. et u. 14 ortum censet e* P. Licinius *Gertz** ‖ 19 subito *Val.* ‖ 20 simulacra] simul causa ‖ 31 sacris *om. Halm*

C. Fabius Dorsuo Capitolium obsidentibus Gallis, ne 11
statum Fabiae gentis sacrificium interrumperet*ur*, *ritu* gabino cinctus per medias hostium stationes in Quirinalem collem peruenit atque inde sacrificio peracto in Capitolium rediit admirantibus Gallis.

Post Cannensem cladem decreuit senatus ne matro- 15
nae ultra tricensimum diem luctus extenderent, ut ab his sacra Cereris peragi possent.

[DE CONTEMPTA RELIGIONE.]

Varro cos. apud Cannas cum Carthaginiensibus in- 16
feliciter conflixit ob iram Iunonis, quia, cum ludos circenses aedilis ederet, in Iouis tensa eximiae formae puerum histrionem ad exuuias tenendas inposuerat [Ambiuium histrionem].

Potitiorum familia Herculis *ira* intra annum interiit, 17
quod inpulsu Appii Claudii morem sacrorum seruos publicos edocuisset. Appius luminibus captus est.

Apollo Carthagine a Romanis oppressa ueste aurea 18
nudatus id egit, ut sacrilegae manus inter fragmenta eius abscisae inuenirentur.

Aesculapius, cum templum in consecrato sibi luco 19
haberet, effecit ut Turullius praefectus M. Antonii in luco ipsius a Caesaris militibus occideretur, quod is ad naues M. Antonio faciendas lucum succiderat.

Q. Fuluius Flaccus, cum in censura tegulas marmo- 20
reas ex templo Laciniae Iunonis sublatas Romam in

2 interrumperet *cod., em. Halm e Val.* ‖ ritu *suppleui e Val. post* Gabino, *probabilius ante h. u. Gertz**, *an* gabino cinctu? *Halm* ‖ 7 tricensimum (n *induct.*) ‖ 12 ederet*** ‖ thensa (h. *m. 2 s. l.*) ‖ 13 histrionem *h. l. om. Halm* ‖ imposuerat *Halm* ‖ Ambiuium histrionem *delend. esse docui in ed. mai. p. 751 sq., ad proximum exemplum traxerat Mai* ‖ 15 familia Herculis (*sic cod. m. 1*) ira i. a. interiit *Gertz**, familiarem (*corr.* familiae) herculis (*corr.* les) intra a. interiit *cod.*, familiam Hercules intra a. interemit *Halm* ‖ 17 et Appius *Gertz** ‖ 20 inuenirentur] *sequitur h. l. exemplum de Brenno, quod ad externa pertinens in fine huius cap. collocauit Halm. cf. p. 14, 23* ‖ 21 templum] contemptum ‖ 22 Turullius *e Val. Gertz**, caruilius *cod. Halm* ‖ 25 censū ‖ 26 Romam *om. Halm*

aedem Fortunae equestris transtulisset, mentis factus est dubiae. cuius casu motus senatus tegulas Locris reponendas curauit.

21 Pleminius legatus Scipionis, cum thesaurum Proserpinae spoliasset, iussus ab ea Romam pertrahi in carcere taeterrimo morbi genere consumptus est. pecunia senatus consulto remissa.

Ext. 1 Pyrrhus coactis Locrensibus ex thesauro Proserpinae pecuniam sibi dare, cum onustus nauigaret, subita tempestate tota cum classe uicinis deae litoribus inlisus est, et ita pecunia recepta est.

2 [† Amsinus] Masinissa rex, cum a praefecto classis suae dentes eboreos eximiae magnitudinis accepisset sublatos e templo Iunonis ex insula Melita, cognito sacrilegio deae remisit.

3 Dionysius Siciliae tyrannus fano Proserpinae Locris spoliato, cum secundo uento nauigaret, 'uidetisne' inquit, 'amici, quam bona nauigatio sacrilegis detur'? idem detracto Ioui Olympio amiculo aureo, quo eum Hiero tyrannus ornauerat, impositoque laneo pallio dixit aestate aurum graue, hieme frigidum esse: lanam ad utrumque tempus aptiorem. idem Epidauri Aesculapio barbam auream demi iussit dicens turpe id ei, cum pater eius leuis conspiciatur. idem mensas argenteas et aureas e fanis tollens, quod erat more Graecorum inscriptum BONORVM DEORVM, uti se bonitate eorum praedicabat. idem Victorias aureas et pateras et coronas, quae simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, tollens accipere se, non auferre dicebat.

4 Timasitheus Liparensis creteram, quam Romani Py-

2 locis, *em. Mai e Val.* ‖ 4 thesaurum *corr. e* thensaurum ‖ 8 thensauro *Mai, de cod. nihil adnotatum* ‖ 9 onustus] *an excidit* praeda? *uel, ut suspicatur Gertz**, nefaria praeda? ‖ 12 Amsinus *ortum uid. litteris partim transpositis e* Masinissa, At non similiter *coni. Mai* ‖ 16 locri ‖ 22 aescolapio *m. 1* ‖ 26 inscribtum *sic semper cod. m. 1,* ⟨iis⟩ inscriptum *Gertz**, *malim* in ⟨iis⟩ scriptum *e Val.* ‖ DEORVM BONORVM *Halm* ‖ 30 Timasitheus] *huius exempli compendium et quae sqq. — § 7* Protagoram *extant etiam in schedula praefixa codici A. scripturas inde enotatas significaui*

thio Apollini miserant, interceptam a piratis curauit Delphos perferendam.

Milesia Ceres Mileto ab Alexandro capta milites, qui 5
templum spoliaturi inruperant, flamma obiecta priuauit oculis.

Proximorum exemplorum, quae in Valerii codicibus interierunt, epitomen ab hoc loco usque ad I 4 ext. 1 suffecturam urbem *suo loco supra p. 13, 10 insertam hic repetere nolui.*

Deiotarus aquila conspecta abstinuit se eius tecti 4 Ext.
usu, quod insequenti nocte corruit.

DE OMINE.

Vrbe a Gallis disiecta, cum Veios p. c. deliberarent 5,1
transire, forte centurio cohortibus redeuntibus in comitio exclamauit, 'signifer, statue signum: hic optime manebimus'. accepto omine senatus omisit consilium Veios transeundi.

Camillus, cum esset precatus, ut si cui deorum ni- 2
mia felicitas p. R. uideretur, in ipsius incommodum caderet, subito procidit lapsu.

L. Paulus consul, cum ei sorte obuenisset ut bellum 3
cum rege Perse gereret, domum regressus filiam nomine Tertiam osculans tristem animaduertit. interrogauit quid ita eo uultu esset. quae respondit Persam perisse. decesserat autem catellus hoc nomine, quem puella in deliciis habuerat.

Caecilia Metelli, dum sororis filiae adultae aetatis 4
nuptiale petit omen, ipsa fecit: namque puella mora standi fessa rogauit materteram ut sibi loco cederet. cui illa 'ego uero' inquit 'libenter tibi mea sede cedo'. quod accidit: non multo enim post defuncta Caecilia Metellus puellam duxit.

littera α ‖ creteram *α*, creterram *cod. Vat.*, crateram *Mai Halm*

10 centurio] *post h. u. excidisse uid.* e praesidio. *cf. Val.* ‖ 11 signa *cod. Halm*, *emendaui e Val.* ‖ 14 si quid eorum *m. 1*, si qui deor. *m. 2* ‖ 15 ipsius] *addend. uid.* caput ‖ 16 labsu *m. 1* ‖ 19 *an* interrogauitque? ‖ 26 sede secedo

5 Marius a senatu hostis iudicatus animaduertit asellum, cum ei pabulum adponeretur, neglecto eo ad aquam procurrentem. quo spectaculo motus accepta *a* Minturnensibus naue Africam petiit.

6 Pompeius Magnus uictus a Caesare et in insulam Cyprum transuectus animaduertit in litore speciosum aedificium gubernatoremque interrogauit quod ei nomen esset. qui respondit *Κατωβασίλεια*. quae uox spem eius quantulamcumque minuit.

7 M. Brutus post parricidium in Caesarem admissum natalem suum celebrans, cum Graecum uersum uellet expromere, hunc potissimum dixit: *ἀλλά με Μοῖρ' ὀλοὴ καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός*. eo autem die, quo periit, in castris Caesaris militibus signum Apollinis est datum.

9 Petilius cons. in Liguria bellum gerens, cum montem nomine Letum obpugnaret, inter adhortationem militum dixit 'hodie ego Letum capiam'. nec longius processit omen: inconsideratius enim proeliando fortuitum uocis prolatum leto suo confirmauit.

Ext. 1 Samii Prienensibus auxilium aduersus Caras petentibus in derisum sibyllam miserunt, hanc pro exercitu ac classe offerentes. qua duce usi Prienenses bellum consummauerunt.

2 Apolloniatae bello Illyrico pressi Epidamnios ut sibi opem ferrent orauerunt. qui fluuium Aeanta se eis in adiutorium missuros dixerunt. omine accepto Apolloniatae deo ueluti duce praesenti usi uicerunt.

DE PRODIGIIS.

6,1 Cum Ser. Tullio dormienti caput ardere uisum esset, Tanaquil admirata eum ut filium educauit et ad regium fastigium euexit.

3 a *om. m. 1* ‖ 4 petit ‖ 8 KATѠBACIΛHA ‖ 12 ΑΛΑ ‖ ΟΛΟΗ ΚΑΙ (Ι *in ras.*) ‖ 13 ΕΚΤΑΝΕΝΥΟΕ *m. 1, sed corr.* ΥΙΟC ‖ perit ‖ 15 peti*lius (*g eras. uid.*), Petillius *Halm* ‖ 17 letam ‖ 19 prolatum] *an* iactum *cum Val.?* ‖ 20 caras (*sic cod. et Val.*), Cares *Mai Halm* ‖ 21 derisu ‖ 22 ac] ad ‖ 25 a*eanta** *sic cod.*, Aeantem *Halm* ‖ 26 Apolloniatae] *an addend.* Aeante? ‖ 27 praesenti usi *nos*, praesentius *cod.* ‖ 29 dormienti *om. Halm* ‖ 30 eum *nos et Gertz**, et *cod. Halm*

2 L. Marcii ducis cum in Hispania capite ignis contionantis eluxisset post mortem duorum Scipionum Publii et Gnaei, resumptis animis miles ita prospere pugnauit, ut uictor exsisteret.

3 Obsidentibus Romanis Veientes lacus Albanus subito solitum stagni modum excessit, datumque responsum fore ut is uinceret, qui aquam emissam per agros diffudisset. quod quia idem Veientium aruspex a milite Romano captus praedixerat, congruente sorti uaticinio, emissus a Romanis lacus causa Veientanae captiuitatis fuit.

4 L. Sulla inter sacra uisa serpente Postumii aruspicis monitu exercitu educto Samnites fudit fugauitque.

5 Secundo Punico bello Cn. Domitii bos locutus fertur 'caue tibi, Romane'.

6 C. Flaminius inauspicato consul creatus, cum apud lacum Thrasymenum cum Hannibale conflicturus [esset] conuelli signa iussisset, lapso equo super caput eius ipse prostratus est. itaque pugnae eius exitus saeuissimus fuit.

7 C. Mancino cos. in Hispaniam ituro pulli e cauea pullari auolauerunt. item uox audita ab Herculis portu talis, 'Mancine, mane'. qua territus cum itinere *conuerso* Genuam petisset et ibi scapham esset ingressus, in ea anguis eximia magnitudine uisa e conspectu abiit. itaque numerum prodigiorum calamitatium numero aequauit, infelici pugna, turpi foedere, deditione funesta.

8 Ti. Gracchus cos. cum in Lucania sacrificaret, duae angues prolapsae adeso hostiae iocinere abierunt. quod cum ter fecissent, tamen Gracchus non cauit ne perfidi hospitis Flaui insidiis in eum locum deduceretur, in quo Poenorum dux Mago cum armata manu delituerat.

2 fluxisset, *em. Mai e Val.* ‖ 3 cnaei ‖ prosper∗e (s *eras.*) ‖ 4 existeret *m. 2* ‖ 8 haruspex *Halm contra cod.* ‖ 9 sorte *Halm* ‖ 10 causa *Mai*, casus *cod.* ‖ 12 sylla, *sic semper* ‖ haruspicis *sic h. l.* ‖ 14 cn̄∗∗ domitii ‖ 17 Thrasimenum *Halm* ‖ esset *delend. inclusi* ‖ 18 iussisset *nos e Val.*, iussit et *cod. Halm. idem mendum detexi II 7, 5* ‖ labso *m. 1* ‖ 22 conuerso *suppleui cum Gertzio* e Val.* ‖ 24 eximia (mia *in ras.*) ‖ 28 prolabsae *m. 1 et sic semper* ‖ 29 ter fecissent *Kellerbauer*, perfecissent *cod.*

9 M. Marcellus Syracusarum captiuitate et Hannibalis ab urbe Nola fuga clarus, cum in hostia prima iecur sine capite inuenisset, in secunda biceps, tamen sibi non cauit: nam cum paucis egredi ausus speculatoribus circumuentus periit.

10 Octauius cos. dirum omen quem ad modum timuit, ita uitare non potuit: e simulacro enim Apollinis per se abrupto capite et ita infixo humo, ut auelli nequiret, armis cum collega suo dissidens Cinna, praesumpsit animo ea re significari exitium suum.

11 M. Crasso ducturo a Carris aduersus Parthos exercitum paludamentum pullum traditum est pro albo aut purpureo: milites taciti ad principia conuenerunt: aquilarum altera uix conuelli a primo pilo potuit, altera aegerrime extracta in contrariam ac ferebatur partem se ipsa conuertit.

12 Cn. Pompeio ultimam belli ciuilis fortunam experiri proponenti aduersa agmini eius fulmina ceciderunt, apium examinibus signa obscurata, ab ipsis altaribus hostiarum fuga facta. — Belli ciuilis die, quod inter C. Caesarem ac Pompeium fuit, in delubris deorum sua sponte signa conuersa sunt, militaris clamor strepitusque armorum magnus Antiochiae et Ptolomaide auditus, sonus tympanorum Pergami editus, palma uiridis Tral*libus* in aede Victoriae sub Caesaris statua inter coagmenta lapidum enata.

Ext. 1 In exercitu Xerxis equae partu leporem editum constat, ut dissimilis exitus initiis portenderetur. — Xerxes montem Athon transgressus inter conuiuia infusum paterae uinum in sanguinem uersum imaginatus est.,

2 Midae dormienti adhuc puero formicae in os tritici

4 speculatoribus *nos*, speculator *cod. Halm*, speculatum *coni. Mai*, speculaturus *Novak* || 10 sui *m. 1* || 11 dicturo *m. 1* || charris *cod. et Halm* || 13 pcipia *m. 1* || 14 primi pilo *m. 2* || 15 aegerrime — conuertit *in calce paginae minutioribus litt. add., sed fortasse plura etiam interciderunt* || 18 *fort.* proponente *Halm* || ap*um || 20 *an* ultimo die? || 23 ptolomaidae (*corr.* maeidae) || 24 tralis in aedae || 27 partu* || edi*tum (c *eras.*)

grana congesserunt. itaque augures feruntur respondisse omnium illum mortalium futurum diuitissimum.

3 Platonis dormientis adhuc paruoli os apes melle impleuerant: qua re audita prodigiorum interpretes singularem eloquii suauitatem ore eius manaturam dixerunt.

DE SOMNIIS.

7,1 Diui Augusti medicus Artorius uidit in somnis, *** uti Augustus quamuis aeger in bellum abiret: fuisse autem eam, quae iusserit, Mineruam. itaque lectica delatus in bellum periculum, quod passurus fuerat, effugit: illo enim bello castra eius a Bruto capta sunt.

3 P. Decius et T. Manlius Torquatus coss. idem somnium uiderunt, ut cuius exercitus laboraret in bello, sese pro eo deuoueret. itaque accidit ut Decii Muris cornu pulsum ab hostibus cederet. tum somnio satis facturus dux pro exercitu se deuouit, et cum ipse perisset, exercitui causa uictoriae fuit.

4 T. Latinius e plebe iussus in somnis a Ioue senatui nuntiare ut coss. ludos instaurarent, quod non rite essent peracti: ante pompae enim inductionem per circum a domino seruum in crucem actum, dubitans subita filii morte oppressus, deinde corporis sui totius ualetudine, cotidie paene monitu Iouis perseuerante, tandem delatus in lectica senatui somnium rettulit et protinus pedibus suis curiam egressus est.

5 Cicero inuidia inimicorum in exilium pulsus in somnis C. Marium obuium sibi factum putauit, ducentem se arrepta manu in suum monumentum dicentemque ibi esse spem status laetioris. nec aliter euenit: nam in aede Iouis Mariana s. c. factum est de reuocando eo.

6 C. Graccho inminentis casus atrocitas palam per quietem denuntiata est; somno enim pressus Tiberii

2 diutissimum *m. 1* ‖ 5 *immo* emanaturam *Halm* ‖ 7 Artorius *om. Halm* ‖ in somnis] somnium *coll. § 3 Gertz**, *mauult tamen supplere* iubentem *coll. Nep., an excidit* speciem praecipientem? *cf. Val.* ‖ 9 itaque] *add.* Caesar *Gertz** ‖ 15 cornu* ‖ 24 somnum *m. 1*

fratris effigiem uidit dicentem nullo modo posse eum uitare ne eo fato periret, quo ipse propulsus a Capitolio occidisset.

7 Cassius Parmensis apud Actium Antonii fractis opibus, cum esset partium eius, Athenas confugit. ibi somno pressus existimauit ad se uenire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, squalidum. interrogatum quisnam esset respondisse *κακὸν δαίμονα*. hoc eadem nocte cum iterum somniasset, † praesens habuit: nam inter hanc noctem et supplicium capitis, quo eum Caesar adfecit, paruum temporis interfuit.

8 Cum gladiatorium munus Syracusis ederetur, Haturius Rufus in quiete retiari se manu confodi uidit, quod et accidit: spectatum enim cum abisset, a retiario, in podium deiecto myrmillone, spectans adtentius gladio ferientis iacentem percussus interiit.

Ext. 1 Hannibal existimatur in somnis uidisse iuuenem a Ioue missum ad se auctoremque factum ac ducem inuadundae Italiae. post paulo inmensum conspexisse serpentem concitato impetu omne, quicquid obuium fuerat, proterentem. adtonitum deinde quidnam id esset monstri interrogasse iuuenem, eumque respondere 'Italiae uides uastitatem: proinde sile et cetera tacitis permitte fatis'.

2 Alexander dux Macedoniae per quietem uisa imagine praemonitus est ut uitae suae custos esset: nam Cassandri pestiferam sibi dextram somnio prius cognouit. erat autem Antipatri filius Cassander ignotus adhuc Alexandro.

3 Simonides, cum ad litus nauigans adpulisset inhumatumque corpus iacens sepulturae dedisset, admonitus est ab eo ne proximo die nauigaret: futuram enim tempestatem, quod et accidit.

4 Croesus, cum duos filios haberet, *uidere* uisus est

2 fato] *add. in marg.* n̄ (= non) || 9 iterum somniasset *Gertz**, persomniasset *cod.*, ter somn. *Halm* || *an scribendum* praesens<it exitum quem> habuit, *mauult* praesens habuit <fatum>: nam *Gertz** || 11 parum *Mai* || 12 gladiatorum || 17 *an* existimauit *e Val.?* || 23 sile et (*corr. e* sit ēē) || promitte || 27 cansander *m. 1* || 33 uidere *nos*, *om. cod. et Halm*, cernere *Mai*

in somnis Atyn filium ferro sibi ereptum. itaque cum adseruaret iuuenem, accidit ut ingentis magnitudinis aper Olympi montis culta crebra cum agrestium strage uastaret. impetrauit ergo a Croeso filius ut ad eum opprimendum mitteretur, et cum acri studio interficiendi suem omnes essent intenti, pertinax casus inminentis uiolentia lanceam petendae ferae gratia emissam in eum detorsit.

Intra priuatum se habitum adhuc Dionysio continente, 6
Himerae quaedam non obscuri generis mulier ascendisse sibi caelum uisa est et ibi conspexisse praeualentem uirum flaui coloris, lentiginosi oris, ferreis catenis uinctum, Iouis solio pedibusque subiectum. eadem cum interrogasset quisnam esset, cognouisse Siciliae atque Italiae dirum fatum. itaque postmodum Dionysius pulsus Syracusis cum Himeram petisset, muliere clamante hac eadem ne reciperetur, † quae uiderat somnium, receptus tyrannidem exercuit.

Mater Dionysii, cum eum adhuc utero conceptum 7
haberet, parere uisa est satyriscum consultoque prodigiorum interprete clarissimum eum fore cognouit.

Hamilcar dux Carthaginiensium, cum Syracusas ob- 8
sideret, per somnum exaudisse uisus est *uocem* nuntiantem 'cras Syracusis cenabis'. itaque laetus spe uictoriae inruptione facta Syracusanorum, expugnatis castris Syracusas uinctus perductus est.

Alcibiades miserabilem exitum suum dicitur nocturna 9
imagine praeuidisse: quo enim pallio amicae suae dormiens opertum se uiderat, eodem interfectus et insepultus iacens contectus est.

Duo familiares Arcades iter una facientes Megara 10
uenerunt, quorum alter se ad hospitem contulit, alter in tabernam meritoriam deuertit. is, qui in hospitio

1 acyn * *m. 1* ‖ 2 adseueraret *m. 1* ‖ 5 et *cod.*, set *recte, ut uid., Halm e coni. Kellerbaueri* ‖ 7 uiolentiae *cod. Halm, em. Maduig* ‖ 10 himera *cod.*, Himeraea *Halm*, Himerae *nos. cf. Val.* ‖ 14 adque *m. 1* ‖ 17 quae uiderat somnium *glossa uid. Halmio*, quē uiderat per somnum *nos et Gertz*. cf. Val.* ‖ 23 uocem *suppleui e Val., om. cod. Halm*

erat, uidit in somnis comitem suum orantem ut sibi coponis insidiis circumuento subueniret. quo uisu excitatus prosiluit et iit ad tabernam. cum omnia circa eam quieta uidisset, lectum ac somnum repetiit. tunc idem saucius obortus petiit ut saltem mortis suae ultor exsisteret: corpus enim suum a copone trucidatum plaustro tum maxime ferri extra portam stercore adopertum. motus his iuuenis protinus ad portam cucurrit et scelere deprenso coponem ad capitale supplicium duxit.

DE VISIS.

8,1 Cum apud lacum Regillum A. Postumius dictator et dux Tusculanorum Mamilius Octauius magnis uiribus inter se concurrerent, Castor ac Pollux Romanarum partium propugnatores uisi sunt hostiles copias fudisse.

P. Vatinius bello Macedonico, Reatinae praefecturae uir, urbem noctu petens existimauit duos iuuenes cum equis albis obuios sibi factos nuntiare die, qui praeterierit, Persen a Paulo captum. quod cum senatui nuntiasset, in custodia habitus est, donec a Paulo indices euentus litterae mitterentur.

2 Ob pestilentiam continuam ab Epidauro Aesculapius accersitus, cum immensae magnitudinis serpens legatorum nauem intrasset, Romam pro deo aduectus in ripam Tiberis egressus est et in insula continenti dicatus illic numen suum posuit.

3 Captis a Furio Camillo Veis Iunonis Monetae simulacrum, cum per *io*cum a milite interrogatum esset an Romam uellet transferri, uelle se respondit.

4 Fortunae simulacrum, quod est uia Latina ad quartum miliarium constitutum a matre Coriolani, locutum fertur 'rite me, matronae, dedistis riteque dicastis'.

4 eum ‖ 5 aborsus *m. 1*, oborsus *m. 2*, *em. Kellerbauer* ‖ ut *om. Mai* ‖ 6 ex∗isteret ‖ 7 plaustro *om. Halm* ‖ cum maxime ‖ 12 mamilius (*sic, non* manilius) ‖ 17 factas ‖ 18 quod *m. 2*, quos *m. 1* ‖ 21 aesculatius *m. 1* ‖ 27 cum per iocum *nos e Val. et Novak Listy X 396*, conpertum cum *cod. et Halm*, *an* coopertum? *Halm* ‖ 29 Fortunae] *an excidit* Muliebris? ‖ at q∗artum *m. 1*

Bello, quo Valerius Poplicola cos. aduersus reges 5
Tarquinios dimicauit, Siluani uox audita est talis: 'uno plus e Tuscis cadent, Romanus exercitus uictor abibit', quod et accidit.

Cum Bruttii atque Lucani odio incitatissimo Thuri- 6
nae urbis peterent excidium et C. Fabricius Luscinus cos. defenderet, Mars uisus est per mediam hostium aciem ad contraria castra euasisse, inde uoce ingenti clamitans factum uictoriae gradum. quod eo fuit manifestius: nam cum cos. inter honorandos milites uallarem coronam proponeret, nemo fuit, qui eam sibi uindicaret, cognitumque est Martem tum populo suo adfuisse.

C. Cassius, cum in acie Philippensi ardentissimo 8
animo perstaret aduersus Octauianum, uidit humano habitu augustiorem C. Caesarem purpureo paludamento amictum, concitato equo in se euntem. itaque territus statim terga uertit, illa uoce edita: 'quid amplius agam, si occidisse parum est?'

L. Lentulus ignarus casus Pompei [ac] praeteruehens 9
litus Aegyptium uisa flamma, qua Pompeius fuerat crematus, 'qui scimus' inquit, 'conmilitones, an hac flamma Cn. Pompeius crematur?'

Appius bello ciuili cum se subducere quaereret, de 10
ea re consulto Apolline tale accepit responsum: 'nihil hoc ad te, Romane, bellum: Euboeae coela optinebis'. qui, cum regionem Euboeae sibi † proposuisset, profectus illo morte occubuit.

3 etruscis *m. 2* ‖ cadet *sic non corr.* ‖ et uictor ‖ 7 dependeret *m. 1* ‖ 9 iactum *m. 1; corr. in marg.* ‖ 10 nam] *expectes* quod ‖ 11 coronam] *add.* propugnatori illi *Gertz** ‖ 12 tum *Halm*, cum *cod.*, tunc *Val.* ‖ 14 philipp*ensi ‖ 20 ac *del. Gertz p. 264* ‖ 24 de ea re *Gertz**, scelere *cod. Halm* ‖ 26 eubo*e ‖ caela *m. 1* ‖ obtinebis *Halm* ‖ 27 regionem *Gertz p. 264 e Val.*, regnum *cod. Halm* ‖ sibi portendi censuisset *nos, sed melius nunc* sibi propo⟨ni cen⟩suisset *Gertz**

DE MIRANDIS.

11 Deusto sacrario Saliorum nihil in eo praeter lituum *Romuli* repertum est incolume. Seru. Tullii statua, cum aedes Fortunae conflagrasset, inuiolata mansit. Quintae Claudiae statua in uestibulo templi deum Matris posita, bis ea aede incendio consumpta, in*tacta* flammis stetit.

12 Acilius Auiola mortuus creditus, postquam rogo superpositus est, uiuere se proclamauit, sed iam circumdatus flamma fato subtrahi non potuit.

Ext. 1 Plato scribit Phereta Pamphylum inter eos, qui in acie ceciderant, decem diebus iacuisse biduoque, postquam inde sublatus es*set*, inpositum rogo reuixisse ac mira quaedam tempore *mortis* uisa narrasse.

2 Quidam uir Atheniensis eruditus, cum ictum lapidis capite excepisset, cetera omnia memoria retinuit, eruditionis totius oblitus est.

3 Nausimenis Atheniensis uxor, cum filiae ac filii stupro interuenisset, inopinato spectaculo percussa obmutuit.

4 Echecles Samius athleta *mutus*, cum ei uictoriae titulus eriperetur, indignatione accensus uocalis euasit.

5 Gorgiae fortis atque nobilis *uiri* origo admirabilis fuit, qui in funere matris suae utero elapsus inopinato uagitu lectum ferentis consistere coegit.

6 Pheraeo Iasoni quidam inimicus, cum eum conaretur occidere, uomicam, quae a nullo medicorum sanari potuerat, gladio percussit et hominem malo pestifero liberauit.

7 Simonides, apud Scopan in urbe Thessaliae Crannone cenans, euocatus a Castore et Polluce ruina liberatus est ea, qua triclinium conuiuas oppressit.

2 deusto* || 3 Romuli *om. cod., suppleui cum Gertzio l.c.* || 6 in⟨tacta⟩ flammis *nos*, in flammis *cod. Halm* || 10 phereta *cod. ueteri mendo. cf. Val. p. 51, 5* || 12 esset *Gertz l.c. e Val.*, est *cod. Halm* || 13 mortis *suppl. Mai e Val., om. cod.* || 20 athleta (*sed* h *induct.*) || mutus *om. m. 1, post* Samius *suppl. Gertz** || 22 uiri *nos et Gertz* e Val., om. cod. Halm* || 27 potuerat *nos et Gertz* e Val.*, poterat *cod. Halm* || 29 crannonae cęnans

8 Daphnites quidam sophistes Apollinem inridendi causa consuluit an equum inuenire posset, cum omnino nullum habuisset. reddita uox est, inuenturum eum equum futurumque ut eo proturbatus periret. itaque accidit ut obuius regi Attalo factus, in quem multa saepe dixerat, e scopulo, cui nomen erat Equi, deiceretur.

9 Philippus rex Macedonum monitus ut quadrigam metueret, denuntiatum periculi genus non effugit: nam Pausanias in capulo gladii, quo eum occidit, quadrigam habuit caelatam.

10 Callanus Indus sua sponte se ardenti rogo superiecturus fertur interpellante Alexandro dixisse 'breui te uidebo'. nec uox fuit uana: namque statim rapida mors eam Alexandri consecuta est.

12 Prusiae regis filius Prusias pro superiore ordine dentium unum os aequaliter extensum habuit.

16 Antipater Sidonius poeta uno tantum modo die, quo genitus erat, febri inplicabatur, [in] quo et decessit.

17 Polystratus et Hippoclides philosophi eodem *die nati eodem* tempore Epicurum audierunt et habendae scholae communione iuncti eodem die decesserunt.

LIBER SECVNDVS.

DE INSTITVTIS ANTIQVIS.

1,1 Apud antiquos non solum publice, sed etiam priuatim nihil gerebatur sine auspicio, quo more nuptiis etiam nunc auspices interponuntur.

2 Feminae cum uiris cubantibus sedentes cenitabant. quae consuetudo ex hominum conuictu ad culturam di-

2 cum omnino *in ras.* ‖ 6 saepe] *an addend. e Val.* contumeliose? ‖ 13 *malim* interpellanti ‖ 15 eam (*sc. uocem*) *nos*, eum *cod. Halm* ‖ 16 Prusiae] *fort. e Val. addend.* Bithyniae ‖ 19 in *inclusi* ‖ 20 die nati eodem *necessario e Val. suppleui*, *om. cod. Halm* ‖ 21 audiebant *Halm* ‖ 22 communionē

uinam penetrauit: nam Iouis epulo ipse in lectum, Iuno et Minerua in sellas ad cenam inuitabantur.

3 Quae uno contentae matrimonio fuerant corona pudicitiae honorabantur.

4 Repudium inter uxorem et uirum ab urbe condita usque ad centesimum et quinquagesimum annum nullum intercessit. primus Sp. Caruilius uxorem sterilitatis causa dimisit.

5 Vini usus olim Romanis feminis ignotus fuit, ne per id in aliquod dedecus prolaberentur.

6 Quotiens inter uirum et uxorem aliquid iurgii intercesserat, in sacellum deae Viriplacae in Palatium ueniebant et ibi inuicem locuti quae uoluerant concordes reuertebantur. dea nomen hoc a placandis uiris adsecuta est.

7 Aliquamdiu nec pater cum filio pubere nec socer cum genere lauabatur.

8 Conuiuium sollemne maiores instituerunt idque caristia appellauerunt, cui praeter cognatos et adfines nemo interponebatur, ut si quae querellae essent ortae, inter necessarias personas soluerentur.

9 Senectuti iuuenta ita cumulatum et circumspectum honorem habuit, ut propinquum suum uel paternum amicum ad curiam deduceret et exspectaret, donec reduceret.

Inuitati ad cenam diligenter quaerebant quinam ei conuiuio essent interfuturi, ne seniorum aduentum praecurrerent, sublataque mensa priores eos surgere patiebantur.

10 Maiores natu in conuiuiis ad tibias egregia superiorum opera cantabant, ut ad ea imitanda iuuentus incitaretur.

Ext. 1 Arcana consilia senatus multis saeculis nullus senator enuntiabat. Q. Fabius Maximus, quod per inprudentiam de tertio bello Punico dixerat P. Crasso, memor eum triennio ante quaestorem factum ignarusque non-

6 quinquagesimam *m. 1* ‖ 12 *an* in Palatio? ‖ 20 querellae (*prior* l *induct.*) ‖ 24 expectaret *m. 2* ‖ 35 Punico] *e Val. supplend. uid.* indicendo

dum eum a censoribus in ordinem senatorium adlectum, a consulibus obiurgatus est. — Cum Asiae rex Eumenes bellum a Perse aduersus p. R. conparari senatui nuntiasset, non ante scire potuit p. R. quid actum in senatu fuisset quam Perses uinceretur.

2 Retinendae gratia grauitatis antiqui nec Graecis umquam nisi latine respondebant, nec ipsos aliter quam per interpretes loquentis audiebant.

3 Molon rhetor, qui studia Ciceronis acuit, primus in senatu sine interprete auditus est.

4 Maiores hunc morem maxime seruabant, ne quis inter consulem et *proximum* lictorem se interponeret. itaque Q. Fabius Maximus v̄ cōs. a filio cos. inuitatus ut inter se et lictorem procederet, ne hostili Samnitium turba, ad quorum conloquium descendebat, elideretur, facere noluit.

Idem ab senatu ad filium cos. legatus missus Suessam Pometiam indignatus est, quod nemo se ex lictoribus equo descendere iussisset. quod cum filius sensisset, proximo lictori ut sibi appareret imperauit. cuius uoci continuo Fabius obsecutus 'non ego' inquit, 'fili, summum imperium tuum contempsi, sed experiri uolui an scires consulem agere'.

5 Legati a senatu Tarentum missi, cum grauissimas iniurias non sine contumelia accepissent, introducti in senatum de his, quae passi erant, questi non sunt, ne quid ultra ac mandatum erat loquerentur.

6 Antea senatus adsiduam stationem eo loci peragebat, qui hodieque senaculum adpellatur: nec expectabat ut edicto contraheretur, sed inde citatus protinus in curiam ueniebat, ambiguae laudis ciuem existumans, qui debitis rei p. officiis iussus fungeretur.

1 a censoribus *om. Halm* ‖ 4 non — fuisset *in marg., sed m. 1 script.* ‖ 12 proximum *suppleui e Val. cum Gertzio** ‖ 13 v̄ cōs *in ras., i. e.* quinquies cons., *ut hab. Val.*, uir consularis *Halm* ‖ 15 descendebat *uel cum Val.* descendebant *Gertz p. 270*, descenderat *cod.* ‖ 17 Idem *Mai*, cum *cod.* ‖ 18 Pometiam *om. codd. Val. Nep.* ‖ ex] *addend. uid.* XI *e Val.* ‖ 25 in theatrum *recte, ut uid., e Val. Gertz** ‖ 27 erat *cod.*, esset *Halm* ‖ eloquerentur *cod. Halm, em. Gertz l. c. e Val.*

7 Tribunis pl. intrare curiam non licebat, sed ante ualuas positis subselliis decreta patrum examinabant. itaque ueteribus senatus consultis C littera subscribi solebat, eaque nota significabatur illa tribunos quoque censuisse.

8 Immolatarum a magistratibus hostiarum exta ad quaestores aerarios delata uenibant. itaque abstinentia artissime constringebatur. — Multorum aes alienum, quia prouincias sincere administrauerant, a senatu persolutum est.

9 Equestris ordinis iuuentus bis urbem spectaculo sui celebrabat, die Lupercalium et equitum probatione. — Fabius censor cum Decio seditionis finiendae gratia, quam comitia accenderant in humillimi cuiusque potestatem redacta, forensem turbam in quattuor tribus discripsit easque urbanas adpellauit. quo tam salubri facto Maximus cognominatus est.

3, 2 Armorum tractandorum meditatio a P. Rutilio cos. Cn. Manli conlega militibus est tradita: is enim ex ludo C. Aurelii Scauri doctoribus gladiatorum arcessitis uitandi atque inferendi ictus rationem leg*ioni*bus instituit.

3 Velitum usus eo bello primum repertus est, quo Capuam Fuluius Flaccus obsedit: nam cum equitatui Campano crebris excursionibus resistere nostri non possent, Q. Nauius centurio e peditibus lectos expediti corporis, breuibus et incuruis septenis armatos hastis, paruo tegumine munitos, ueloci saltu iungere se equitantibus et rursus delabi celeriter edocuit.

4, 2 Theatrum inchoatum a Messala et Cassio censoribus auctore P. Nasica sub hasta ueniit, ne spectaculis po-

3 senatus consult.] sc c littera (*sed* c *in ras.*) *cod.*, *immo* T litt. *non recte Halm.* *u. ad p. 65, 3* ‖ 7 ueniebant, *ut in cod. Val.*, *em. Halm* ‖ 8 constringebantur *cod.*, *em. Halm e Val.* ‖ 12 celebrabant *cod.*, *em. Halm e Val.* ‖ 14 accenderant *nos e Val.*, accendebant *cod.* ‖ 15 descripsit *cod.*, *em. Eberhard et Gertz**. *cf. Val.* ‖ 19 manlio ‖ 21 adq. *m. 1* ‖ iactus ‖ legibus *cod.*, *em. Pighius* ‖ instillauit *probabiliter Gertz** ‖ 26 ex peditib. *Halm* ‖ 28 tegimine *m. 2* ‖ 30 messalla (*prior* l *induct.*)

pulus effeminaretur. — Senatus consulto cautum fuit ne quis in urbe propius*ue* mille passus subsellia poneret sedensue ludos spectaret, ut scilicet remissioni animorum standi uirilitas coniungeretur.

Per DLVIIII annos senatus populo mixtus spectauit. 3 sed hunc morem Atilius Serranus et L. Scribonius aediles ludos Matri deum facientes, posterioris Africani sententiam secuti discretis senatus et populi locis soluerunt.

Ludorum prima origo C. Sulpicio Petico L. Licinio 4 Stolone coss. instituta est, cum graui pestilentia ciuitas laboraret.

Saecularium ludorum initium tale est: cum pesti- 5 lentia urbs agrique uastarentur, Valesius, uir locuples rusticae uitae, duobus filiis et filia laborantibus, aquam eis calidam a foco petens, genibus nixus ut puerorum periculum in ipsius caput transferretur orauit. orta deinde uox est, habiturum eum saluos filios, si continuo Tiberi flumine deuectos Tarentum portasset ibique ex Ditis patris et Proserpinae ara petita aqua eos recreasset. quo praedicto pueros ad ripam Tiberis detulit, lyntre Ostiam petens: et sitientibus aegris succurrere cupiens ex gubernatore cognouit haut procul apparere fumum in loco, qui Tarentus uocabatur. itaque calefactam ibi aquam pueris dedit. qua pota salutari quiete sopiti morte liberati sunt patrique indicauerunt praeceptum sibi in somnis ut ad Ditis patris et Proserpinae aram, a qua potio ipsis erat adlata, furuae hostiae immolarentur, sellisternia ac ludi nocturni fierent. itaque cum urbem arae gratia emendae Valesius petisset, fodientibus seruis eius terram fundamentorum constituendorum causa, reperta est ara Diti patri Proserpinaeque inscripta, ad quam Valesius ludos et sellisternia tribus noctibus, quia totidem *filii* periculo liberati erant, fecit.

2 propius ‖ 5 DLVIIII (*sed* D *in ras.*), DLVIII *Halm cum Val.* ‖ 10 cōs ‖ 14 rusticas *m. 1* ‖ 17 filios saluos *margo A* ‖ 21 luntre *Halm e Val.* ‖ 22 haud *m. 2* ‖ 23 cal*efactam ‖ 25 indicauer̄ *cod.*, indicauere *Halm* ‖ 27 furuae *Gertz p. 270 e Val.*, purae *cod.* ‖ 28 sellis sternia *m. 1* ‖ 31 patri *om. Halm* ‖ 33 filii *om.*, *suppl. Mai*

cuius exemplum Valerius Poplicola Bruti collega studio succurrendi ciuibus secutus apud eandem aram sacrum fecit.

7 Gladiatorium munus primum Romae datum est in foro boario Ap. Claudio Q. Fuluio coss. dederunt Marcus et Decimus filii Bruti Perae funebri memoria patris cineres honorando. athletarum certamen a M. Scauri munificentia tractum est.

5, 1 Statuam inauratam nec in urbe nec in ulla parte Italiae quisquam prius uidit quam a Manio Acilio Glabrione equestris patri poneretur in aede Pietatis, quam aedem ipse dedicauerat.

2 Cn. Flauius scriba, qui fastos uulgauit, cum ad uisendum aegrum collegam suum uenisset neque a nobilibus, quorum frequentia cubiculum erat completum, reciperetur, sellam curulem iussit adferri et in ea consedit.

4 Tibicinum collegium solet in foro inter publicas priuatasque serias actiones personis capite tecto concentus edere hac de causa: uetiti in aede Iouis, quod prisco more factitauerant, uesci Tibur irati se contulerunt. quorum ministerio senatus deserta sacra non aequo animo ferens a Tiburtibus petiit ut eos Romanis templis restituerent. quos illi interposita festae epulationis simulatione mero somnoque sopitos plaustris in urbem deuexerunt. quibus et pristinus honor restitutus et huiusce lusus ius est datum. personarum usus pudorem circumuentae temulentiae causam habet.

6, 2 Lacedaemonii ad dissimulandum uulnerum suorum cruorem puniceis in proelio tunicis utebantur.

5 Corona bonum ciuem decorandi consuetudinem Athenienses induxerunt, duobus oleae conexis ramulis ***.

1 collegae studium ‖ 4 gladiatorum *Mai* ‖ 5 Ap.] a. p. ‖ cōs ‖ m. et ‖ 6 perae *cod. et in marg.* q., *om. Mai* ‖ funeri *m. 1*, funeris *Gertz** ‖ 7 athletarum (*sed* h *induct.*) ‖ 10 primus ‖ manlio ‖ 13 cn̄.*flauius ‖ qui fastus *cod.* ‖ *supplend. uid. e Val.* qui ⟨factus aedilis⟩ fastos ‖ 23 petit ‖ 27 lus**us**is (i *in ras.*) est datus ‖ 28 habent ‖ 32 *notaui lacunam ita fere explendam* caput Periclis cingendo

Apud eosdem Athenienses conuictus a patrono liber- 6
tus ingratus iure libertatis exuitur.

Massilienses tres in eodem manumissiones rescindere 7
permittunt, si ter ab eo deceptum dominum cognouerunt. quarto errori subueniendum non putant. — Iidem nullum aditum in scaenam mimis dant, quod argumenta eorum maiore ex parte stuprosos continent actus. — Apud Massilienses a condita urbe gladius est, quo noxii iugulantur, robigine iam exesus, sed index in minimis quoque rebus omnia antiquae consuetudinis monumenta seruantium. — Apud eosdem duae ante portas arcae iacent, una qua seruorum ad sepulturae locum corpora plaustro deuehuntur, altera qua liberorum sine planctu, adhibito necessariorum conuiuio. — Apud eosdem e cicuta temperatum publice custoditur uenenum, quod datur ei, qui causas sescentis — id enim senatus nomen est — exhibuit, propter quas mors illi sit expetenda.

Eorundem intrare oppidum cum telo nulli permit- 9
titur, praestoque est qui id custodiae gratia acceptum exituro reddat.

Celtiberi nefas esse ducebant proelio superesse, cum 11
is occidisset, pro cuius salute deuouerant spiritum.

Thraciae natio natales hominum flebiliter, exsequias 12
uero cum hilaritate celebrat.

Lycii, cum eis incidit luctus, muliebrem uestem in- 13
duunt, ut deformitate cultus commoti maturius maerorem proiciant.

Indorum feminae mortuo marito, cum uni more 14
patrio plures nuptae sint, in iudicium ueniunt, quam ex eis maxime dilexerit. uictrix gaudens coniugis se flammis superiacit.

In Africa Cirtae fanum est Veneris, in quod se ma- 15
tronae conferebant atque inde procedentes *ad* quaestum dotem iniuria corporis contrahebant.

Persae liberos suos non prius aspiciebant quam se- 16

2 exsuitur *m. 1* ‖ 6 scęnam *m. 1*, schęnam *m. 2* ‖ 24 exequias *m. 2* ‖ 30 nubtae *m. 1* ‖ 34 ad *om.*, *suppl. Mai*

ptimum annum conplessent, quo paruolorum amissionem aequiore animo ferrent.

17 Numidae reges more gentis suae nulli mortalium osculum ferebant, ut dignitas consentiret imperio.

DE DISCIPLINA MILITARI.

7, 1 P. Cornelius Scipio cos. in Hispaniam aduersus Numantinos missus die, quo castra intrauit, edixit ut omnia ex his, quae uoluptatis causa comparata erant, submouerentur. itaque constat maximum inde institorum numerum cum duobus milibus scortorum abisse.

2 Metellus cos., cum exercitum in Africa Iugurthino bello nimia Sp. Albini indulgentia corruptum accepisset, Scipionis sectam secutus est.

3 P. Rupilius cos. eo bello, quod in Sicilia cum fugitiuis gessit, Q. Fabium generum suum, quia neglegentia Tauromenitanam arcem amiserat, prouincia iussit decedere.

4 C. Cotta P. Aurelium Pecuniolam sanguine sibi iunctum, quem obsidioni Liparitanae praefecerat, uirgis caesum militiae munere inter pedites fungi coegit, quod eius culpa agger incensus et paene castra capta erant.

5 Q. Fuluius Flaccus censor Fuluium fratrem consortem legionem, in qua tr. mil. erat, dimittere iniussu cos. ausum, suis tamen mensibus, senatu mouit.

6 Postumius dictator A. Postumium filium, quod iniussu suo hostes fuderat, uictorem securi percussit. — Torquatus Latino bello consul filium, quod prouocatus a Gemino Maecio duce Tusculanorum ad dimicandum se ignaro descenderat, uictorem securi percussit.

7 L. Quintius Cincinnatus dictator deuictis Aequis L. Minucium consulatum deponere coegit, quod castra eius idem hostes obsederant.

8 Papirius dictator, cum aduersus imperium eius Q. Fabius Rullianus magister equitum exercitum in aciem

7 *an* eodem die? ‖ 14 rutilius ‖ in eo bello *Halm* ‖ 23 demittere ‖ 28 geminio *m. 2* ‖ 34 rutilianus *m. 2*

eduxisset, quamuis uictor esset, uirgas tamen expediri eumque nudari iussit.

L. Calpurnius Piso cos., cum in Sicilia bellum ad- 9
uersus fugitiuos gereret, *et* C. Titius praefectus sociorum multitudine hostium circumuentus sub iugum se mitti passus esset, iussit eum toga laciniis abscisis amictum discinctaque tunica indutum in principiis stare, turmasque equitum, quibus praefuerat, ademptis equis in funditorum numeros transcripsit.

Q. Metellus, cum apud Contrebiam res gereretur, 10
conlocatas a se in quadam statione quinque cohortes atque ex ea depulsas repetere eundem locum iussit edixitque, ut si quis ex eis fugiens castra repetisset, pro hoste interficeretur.

Q. Fabius Maximus omnium, qui ex praesidiis Ro- 11
manorum ad hostem transfugerant captique erant, manus abscidit, ut trunca prae se brachia gerentes metum reliquis defectionis inponerent.

Scipio Africanus uicta Carthagine grauius in Roma- 12
nos quam in Latinos transfugas animaduertit: hos enim tamquam patriae fugitiuos crucibus adfixit, illos tamquam perfidos socios securi percussit.

Scipio Numantinus capta Carthagine exterarum gen- 13
tium transfugas in edendis populo spectaculis bestiis obiecit.

L. Paulus Perse rege superato eiusdem culpae ho- 14
mines elephantis obterendos substrauit.

L. Marcius trib. mil., cum reliquias duorum exer- 15
cituum P. et Cn. Scipionum dispersas mira uirtute collegisset, de rebus actis a se scribens in hunc modum orsus est: 'L. Marcius pro praetore'. cuius honoris usurpatione uti eum p. c. non placuit, quia duces a populo, non a militibus creari solerent. — Cum magnum numerum captiuorum p. c. a Pyrro ultro missum rece-

1 uictor esset *nos et Gertz**, uictorem *cod. Halm* ‖ 4 et *om. m. 1* ‖ 6 togula ciniis *m. 1* ‖ 9 numerum *Val.* ‖ transscripsit *Halm* ‖ 23 Scipio — obiecit *om. Mai* ‖ 29 collegisset] *an e Val. addend.* eorumque suffragiis dux creatus esset? ‖ 31 honor *m. 1* ‖ 34 pyrrho *m. 2 et Halm*

pissent, decreuerunt ut ex iis qui equo meruerant peditum numero militarent, qui pedites fuerant in funditorum numerum transcriberentur. — Parem iram senatus aduersus illos destrinxit, qui Cannensi pugna superfuerant, mortuorum loco habiti. itaque, cum petisset M. Marcellus ut eorum opera ad expugnationem Syracusarum uteretur, rescripsit indignos esse qui in castra reciperentur: ceterum se ei permittere ut faceret quod expedire rei p. iudicasset, dum ne quis ex his dono militari donaretur. — Idem senatus, cum grauiter tulisset Q. Petilii cos. mortem occisi a Liguribus, legioni stipendium eius anni dari uetuit. — Idem senatus, cum milites, qui Regium iniusto bello occupauerant mortuoque duce Iubellio M. Caesium scribam eius imperatorem delegerant, carcere inclusisset, M. Furio Flacco trib. pl. denuntiante ne in ciues Romanos animaduerteretur, nihilo minus quinquagenos per singulos dies uirgis caesos securi percuti iussit.

Ext. 2 Clearchus Lacedaemoniorum dux militibus saepe dicebat imperatorem potius quam hostem metui debere: futurum enim, ut spiritum poenae inpenderent, quem pugnae noluissent.

DE IVRE TRIVMPHANDI.

8, 1 Ob leuia proelia quidam imperatores triumphos sibi decerni postulabant. itaque lege cautum est ne quis triumpharet, nisi qui quinque milia una acie fudisset. postea P. Marcius et M. Cato trib. pl. tulerunt poenam imperatoribus statui debere, qui aut hostium occisorum aut amissorum militum falsum numerum indicassent.

2 C. Lutatius cos. et Q. Valerius praetor, cum insignem Poenorum classem delessent, post triumphum Lutatii et Valerio sibi ius triumphi postulante, Lutatio

1 peditum — fuerant *in marg. m. 1 add.* || 4 pugnae *uel* e Cann. pugna *recte, ut uid., Gertz p. 267* || 5 habitos *Gertz**, *an* mortuorum ⟨enī⟩ loco? || 12 cum *om. Halm* || 13 regulum *m. 2* || 15 inclusisset *nos,* inclusit et *cod. Halm. cf. p. 479, 18* 23 *titulum h. l. om. habet in ras. ante § 2* || 26 acie cidisset *Gertz** || 27 [illegible]rius (*sic*) || 30 c. lutatius — classem *in ras.*

petitioni resistente, iudex electus Atilius Calatinus cum interrogasset cuius auspiciis illo die pugnatum esset, dicente Valerio' 'consulis', 'secundum Lutatium' inquit 'litem do'.

Cn. Fuluius Flaccus triumphi honorem decretum sibi 3
a senatu spreuit. itaque continuo quaestione publica adflictus exilio multatus est.

P. Scipioni ob reciperatas Hispanias, M. Marcello 5
ob captas Syracusas triumphus non est decretus, quod ad eas res gerendas sine ullo erant missi magistratu.

Moris est ab imperatore ducturo triumphum consules 6
inuitari ad cenam ac deinde rogari ut uenire supersedeant, ne quis eo die, quo ille triumpharit, maioris in eodem conuiuio sit imperii.

DE CENSORIA NOTA.

Camillus et Postumius censores aera poenae nomine 9, 1
eos, qui ad senectutem caelibes peruenerant, in aerarium deferre iusserunt.

M. Valerius Maximus C. Iunius Bubulcus censores 2
L. Annium senatu mouerunt, quod quam uirginem duxerat repudiasset nullo amicorum consilio adhibito.

Porcius Cato L. Flamininum senatu mouit, quod ad 3
arbitrium mulieris *in* conuiuio damnatum securi percussisset.

Fabricius Luscinus Cornelium Rufinum senatu mo- 4
uit, quod decem pondo argenti haberet.

M. Antonius et L. Flaccus censores Duronium se- 5
natu mouerunt, quod legem, quae coercendis conuiuiorum sumptibus lata erat, tribunus pl. abrogauerat.

M'. Valerius et L. Sempronius censores quadrin- 7
gentos iuuenes equestris ordinis aerarios fecerunt, quia

3 cōs ‖ 9 quod (qu *in ras.*) ‖ 11 cōs ‖ 12 supersedeant (n *punctat.*) ‖ 13 triumphabit ‖ 17 peruenerunt *cod. Halm, em. Gertz p. 271 e Val.* ‖ 23 in *om.* ‖ *an* quendam damnatum *cum Val.?* ‖ percussit *cod. Halm, em. Gertz**, percusserat *Val.* ‖ 28 de coercendis *Val.* ‖ 29 abrogauerunt *m. 1* ‖ 30 M'.] m.

in Sicilia ad munitionum opus explicandum ire iussi non ierant.

8 M. Atilius Regulus et L. Furius Philus M. Metellum quaestorem conpluresque equites Romanos, qui post Cannensem pugnam abituros se Italia iurauerant, aerarios fecerunt. iidem censores et eos graui nota adfecerunt, qui, cum in potestatem Hannibalis uenissent, legati ab eo missi ad senatum de permutandis captiuis, neque impetrassent, in urbe remanserunt.

9 C. Geta, cum a L. Metello et Cn. Domitio censoribus senatu motus esset, postea censor est factus. — M. Valerius Messalla censoria nota perstrictus censoriam postmodum potestatem inpetrauit.

DE MAIESTATE.

10, 1 Q. Metellus cum causam repetundarum diceret et tabulae eius ab accusatore ad nomen inspiciendum circa iudices ferrentur, totum consilium ab earum contemplatione auertit oculos: indignum enim credebatur integritatem tanti uiri exigua cera et paucis litteris perpendi.

2 Rex Antiochus bello, quod cum Romanis gerebat, filium Africani Scipionis a militibus suis interceptum ultro patri remisit. — Ad eundem Africanum in Liter*na* uilla se continentem conplures praedonum duces uidendi eius causa forte confluxerunt. quos cum ad uim faciendam uenire existimasset Scipio praesidiumque domesticorum in tecto conlocasset, dicentibus officii gratia ipsos uenisse aperiri fores iussit et se spectaculo mirantibus praebuit.

3 Cum Aemilii Pauli exsequiae celebrarentur ac forte tunc principes Macedonum Romae morarentur, funebri lecto sua sponte sese subiecerunt.

1 Sicilia *nos e Val.*, siciliam *cod. Halm* ‖ 2 ierunt *cod. Halm, em. Gertz** ‖ 3 pilus ‖ 7 uenissent] *addend. cens.* Romamque essent *Gertz*; at u. Val.* ‖ 16 ab accusatore] *an addend. e Val.* expostulatae? ‖ 18 rebatur *Kellerbauer coll. Val.* (indignum rati), *an* credebat? ‖ 21 a militibus *in lacuna m. 2 add., om. m. 1* ‖ 22 literni *cod. Halm, em. Gertz* e Val.* ‖ 29 exsequiae (s *induct.*)

P. Rutilio in exilium abeunti omnes ciuitates totius 5
Asiae legatos obuiam miserunt, sibi quaeque tanti uiri
praeripientes secessum.

C. Marium in priuata domo Minturnis clausum ser- 6
uus publicus natione Cimber, missus ut occideret, stri-
ctum gladium tenens adgredi non sustinuit.

M. Porcius Cato, inuito C. Caesare cos. aduersus 7
publicanos in curia dicendo cum diem traxisset et iussu
Caesaris a lictore in carcerem duceretur, comitem sibi
populum habuit.

Eodem Catone ludos Florales spectante, quos Mes- 8
sius aedilis edebat, populus ut mimae nudarentur po-
stulare erubuit. quod cum a Fauonio amicissimo sibi
una sedente cognouisset Cato, discessit e theatro.

Harmodii et Aristogitonis, qui Athenas tyrannide Ext. 1
liberauerunt, effigies aeneas Xerxes ea urbe deuicta in
regnum suum transtulit: postea Seleucus in pristinam
sedem reportauit. Rhodii quoque eas urbi suae adpul-
sas, cum in hospitium publice inuitassent, sacris etiam
in puluinaribus collocauerunt.

Xenocrates Atheniensis testimonium dicere coactus, 2
cum ad aram accessisset, ut more eius ciuitatis iuraret
omnia se uere rettulisse, uetitus est iurare sinceritati
eius *id iudicibus* concedendum existimantibus.

LIBER TERTIVS.

DE INDOLE.

Aemilius Lepidus puer etiamnum progressus in aciem 1, 1
hostem interemit, ciuem seruauit, ideoque ei statua in
Capitolio incincta praetexta ex s. c. posita est.

3 discessum *cod. Halm*, *em. Gertz** *e Val.* ‖ 10 populum] *add. immo* senatum *marg.* ‖ 15 harmonii ‖ 16 xerses ‖ 24 id iudicibus *post* iurare *addideram e Val.*, *post* eius *add.* hoc iudicibus *Gertz**, *om. cod. Halm* ‖ 27 etiamnum *constanter Par.*, etiam tum *Gertz** *e Val.*

2 Porcius Cato puer adhuc, cum in domo auunculi sui educaretur, et ad eum tribunum pl. Latini de ciuitate inpetranda uenissent, rogatus ut socios apud auunculum adiuuaret, non facturum se respondit. postremo Poppedius eum in excelsam aedium partem l*eu*atum abiecturum inde, nisi precibus obtemperaret, minatus est: nec hac re incepto moueri potuit. — Idem Cato, cum salutandi gratia praetextatus ad Sullam uenisset et capita proscriptorum in atrium adlata uidisset, paedagogum suum nomine Sarpedonem interrogauit quapropter nemo inueniretur, qui tam crudelem tyrannum occideret: et cum ille custodiri a militibus diceret, eum ut sibi ferrum daret obsecrauit, perfacile se adfirmans interempturum, quod in lecto illius considere soleret.

3 C. Cassius Sullae filium Faustum condiscipulum suum in schola proscriptionem patris laudantem ipsumque, cum primum potuisset, idem facturum minantem colapho percussit.

Ext. 1 Alcibiades Atheniensis, cum puer ad Periclen auunculum suum uenisset eumque tristem inuenisset, dicentem se mandatu ciuitatis propylaea Mineruae, quae sunt ianuae arcis, magna cum inpensa aedificasse nec posse reddere rationem, 'ergo' inquit 'quaere potius quemadmodum rationem non reddas'.

DE FORTITVDINE.

2, 1 Etruscis in urbem ponte sublicio inrumpentibus Horatius Cocles, donec post tergum suum abrumperetur, hostium agmen infatigabili pugna sustinuit, atque ita armatus se in Tiberim misit tutumque nandi euentum habuit.

2 Cloelia inter ceteras uirgines obses Porsenae data, nocturno tempore custodia egressa, Tiberi traiecto patriam turpitudine liberauit.

1 sui] *add.* M. Drusi *et* 3 *post* rogatus] a Poppedio Latii principe *Gertz* e Val.* ‖ 5 leuatum *nos e Val.*, latum *cod. Halm* ‖ 9 pedagogum ‖ 21 mandato *m. 2* ‖ 27 donec] *addend. uid.* pons *e Val.* ‖ 28 ita *sensu caret., an addend.* patria periculo liberata? ‖ 31 porsinae *m. 1* ‖ 32 *an* custodiam? *Halm*

3 Romulus ab Acrone Caeninensium rege ad dimicandum prouocatus occiso eo fusisque hostibus spolia opima Ioui Feretrio rettulit, quae dux duci detraxerat.

4 Cornelius Cossus eidem deo spolia consecrauit a Romulo proximus, cum ducem Fidenatium in acie congressus interemisset.

5 M. Marcellus apud Padum Gallorum regem ingenti exercitu stipatum adgressus obtruncatum armis exuit eaque Ioui Feretrio dedicauit, quae opima tertia haberentur.

6 Scipio Aemilianus, cum in Hispania sub Lucullo duce militaret atque Intercatia praeualidum oppidum circumsederetur, primus moenia eius conscendit.

7 Vrbe a Gallis capta, cum senes in plana parte urbis relicti essent, quia omni numero non sufficiebat arx, qui erant honoribus functi apertis ianuis in curulibus sellis cum insignibus magistratuum, quos gesserant, consederunt: et primum mirantibus Gallis, deinde in risum uersis M. Atilius barbam suam permulcenti Gallo scipionem capiti inflixit eique ad se occidendum ruenti iugulum obtulit.

8 C. Sempronio Atratino cos. cum Volscis apud Verruginem parum prospere dimicante equites delapsi equis se ipsi centuriauerunt, et ita acies restituta est.

9 Fabius Maximus Rullianus uetitus a Papirio Romam gratia auspiciorum redeunte bellum committere aduersus Samnites commisit et equitum uirtute proelii crimine leuatus est.

11 Miles Romanus Cannensi proelio, cum ad retinenda arma inutiles uulneribus manus haberet, spoliare se conantis Numidae ceruicem amplexus *os* naribus et auribus adrosis reddidit deforme.

12 P. Crassus cum Aristonico bellum gerens a Thraci-

9 eaque — dedicauit *om. Mai* ‖ 13 circumsideretur *m. 2* ‖ 15 omnium *Kellerbauer* ‖ 18 et primum (*litterae* et pr *in ras.*) ‖ 20 spipionem *m. 1* ‖ ruenti *nos e Val.*, uenienti *cod. Halm* ‖ 25 rutilianus ‖ 26 aduersu *m. 1* ‖ 31 os *suppleui e Val., om. cod. Halm* ‖ 32 deformem *cod. Halm*

bus inter Elaeam et Zmyrnam exceptus, ne caperetur, uirgam, qua ad regendum equum usus fuerat, in unius barbari oculum direxit. qui ui doloris accensus sica latus Crassi confodit.

13 Scipio Metellus infeliciter Cn. Pompei generi sui defensis partibus naue, qua uehebatur, a Caesarianis capta gladio se traiecit. 'imperator se bene habet' quaerentibus *se* Caesarianis respondit.

14 Cato uictis a Caesare partibus suis gladio se transfodit.

15 Porcia filia Catonis, uxor Bruti, cum uiri sui consilium de interficiendo Caesare cognouisset, cultellum tonsorium quasi unguium resecandorum causa poposcit eoque uelut forte *e*lapso se uulnerauit. clamore deinde ancillarum in cubiculum reuocatus Brutus obiurgare eam coepit, quod tonsoris praeripuisset officium. cui illa 'experiri' inquit 'uolui, si tibi propositum parum ex sententia cessisset, quam aequo animo me essem interemptura'.

16 Cato censorius, cum ei in bello uagina gladius excidisset, subiectum proeliantium globo intrepidus sustulit.

17 Cum Ti. Gracchus palam senatui minaretur, consulentibus patribus de statu rei p. ac de interemendo Graccho cogitantibus, Scaeuola negauit se quidquam ui esse acturum. quo incusato Scipio Nasica se ducem pollicitus [ac] laeuam manum *ima* parte togae circumdedit sublataque dextra proclamauit, 'qui rem publicam saluam esse uult me sequatur'.

18 Cum tribuni plebis Saturninus et Equitius et praetor Glaucia maximos in ciuitate seditionum motus excitarent, M. Aemilius Scaurus iam senex exhortatus Marium sextum consulatum gerentem ut rem p. uindicaret, iussit sibi arma adferri armatusque ante fores curiae stetit ictuque saxi uulneratus est.

1 eleam *cod. Halm* ‖ smyrnam *m. 2. cf. Val.* ‖ 2 uirga | 6 naui *m. 2* ‖ 7 traiecit] *an addend.* et? ‖ 8 se *suppl. Gertz**, *om. cod. Halm* ‖ 14 labso *cod., em. Halm e Val.* ‖ 24 cogitantibus] *add.* cos. Mucius *Gertz** ‖ quicquam *m. 2* ‖ 26 ac *inclusi, mauult* ⟨est⟩ ac *Gertz** ‖ ima *suppl. nos et Gertz**, *om. cod. Halm*

19 C. *Caesar,* cum multitudine Neruiorum inclinari aciem suam uideret, militi timidius pugnanti scutum rapuit et fortiter proeliatus aciem restituit. idem alio proelio legionis Martiae aquiliferum ineundae fugae gratia iam conuersum faucibus conprehensum in contrariam partem retorsit.

20 Cum Hannibal Capuam, quam Romanus exercitus obsederat, defenderet, Vibius Accaus, Paelignae cohortis praefectus, uexillum trans Punicum uallum proiecit, se ipsum conmilitonesque, si potiti essent hostes signo, exsecratus. quod ut Valerius Flaccus tertiae legionis tribunus uidit, imitatus exemplum est. idem Pēdanius centurio fecit. protinus igitur castra Poenorum capta sunt.

21 Q. Occius, qui propter fortitudinem Achilles cognominatus est, sub Q. Metello cos. legatus in Hispania militans, cum cognouisset se a quodam Celtibero prouocatum, relicta mensa — forte enim prandebat — clam Metello obequitantem Celtiberum consectatus occidit. iterum a quodam prouocatus, cum eum genibus suis subiecisset, coegit sagulum et gladium sibi utroque exercitu spectante tradere.

22 Acilius decimae legionis miles pro C. Caesaris partibus pugnans maritimo proelio abscisa dextera, quam Massiliensium naui iniecerat, laeua puppim adprehendit nec ante dimicare destitit quam captam profundo mersit.

23 Caesius Scaeua eiusdem imperatoris centurio, cum pro eo castello, cui praepositus erat, dimicaret, et Cn. Pompei praefectus Iustuleius summo studio ad † eum capiendum niteretur, omnibus, qui prope accesserant, interemptis conruit. scutum eius cxx ictibus perfossum apparuit, ipse interuentu commilitonum seruatus. — Idem, cum C. Caesare Britanniam oppugnante rate in

1 Caesar *om.* ‖ seruorum ‖ 8 obsederat defenderat *m. 1, mendi nota praeposita immo* defendebat, obsideret *Halm. u. ad Val.* ‖ 9 uallum] bellum ‖ 11 exsecratus (*prior* s *induct.*) ‖ 19 obsequitantem ‖ 29 iustuletus *cod.; at u. ad Val.* ‖ eum *sic Val. quoque,* locum *Foertsch I 2 Halm* ‖ 33 caesar (r *s. l.*) — oppugnans *cod., em. Mai*

proximum scopulum transuectus esset, superuenientibus hostibus, ceteris ad litus regressis solus stationis gradum retinens magno edito proelio, femore traiecto, clipeo crebris foraminibus absumpto, profundo se commisit et euectus ad litus petiit a Caesare ut sibi ignosceret, quod sine scuto redisset.

24 L. Sentius Dentatus centies uicies in aciem descendit, XXVI spolia rettulit, ex his octo eorum, qui se prouocauerant: XIIII ciues seruauit ex proelio: XLV uulnera pectore excepit, tergo cicatricibus uacuo: VIII triumphales currus secutus *est*, donatus aureis coronis ciuicis VIII, muralibus III, obsidionali una, torques accepit LXXXIII, armillas CLX, hastas XVIII, phaleras XXXV.

Ext. 2 Dareus, cum sordida et crudeli magorum tyrannide Persas liberaret, unum ex eis abiectum corporis sui pondere urgens, ut uidit commilitonem plagam ei inferre dubitantem, ne per errorem Dareum uulneraret, 'tu uero' inquit 'uel per utrumque nostrum gladium age, dummodo hic quam celerrime pereat'.

3 Leonidas Spartanus cum trecentis ciuibus ad Thermopylas toti Asiae obiectus, perfidia et scelere incolarum opportunitate loci spoliatus, occidit dimicans. cuius haec uox fertur: 'sic prandete, commilitones, tamquam apud inferos cenaturi'. Lacedaemonii, perinde ac uictoria esset promissa, dicto paruerunt intrepidi.

4 Othryades Spartanus speciosus pugna ac morte, sanguine suo inscriptis tropaeis dereptam hostibus uictoriam suis restituit.

5 Epaminondas Thebanus traiectus hasta, sanguine et spiritu deficiens, recreare se conantes primum an clipeus suus saluus esset, deinde an penitus fusi hostes interrogauit. quibus ita se habere cognitis 'mirificas' inquit 'filias uobis relinquo, Leuctram et Mantineam'.

7 CXX *et s. l. add.* es ‖ 9 seruauit: ex proelio *Halm*, *em. Gertz** ‖ 10 VIIII triumph. *add. margo e Val.* ‖ 11 est *add. Gertz**, *om. cod. Halm* ‖ ciuicis *aut delend.* (*cf. supra l. 9*) *aut scribend.* coronis VIII, ciuicis XIIII *cum Val. Plin. Gell.* ‖ 13 pharetras *m. 2 in marg.*, pateras *m. 1* ‖ 20 thermophylas *m. 1* ‖ 22 oportunitate *marg. A e Par.*, *de cod. nil adnotatum* ‖ 26 ac morte *Mai*, òthryade *cod.* ‖ 27 direptam

Theramenes Atheniensis triginta tyrannorum iussu 6
porrectam potionem ueneni non dubitanter exhausit, quodque ex ea superfuerat iocabundus inlisum humo sono edito renidens seruo publico 'Critiae' inquit 'propino'. erat autem hic ex triginta tyrannis crudelissimus.

Rhoetogenes Numantinus adflictis rebus Numantino- 7
rum uicum suum, qui in ea urbe speciosissimus erat, incendit: strictum gladium in medio posuit ac binos dimicare iussit, ut uictus occideretur. ipse nouissime se flammis inmisit.

Capta Carthagine uxor Hasdrubalis dextra laeuaque 8
filios trahens incendio se superiecit accusato uiro, quod uitam a Scipione petere sustinuisset.

Cum pestifera seditione Syracusarum tota Gelonis 9
stirps consumpta esset et unica superesset Harmonia, cum ad eam ab inimicis impetus fieret, nutrix subornatam aequalem puellam hostilibus gladiis subiecit. quae, ne cum ferro quidem trucidaretur, cuius esset condicionis proclamauit. admirata puellae constantiam Harmonia se esse quam quaererent illis professa est, et ita utraeque perierunt.

DE PATIENTIA.

Cum a Porsena rege Etruscorum urbem nostram graui 3,1
ac diuturno bello urgueri aegre Mucius ferret, castra eius intrauit immolantemque conatus occidere oppressus est. perosus itaque dexteram suam, quod eius ministerio uti nequisset, iniectam foculo exuri passus est.

Pompeius, dum legationis officio fungitur, a rege 2
Gentio interceptus, cum *senatus* consilia prodere iuberetur, ardenti lucernae admotum digitum cremandum praebuit et ea patientia regi desperationem quicquam ex se cognoscendi iniecit.

2 correptam *m. 1* ‖ 8 *scribend. uid.* et strictum *uel* strictumq. ‖ 12 *an* se ⟨patriae⟩ superiecit *e Val.?* ‖ 13 sustinuit *cod., em. Halm* ‖ 17 obiecit *Gertz** ‖ 21 utraque *Halm, ut nos cod.* ‖ 23 porsina *m. 1* ‖ 24 urg∗eri ‖ 29 senatus *om. cod., suppleui e Val., mauult post* consilia *addere* p. r. (=populi Romani) *Gertz**

Ext. 1 Alexandro regi nobilissimi pueri praesto erant sacrificanti. ex quibus unus turibulo accepto ante ipsum constitit, et in brachium eius carbo ardens delapsus est. qui, ne sacrificium Alexandri inpediret, dolorem silentio pressit. Alexander pueri delectatus patientia diutius consulto sacrificauit nec hac re eum proposito depulit.

2 Zeno Eleates philosophus, cum Agrigentum uenisset tyranno Phalaride adhuc uiuo, hortatus populum ad libertatem et ob id ipsum iussus a tyranno in medio foro torqueri non destitit a cohortatione et in tantum populum commouit, ut lapidibus statim Phalaris obrueretur.

3 Eiusdem nominis philosophus, cum a Nearcho tyranno, cuius necem inierat, torqueretur, dixit se quod secreto in aurem ei diceret habere, laxatusque eculeo aurem eius morsu arripuit nec ante dimisit quam et ipse uita et ille parte corporis priuaretur.

4 Anaxarchus philosophus, cum a Nicocreonte tyranno Cypriorum in pilam coniectus tunderetur, 'follem' inquit 'Anaxarchi feris'.

5 Theodotus ab Hieronymo tyranno innocens punitus fidelissimum eius satellitem mentitus est consiliorum suorum participem fuisse, et ita Hieronymus, dum inimicum cupide lacerat, temere perdidit amicum.

6 Apud Indos esse creduntur qui omne uitae tempus nudi exigant et se flammis sine gemitu obiciant, qui gymnosophistae uocantur.

7 Seruus barbarus Hasdrubalem, quod dominum suum occiderat, adgressus interemit et, cum puniretur, laetitiam uindictae risu testatus est.

QVI EX HVMILI LOCO EVASERINT.

4, 1 Tulli Hostilii incunabula agreste tugurium cepit: idem adoleuit in pecore pascendo.

9 ob] ad ‖ 17 ipse (*sic, non* ipsa) ‖ 18 nicocreone ‖ 19 follem] *u. ad Val. p. 132, 28* ‖ 21 *et* 23 hieronym. (*sed* h *induct.*) ‖ 27 uocentur *cod. Halm, em. Gertz p. 274*

Varro Pauli collega e macellaria patris taberna ad 4
consulatum peruenit.

M. Perpenna, qui regem Aristonicum cepit Crassia- 5
nae*que* cladis extitit uindex, consul fuit ante quam ci-
uis: namque pater eius Sabellus genere nihil ad * * *
ciuitatem Romanam Papia lege conuictus est.

Socrates Phaenaretem matrem obstetricem habuit, Ext. 1
patrem Sophroniscum marmorarium. Euripidis mater
holera [uendebat], Demosthenis pater cultellos uen-
ditabat.

QVI SIBI LICENTIVS QVAM MOS PATRIVS PERMISERAT INDVLSERVNT.

Scipio filius Africani, is qui ab Antiocho captus 5,1
est, cum esset praeturae petitor, candidam togam adeo
turpibus maculis obsoletam in campum detulit, ut, nisi
gratia Cicerei, qui patris eius scriba fuerat, adiutus
esset, honorem a populo inpetraturus non fuerit.

Q. Fabii Maximi Allobrogici filius Q. Fabius adeo 2
fuit luxuriosus, ut ei praetor urbanus Q. Pompeius bo-
nis paternis interdixerit.

Q. Hortensii oratoris nepos Hortensius Corbio oris 4
etiam dicitur infamia male audisse.

P. Scipio, cum in Sicilia exercitum augendo mora- 6,1
retur, operam etiam gymnasio dedit.

L. Scipionis statua chlamydata et crepidata in Ca- 2
pitolio posita est, quo habitu usus aliquando ita se for-
mari uoluit.

L. Sulla, cum imperator esset, Neapoli crepidatus 3
et chlamydatus ambulauit.

C. Du*el*lius, qui primus naualem triumphum ex Poe- 4

1 collega e *Halm*, collegae *m. 1*, collega *m. 2* ‖ 2 cōs ‖ 3 crassiane *cod.*, *addidi* que *e Val.*, et Crass. *Halm* ‖ 4 ciues *m. 1* ‖ 5 *lacunam expleuit cum Maio Halm add.* pertinere *post* Romanam, *nescio an scribend. sit* nihil ad <se pertinentem amplexus esse> ciu. Romanam ‖ Papia] parta ‖ 8 sophoniscum ‖ 9 uendebat *recte, ut uid.*, *delend. cens. Gertz** ‖ 12 *immo* indulserint *Halm* ‖ 18 allobrogis ‖ 21 Corbio oris *Gertz**, corporis *cod. Halm* ‖ 30 dulius *m. 1*, Duilius *Halm*

nis rettulit, quotiens publice epulatus erat, ad funalem cereum praecinente tibicine et fidicine deducebatur.

5 M. Papirius re bene gesta, cum triumphum a senatu non inpetrasset, primus in monte Albano triumphauit.

6 C. Marius post omnes triumphos in cantharo semper potauit, quod Liber pater superatis Indis hoc genere poculi usus esset.

7 M. Cato praetor M. Scauri ceterorumque iudicia sine tunica praetexta amictus egit.

DE FIDVCIA SVI.

7, 1 Post P. et Cn. Scipionum in Hispania mortem nullo auso *ad* exercitum traicere, P. Scipio xxiiii agens annum ire pollicitus est. idem, cum in Hispania oppidum Badiam obsideret et iudicia esset auditurus, 'cras' inquit 'in urbe audiam': quod et contigit. idem Hannibalis speculatores intra castra Romanorum deprehensos circumduxit et ostendit manu sua copias et prandio dato ipsis et equis eorum dimisit incolumes.

3 Annonae caritate increscente cum trib. pleb. C. Curiatius iuberet coemi frumentum, Nasica contrariam actionem orsus obstrepente populo 'tacete' inquit: 'melius enim ego quam uos quid rei publicae expediat intellego'.

Ext. 2 Antigenidas tibicen discipulo suo magni profectus, sed parum feliciter populo se adprobanti multis audientibus dixit 'mihi cane et Musis'.

3 Zeuxis, cum Helenam pinxisset, quid de eo opere homines sensuri essent non expectauit, sed protinus adiecit:

οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐυκνήμιδας Ἀχαιοὺς
τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.

2 *an* reducebatur *uel* domum reduc.? *cf. p. 60, 12 et 352, 2* ‖ 4 in *inclus. Halm, at u. Novak Listy XI p. 218 et quae citat Amm. Marc. XXVII 4, 4; script. hist. Aug. Pescenn. c. 10, Gallien. c. 17* ‖ 9 coegit *m. 1* ‖ 12 ad *om. cod. Halm, suppl. Gertz** ‖ 15 et *Gertz**, ei *cod. Halm* ‖ 16 speculatores] *add.* in Africa *Gertz** ‖ 30 ΕΥΚΝΝΜΕΙΔΑΣ (*altera* Ν *corr. in* Η) ‖ 31 ΠΟΛΥΝ ΧΡΟΝΟΝ ΛΑΓΕΑ

Phidias interrogatus quonam mentem suam dirigens 4 uultum Iouis esset amplexus, hos rettulit uersus:

ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων·
ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο· μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

Hannibal, cum apud regem Prusian exularet auctor- 6 que ei committendi proelii esset, atque is non idem sibi extis portendi diceret, 'ita tu' inquit 'uili carunculae quam imperatori *ueteri* mauis credere?'

DE CONSTANTIA.

Fuluius Flaccus, cum Capuam recepisset ab Hanni- 8, 1 balis possessione, senatu prohibente animaduerti in omnes principes ciuitatis ipse perstitit. et cum ad palum iussisset eos adligari, aliae superuenerunt epistulae, in quibus erat scriptum ne omnes punirentur. non lectis epistulis Fuluius peracta animaduersione tunc senatus mandata iussit legi.

Q. Fabius pecunia, quam pro captiuis Hannibali 2 numerauerat, fraudatus a senatu tacuit. idem post Cannense damnum missus aduersus Hannibalem, cum per diuersas moras traheret bellum, id egit ne Roma opprimi posset.

C. Piso, cum Palicanus homo seditiosus pestiferis 3 blanditiis populum praeripuisset, ita ut consul crearetur, solus restitit.

Metellus Numidicus, cum animaduerteret quo ten- 4 derent Saturnini trib. pl. conatus, solus in exilium † eius leges profugit.

Q. Scaeuola augur L. Sulla de aduersis partibus † 5 cogitante rogatus sententiam dicere noluit.

3 ΚΡΟΝΕΙωΝ ‖ 4 ΧΙΤΑΙ ‖ 5 ΜΕΓΑ ΔΕΛΕΝΛΙΞΕΝ ΟΛΥΜΠΟΝ ‖ 6 exolaret *m. 1* ‖ 8 carnunculae *cod. Halm, em. Gertz** ‖ 9 ueteri *om. cod. Halm, suppl. Gertz* e Val.* ‖ 15 ne *Gertz**, ut *cod. Halm* ‖ 21 diuersas *Mai,* aduersus *cod.* ‖ 23 pollacinus *m. 1,* pallacinus *m. 2* ‖ 24 ut conculcaretur (*sic*), *em. Mai* ‖ 26 tenderet *cod., em. Halm e Val.* ‖ 27 exilium] *suppl.* aspernatus *Gertz p. 274, an addend.* iurare nolens in? ‖ 28 eius leges perosus iit *Novak Listy XI 3* ‖ 30 *an* rogitante? *Halm, malim* iudicante

6 Sempronia Gracchorum soror, uxor Scipionis Aemiliani, cum se quidam Equitius Semproniae familiae falso adscriberet, iubente populo ut eum oscularetur tamquam filium fratris, reppulit.

Ext. 6 Cum Alexander Macedo aeger iaceret et ei Philippus medicus potionem esset daturus, superuenerunt ab Antipatro epistulae, ut caueret sibi a Philippo monentes: hunc enim corruptum a rege Dario potionem temperasse. lectis epistulis Alexander, ut primum petiit potionem, legendas eas Philippo tradidit.

LIBER QVARTVS.

DE MODERATIONE.

1, 1 P. Valerius Publicola cos., cum omnia in se inuidiosa conspiceret, moderatione ad humiliorem habitum deductus *est* fasces securibus uacuefaciendo et in contione populo summittens, numerum quoque eorum dimidia ex parte minuens, ultro collega Sp. Lucretio sibi adlecto, aedes etiam suas diruens, quae excelsiore parte positae instar arcis habe*re uide*bantur.

2 Camillus urbe capta a Gallis reuocatus non prius ad accipiendum exercitum ire uoluit quam de dictatura sua omnia sollemni iure acta conperisset.

3 Marcius Rutilus Censorinus iterum censor creatus populum obiurgauit, quod eam potestatem bis sibi detulisset.

4 L. Quintius Cincinnatus, cum honorem eius p. c. continuare uellent, quod et populus eosdem tribunos in proximum annum creare destinabat, peregit exemplo suo ut tribunos sequi se cogeret.

2 aemiliae ‖ 7 Antipatro] *Val. recte* Parmenione ‖ monente *cod., em. Halm e Val.* ‖ 8 dareo *m. 2* ‖ 9 petit *cod., an* potauit *Gertz*? mihi post* tradidit *addend. uid.* et medicamentum hausit ‖ 15 est *om.* ‖ 19 habebantur *cod. Halm, quod e Val. emendaui. an in litt.* ur *lateat* furius *dubitat Gertz** ‖ 23 Marcius Rutilus *nos*, m. rutilius *cod.*

5 Fabius Maximus, cum et ipse quinquies consul esset et *a patre,* auo, maioribusque suis saepe numero consulatum gestum uideret, comitiis, quibus filius eius cos. creabatur, egit cum populo ut aliquando uacationem eius honoris Fabiae genti daret.

6 Scipio Africanus imagines, statuas, perpetuos consulatus, censuram sibi deferente populo, decerni passus non est.

7 M. Marcellus, cum in consulatu *eius* Siculi de eo questum uenissent, et de intromittendis iis primus rettulit et querentes patienter sustinuit: ac postea ipse causa perorata uictor legatos clementer excepit.

8 Ti. Gracchus tr. pl., cum esset inimicus Africano et Gnaeo Scipionibus, et Asiaticus iudicatae pecuniae satisdare non posset atque ideo a consule in carcerem duceretur, intercessit.

9 C. Claudius Nero, quamuis Liuii Salinatoris in Hasdrubale opprimendo gloriae particeps fuerat, triumphantem equo sequi maluit, cum senatus ei triumphum decreuisset.

10 Scipio Africanus posterior, cum censor conderet lustrum et *ei* scriba in sacrificio ex publicis tabulis precationis carmen praeiret, quo dii immortales ut populi Romani res meliores ampliores que facerent rogabantur, 'satis' inquit 'et bonae et magnae sunt: itaque precor ut eas perpetuo incolumis seruent', ac protinus ad hunc modum carmen emendari iussit. — Idem in censura centurias equitum recognoscens, postquam C. Licinium Sacerdotem citatum processisse animaduertit, dixit se scire eum uerbis conceptis peierasse: proinde, si quis eum accusare uellet, usurum testimonio suo. sed nullo ad id negotium accedente 'traduc' inquit 'equum, Sacerdos, ac lucrifac censoriam notam, ne ego in tua persona sim et testis et iudex et accusator [et censor]'.

1 *scribend. uid.* cos. fuisset ‖ 2 a patre *e Val. suppl. Mai* ‖ 6 perpetuas ‖ 9 eius *suppl. Gertz* e Val.* ‖ 10 quaestum ‖ 14 gneo *et in marg. add.* asiatico, *scribend.* lucio, *nisi forte Par. ipse errauit* ‖ 18 fuisset *Mai* ‖ 19 ei] *an* aeque ei *e Val.?* ‖ 22 ei *suppl. Gertz* e Val.* ‖ 30 pe*ierasse ‖ 34 et censor *om. a Val., ineptum inclusi*

11 M. Scaeuola testis in reum productus adiecit ita sibi credi oportere, si alii idem adseuerassent.

12 Metellus Macedonicus, cum inimicus esset Scipioni Africano ex aemulatione, ut primum audiit eum interemptum, lugubri habitu in publicum desiluit et 'concurrite' inquit, 'ciues, concurrite: moenia nostrae urbis euersa sunt', filiosque suos iussit lecto eius umeros subicere, adiecto hoc, non fore ut postea id officium ab his maiori uiro praestari posset.

13 Metellus Numidicus patria pulsus, cum ei forte ludos Trallibus spectanti epistulae essent a senatu missae, in quibus reuocabatur, non prius theatro exiit quam spectaculum perageretur. eundem constat pari uultu et exulem fuisse et restitutum.

14 Porcius Cato ob † adsignatam pecuniam Cypriacam, cum eius senatus extra ordinem rationem haberi uellet, non est passus.

15 M. Bibulus, cum in Syria prouincia moraretur, filiis duobus in Aegypto occisis a Gabinianis militibus, deditis sibi eis a Cleopatra, dolori suo imperauit dicens potestatem huius uindictae senatus esse.

Ext. 1 Archytas Tarentinus, dum Pythagorae praeceptis Metaponti penitus intendit, reuersus in patriam cum omnia neglegentia uilici corrupta uidisset, 'punissem' inquit 'male meritum, nisi irascerer'.

2 Plato, cum aduersus seruum uehementius exarsisset, Speusippo amico castigationem eius mandauit.

3 Dio nobilis Syracusanus pulsus a Dionysio patria, cum principem urbis, in quam confugerat, domi conuenire uellet neque admitteretur, 'patienter hoc ferendum est', ait: 'fortasse enim et nos, cum in gradu dignitatis nostrae essemus, aliquid tale fecimus'.

1 M.] Q. *recte e Val. in marg. cod.* ‖ 6 nostrae (*sic, non* nostra) ‖ 9 possit *cod., em. Halm* ‖ 11 tralibus *m. 1* ‖ 15 adsignatam *cod., nonnulla excidisse uidentur, uelut* ⟨aduectam sincerissime in urbem sibi⟩ adsignatam ‖ 23 paenitus *m. 1* 24 omnia] *add.* sua *Gertz** ‖ 25 inquit] *add.* te *Gertz** ‖ 27 pleusippo ‖ 28 pulsus a Dionysio patria *nos*, pulsus acontii pro patria *cod., sed ad* acontii *add.* Dionysio tyranno *marg. cod.*, pulsus patria a D. tyranno *Halm*

4 Thrasybulus Atheniensis, cum expulsis xxx tyrannis ciues in patriam reduxisset, plebiscitum proposuit, ne qua praeteritarum rerum mentio fieret.

5 Stasippus Tegeates hortantibus amicis ut grauem sibi in administratione rei publicae aemulum tolleret negauit se facturum, ne, quem optimus ciuis locum obtineret, eum malus occuparet.

6 Pittacus Mitylenaeorum tyrannus Alcaeum poetam, cum esset adeptus tyrannidem, quid in eo opprimendo posset admonuit.

7 Piscatores Mitylenaei in euerriculo ductam auream mensam, consulto Apolline cum iussi essent dare eam sapienti*ssimo*, dederunt Thaleti. ille cessit eam Bianti, hic Pittaco, donec ad Solonem ueniretur, qui eam Apollini dedicauit.

9 Antiochus a L. Scipione ultra Taurum montem imperii finibus submotis gratias agere Romanis coepit, quod se nimis magna procuratione liberatum modicis regni terminis *uti* coegissent.

QVI EX INIMICITIIS IVNCTI SINT.

2, 1 M. Aemilius bis cos. et p. m. uehementes inimicitias cum Fuluio Flacco eiusdem ordinis uiro gessit, quas, ut simul censores renuntiati sunt, in campo deposuit.

2 Liuius Salinator Neronis odio ardens, propter quem exulauerat, pariter cos. creatus deposuit simultates.

3 Scipio, ut diximus, post intercessionem Ti. Gracchi depositis inimicitiis protinus filiam ei suam Corneliam despondit.

4 M. Cicero A. Gabinium repetundarum reum summo studio defendit, qui eum in consulatu suo urbe expulerat. idem P. Vatinium dignitati suae semper infestum duobus publicis iudiciis tutatus est.

8 mityleneorum, *sed* 11 mytilaenaei ‖ achaeum (*corr.* alchaeum) ‖ 13 sapientissimo *nos et Gertz** ‖ 14 *malim* ueniret ‖ 17 submotus ‖ 19 uti *om.*, *add. Gertz p. 278* ‖ 20 SINT] *an addend.* AMICITIA? ‖ 27 ut diximus] c. 1 § 8

6 Caninius Gallus C. Antonii, quem reum fecerat, filiam duxit. idem Valerium Maximum, a quo damnatus fuerat, procuratorem rerum suarum habuit.

DE ABSTINENTIA.

3, 1 Scipio xxIIII annum agens, cum in Hispania Carthaginem cepisset, eximiae inter captiuas pulchritudinis puellam nobilem cognouit Indebili cuidam Celtibero desponsam. itaque arcessitis parentibus et sponso inuiolatam tradidit, auro etiam, quod pro redemptione puellae acceperat, summae dotis adiecto. qua abstinentia animos Celtiberorum obligauit.

4 Cn. Marcius, Anci regis progenies, editis in bello conspicuae fortitudinis operibus, cum a Postumo Cominio cos. laudatus donis militaribus, captiuis, argento donaretur, nihil ex his praeter unius hospitis captiui salutem equumque, quo in acie uteretur, accepit.

5 M'. Curius, cum ad eum Samnites aurum adtulissent donaturi, 'malo' inquit 'locupletibus imperare quam ipse fieri locuples'. — Idem post fugam Pyrri, cum sibi dari uideret iugera quinquaginta, ceteris septena, 'parum' inquit 'idoneus ciuis est, qui eo, quod reliquis tribuitur, contentus non est'.

6 Fabricius Luscinus missum sibi aurum a Samnitibus et decem seruos ad ministerium cum muneribus reuerti iussit. idem missus ad Pyrrum legatus, cum audisset Cinean Thessalum narrantem esse quendam Athenis sapientem, qui diceret summum bonum uoluptatem, pro monstro uocem eius accepit.

7 Q. Tubero cos., cum ei gens Aetolorum omnis usus uasa argentea misisset, quod se legati rettulerant fictilia in eius mensa uidisse, exemplo Fabricii remisit.

8 Paulus cos. Perse rege deuicto, cum Macedonicis

2 Valerium Maximum] M. Colonium *Val.* ‖ 7 quidam *m. 1* ‖ 9 auro — obligauit *om. Mai* ‖ 13 postumio ‖ cuminio *m. 1* ‖ 17 M'.] m. ‖ 19 pyrrhi *m. 2* ‖ 23 luscinus *sic* (*non* luscinius) ‖ 25 pyrrhum *m. 2* ‖ 26 cynean *m. 2 Halm* ‖ quemdam *Halm* ‖ 32 rege *om. Mai*

opibus urbem replesset, nulla ex *parte* eis penates suos locupletauit.

Q. Fabius Gurges, Cn. Fabius Pictor, Q. Ogulnius 9 dona, quae priuatim ab Ptolemaeo acceperant, in aerarium prius quam ad senatum legationem referrent detulerunt. quae ipsa rursus senatus consulto sunt diuisa legatis.

Cato censorius missus in Hispaniam haedinis pellibus 11 pro stragulis usus est et quingentorum assium sumptu contentus fuit tribus seruis se comitantibus: eodem uino quo nautae usus est.

Porcius Cato posterior bello ciuili filium secum du- 12 cens duodecim seruos habuit, numero plures quam superior, temporum diuersis moribus pauciores.

Scipio Aemilianus post duos consulatus ac totidem 13 triumphos septem seruis sequentibus officio legationis functus est.

Pyrrus uiribus fractis, cum ad opes suas confugisset, 14 misit per legatos tam uirorum quam feminarum apta usibus munera: nulla tamen domus legatis aditu patuit.

Pericles Atheniensis, cum haberet in praetura *col-* Ext. 1 *legam* Sophoclea tragoediarum scriptorem, atque is publico officio dictrictus pueri ingenui praetereuntis formam laudaret, [Pericles] intemperantiam eius increpans dixit praetoris non solum a pecuniae lucro manus, sed etiam oculos a libidinoso aspectu continentes esse debere.

Xenocrates in peruigilio grauis uino, cum iuxta eum 3 data opera scortum, quod erat Athenis speciosissimum, adcubuisset, nec tactu nec sermone aspernatus propositi inritum dimisit.

Alexander, cum ad Diogenem cynicum in sole se- 4 dentem accessisset hortareturque ut, si qua sibi prae-

1 parte *nos et Gertz* e Val., om. cod. Halm* || 3 Cn.] *immo* N. *Halm* || ugulnius || 4 donaq* *m. 1* || ab] a *Halm* || 10 contemptus || eodem] *addend. uid.* cibo et eodem *e Val.* || 16 triumpos *m. 1* || 18 pyrrhus *m. 2* || 19 tam *m. 2,* quam *m. 1* || 21 collegam *om. cod., suppl. Mai e Val.* || 23 ingunui *m. 1* || 24 Pericles *inclusi* || 30 inritum demisit *m. 1*, irritam dimisit *m. 2*

stari uellet, indicaret, 'uelim mihi' inquit 'a sole non obstes'. — Diogenes cynicus Syracusis cum holere uesceretur, Aristippus dixit 'si *Dionysio* adulareris, ista non esses': 'immo' *inquit* 'si tu haec esses, Dionysio non adulareris'.

DE PAVPERTATE.

4,1 Valerius Poplicola cos. tam exiguae fuit facultatis, ut ne exsequiis quidem relictus sumptus sufficeret.

2 Menenius Agrippa sextantibus a populo conlatis funeratus est.

3 C. Fabricius, cum haberet patellam argenteam, eam tamen corneo pediculi sustineri uoluit.

5 Atilius ad consulatum ab aratro arcessitus est.

6 Atilius Regulus, cum prorogatum sibi ob bene gestas res cognouisset imperium, scripsit consulibus uilicum, quem in agello septem iugerum in Pupinia habebat, mortuum esse, ideoque petere ut sibi successor mitteretur, ne deserto agro non esset unde uxor ac liberi alerentur. quae ut cognouit senatus, publice † rerum cum magis iussit.

7 Cincinnatus, cum septem iugerum agrum araret, tria iugera ex his pro amico ad aerarium subsignando amisit.

8 Aelii sedecim eodem tempore fuerunt contenti una domuncula *et* exiguo fundo minus multos cultores desiderante quam dominos habebat.

9 Eadem gens nullum ante scripulum auri habuit quam Paulus Perse uicto Q. Aelio Tuberoni quinque libras auri dono mitteret.

10 Cn. Scipio secundo Punico bello misit ex Hispania litteras petens successorem, quod, cum haberet filiam iam adultam, sine se ei expediri dos non posset: itaque

3 Dionysio *nos et Gertz**, *om. cod. Halm* ‖ 8 exsequiis quidem *nos et Gertz**, quidem exsequiis *cod. Halm* ‖ 16 *transponend. uid.* in agello, quem *cum Val.* ‖ 19 rerum cum magis *cod.*, agrum eius coli *Mai Halm*, eius rerum curam agi *ingeniose Gertz** ‖ 22 subsignanda misit *cod.*, *em. Gertz**, subsignata amisit *Halm* ‖ 24 et exiguo *nos*, et *om. cod. Halm* ‖ 28 dono mitteret *Halm*, dimitteret *cod.* ‖ 31 iam filiam *cod. Halm*, *transposuit Gertz**

senatus in utraque re statim egit patris partes summa dotis ex aerario erogata *puellaque nuptum data.* — Tuccia Caesonis filia maximam dotem credita est ad uirum $\overline{\text{x}}$ aeris tulisse, et Negullia quinquaginta milia aeris.

11 M. Scauro a patre hereditas sex seruorum † reuersa est et $\overline{\text{xxx}}$ nummorum.

DE VERECVNDIA.

5,1 A condita urbe ad Ti. Longum cos. promiscuus senatui et populo spectandorum ludorum locus erat. numquam tamen quisquam ex plebe ante patres conscriptos in theatro spectare sustinuit. L. Flamininus motus a M. Catone et L. Flacco senatu in extrema parte theatri constitit coactusque est a populo transire in locum dignitati suae debitum.

2 Terentius Varro post Cannensem fugam deferente sibi censuram populo ob uerecundiam male administratae rei publicae se excusauit.

3 C. Cicereius, ut uidit se comitiorum suffragio praeferri Scipioni, abiecta candida toga suffragatorem eius agere coepit.

4 L. Crassus consulatum petens orauit socerum suum Scaeuolam ut a se, dum consulatus petitioni deseruiret, discederet: eo enim praesente more candidatorum circa forum supplicem non iturum.

5 Pompeius Magnus Palaepharsali uictus, cum intraret Larissam, obuiam sibi populo exeunte ‘ite’ inquit ‘et hoc officium praestate uictori’.

6 C. Caesar, cum tribus et uiginti plagis confoderetur, utraque manu togam demisit, ut inferior pars tecta collaberetur.

2 doti*s ‖ puellaque nuptum data *Gertz*, om. cod. Halm* ‖ 4 Megullia *Val., an* Negilia? *Halm, post h. u. pauca quaedam excidisse cens. Gertz*, quae ita fere suppleuerim* ⟨quae⟩ quinquaginta m. aeris, ⟨Dotatae cognomen inuenit⟩ *e Val.* ‖ 5 reuersa *cod., an* relicta? ‖ 6 $\overline{\text{xxxv}}$ *Gertz* e Val.* ‖ 11 flaminius ‖ 16 *immo* dictaturam ‖ 18 cicereus ‖ 22 deserui*ret *corr., ut uid., e* deseruisset ‖ 23 eo *m. 2,* et *m. 1* ‖ 25 palepharsali** (li *in ras.*) ‖ 26 larissam (ri *m. 2 s. l.*) ‖ 29 remisit ‖ *an* inferior ⟨corporis⟩ pars?

Ext. 1 Spurinna Etruscus, cum forma sua capi feminas uideret, oris decorem uulneribus confudit.

2 Athenis quidam ultimae senectutis uir, cum ludos spectatum uenisset, iam pleno theatro non receptus a suis ad Lacedaemoniorum legatos forte peruenit: a quibus receptus cum esset, populus rem plausu prosecutus est. ferunt tunc unum ex Lacedaemoniis dixisse 'ergo Athenienses quid sit rectum sciunt, sed id facere neglegunt':

DE AMORE CONIVGALI.

6, 1 Ti. Gracchus domui suae anguibus mari ac femina deprensis, cum haruspex respondisset fore ut, si occidisset marem, ipse moreretur, si feminam, uxor eius, marem occidit.

2 C. Plautius Numida uxoris suae morte audita gladio se percussit. interuentu deinde seruorum prohibitus curatusque a medicis rescidit uulnus.

3 M. Plautius imperio senatus cum classem in Asiam reduceret, Tarenti amissa uxore Orestilla inter officium ploratus se occidit. quem amici, sicut erat, togatum pariter cremauerunt: et locus modo Tarenti δύο φιλούντων dicitur.

4 Iulia C. Caesaris filia, Pompei uxor, cum aediliciis comitiis coniugis sui uestem cruore aspersam accepisset, territa metu, alienata animo partum, quem utero conceptum habebat, eiecit atque ita expirauit.

5 Porcia Catonis filia, Bruti uxor, cum eum uictum cognouisset, quia ferrum non dabatur, ardentes ore carbones hausit.

Ext. 1 Artemisia Cariae regina amisso uiro Mausolo monimentum tam egregii fecit operis, ut inter septem mirabilia ponatur. † ipsam uero se Mausoli uiua ac spirans conponi iussit.

2 Hypsicratia in tantum coniugem Mithridatem amauit,

11 domui *sic h. l. cod. cf. Neue, Lat. Formenlehre I p. 540* ‖ 12 deprehensis *Mai* ‖ 18 Asiam] aciem ‖ 28 ardentes **ore ‖ 32 ipsa uero se cum Mausolo *Mai Halm, ut nos cod., de quibus emendandis despero*

ut tonsis capillis equo se et armis adsuefecerit nec in bello uirum relictura. itaque fugientem Pompei uires per omnia secuta est.

Minyae, quorum origo ex Argonautis uenit, Lemno 3
inhabitata pulsi a Pelasgis confugerunt ad Lacedaemonios. a quibus recepti, cum regnum attemptarent, consilio patefacto in custodiam missi sunt. quorum coniuges introitu ad uiros petito, commutata ueste ipsae in custodia remanserunt.

DE AMICITIA.

Blossius, cum carus amicus esset Ti. Graccho, da- 7, 1
mnato eo, cum apud Rupilium et Laenatem cos. *se* excusaret et innocentem amicumque se tantum Gracchi diceret fuisse, dicente consule 'ergo, si te Gracchus iussisset faces Capitolio subdere, fecisses?' 'numquam hoc' inquit 'Gracchus imperasset'. deinde suae salutis oblitus coepit damnatos eius mores apud senatum defendere.

Eundem hunc Gracchum omnium auxilio priuatum 2
duo tantum amici *texerunt*. Pomponius, donec euaderet Gracchus, in porta trigemina usque ad mortem pugnauit, Laetorius in ponte sublicio et ipse pugnans occisus est.

L. Reginus tr. pl. Caepionem in carcerem coniectum, 3
quod illius culpa Cimbri et Teutones uictores extiterant, amicitiae memor custodiae eripuit, deinde comes fugae eius accessit.

Volumnius equestri loco natus, cum M. Lucullum 4
familiariter coluisset, occisum ab Antonio, quod partes Bruti et Cassii fuerat secutus, flebiliter lugere coepit

2 relictura *nos*, relictum *cod.*, reliquerit *Mai Halm* ‖ 6 attemptarent *nos*, arte temptarent *cod. Halm* ‖ 8 petito] inpetrato *Val.* ‖ 11 cum carus amicus esset Ti Graccho *cod.*; *at scribend. uid. uel* Cumanus, cum amicus esset *uel* (*deleto* esset) Cumanus, amicus Ti. Gracchi ‖ 12 rutilium *cod.*, *em. Mai* ‖ ⟨se⟩ excusaret *Gertz* coll. p. 520, 24*, *om.* se *cod. Halm* ‖ 13 et *nos*, ut *cod. Halm* ‖ 17 apud senatum mores *transponend. cens. Gertz*; at potest error esse ipsius Paridis* ‖ 20 texerunt *om. cod.*, *suppl. Mai e Val.*

et ob hoc perductus ad Antonium 'iube me' inquit 'ad Luculli corpus ductum occidi: neque enim debeo illo absumpto superesse'.

5 Ti. Coelius ab Octauio cos. Placentiae praepositus, captus a Cassianis militibus petiit a L. Petronio ut se occideret. qui frustra rogatum ut uiueret, mox cum interemisset, suam ei mortem iunxit.

6 Seruius Terentius Bruti amicus, cum ad eum occidendum Furius ab Antonio missus esset, Brutum se esse simulauit et corpus suum trucidandum equitibus obiecit cognitusque a Furio uixit inuitus.

Ext. 1 Damon et Pinthias Pythagorici tam fideles amici fuerunt, ut, cum alterum ex his Dionysius tyrannus interficere uellet atque is tempus ab eo prius quam periret, ut domum profectus res suas ordinaret, impetrasset, alterum uadem pro se de reditu eius dare non dubitaret. adpropinquante die, cum ille moraretur, Pinthias ad poenam duci iussus est, cum subito ille reuersus in admirationem conpulit Dionysium. supplicium itaque eis remisit.

2 Alexander uictor Darii, cum matrem eius cepisset, ad uisendam eam cum Hephaestione uenit. quae ignorans uter Alexander esset Hephaestionis se pedibus subiecit. admonita deinde alium esse regem Alexandro se excusare coepit. tum ille 'et hic' inquit 'Alexander est'.

DE LIBERALITATE.

8, 1 Fabius Maximus captiuos ab Hannibale redempturus, cum senatum de mittenda pecunia dubitare uideret, fundum, quem unicum habebat, uendidit eiusque pretium Hannibali numerauit.

3 Q. Considius post Catilinae furorem, cum centies et

2 lucillum *m. 1* ‖ 5 *immo* a Cinnanis *Mai. cf. Val.* ‖ petit ‖ 6 quin frustra ‖ rogatum *Mai*, rogare *cod.*, *an* rogare coepit? ‖ 8 seuius *m. 1* ‖ 10 simulatum ‖ 11 *fort.* cognitus uero *Gertz** ‖ 16 *scribend. uid.* alter uadem se pro reditu *e Val.*, *fort.* alter uadem pro eo se de red. *Halm* ‖ 21 darei *m. 2* ‖ 22 ephesione *et* 23 ephesionis ‖ 30 annibale *m. 1*

quinquagies sestertium in faenore haberet, exigi id a debitoribus uetuit.

4 Populus Romanus Asiam bello captam Attalo regi muneris loco possidendam dedit.

5 Philippo Macedonum rege superato, cum ad Isthmicum spectaculum tota Graecia conuenisset, Quintius Flamininus imperator per praeconem silentio facto haec uerba recitari iussit: 'S. P. Q. R. et T. Quintius Flamininus imperator omnes Graeciae urbes, quae sub imperio Philippi erant, esse immunes iubet'. post haec tantus est clamor factus, ut aues, quae forte superuolabant, pauentes decidisse dicantur.

Ext. 1 Hiero Syracusanus audita clade, qua Romani apud Thrasymennum erant adflicti, CCC modium tritici misit et ducenta hordei *et* Victoriam auream ex pondo CCL factam.

2 Callias Agrigentinus tam liberalis fuit, ut populum domi suae frequenter pasceret, multa donaret, uolentes in regiam suam admitteret, ita ut quod Callias possideret omnium commune patrimonium esset.

LIBER QVINTVS.

DE HVMANITATE ET CLEMENTIA.

1,1 Senatus, cum Carthaginiensium legati ad redimendos captiuos in urbem uenissent, protinus eis nulla pecunia accepta reddidit numerum ∞ ∞ DCCXLII explentis. idem senatus Syphacem Numidiae regem captiuum in custodia mortuum Tiburi publico funere censuit ecferendum. idem, cum Perses rex captus Albae in custodia decessisset, praetorem misit, qui publicum ei funus pararet. — Confecto Macedonico bello Musophanes filius

5 Isthmicum *nos et Gertz** e *Val.*, id tam mirum *cod. Halm* ‖ 14 modium] m̄ ‖ 15 hordei uictoriam ‖ pondo] p̄ ‖ 18 *an* multis multa? ‖ uolentes] *fort.* uenientes *Gertz** ‖ 25 DCCXLV *Mai* ‖ 29 *immo* quaestorem *cum Val.* ‖ pareret *m. 1*

Masinissae cum equitibus, quos in praesidium *ad*duxerat Romanorum, reuertens a Paulo ad patrem Brundisium aeger delatus est. quod ut senatus cognouit, continuo quaestorem illo iussit ire, cuius cura et hospitium iuueni expediretur et medicorum copia adesset. praeterea equitibus singulas libras argenti et quingenos sestertios dedit. — Idem senatus, cum ad gratulandum sibi Prusiam Bithyniae regem Perse deuicto uenire audisset, obuiam illi P. Cornelium Scipionem quaestorem ire iussit censuitque ut ei domus Romae quam optima conduceretur. — Rex Aegypti Ptolemaeus a minore fratre regno pulsus cum paucis seruis Romam uenit ac se in hospitium cuiusdam Alexandrini pictoris contulit. quod ut senatui relatum est, accersito iuuene quam potuit accurata excusatione usus est, quod nec quaestor illi obuiam uenisset nec publico eum hospitio excepisset.

2 L. Cornelius cos., cum primo Punico bello Olbiam oppidum cepisset, pro quo fortissime dimicans Hanno dux Carthaginiensium occiderat, corpus eius e tabernaculo suo amplo funere extulit.

3 Quintius Crispinus, cum haberet Badium Campanum amicum, et domi suae eum recepit *et* ualetudine oppressum curauit. postea defectione a Campanis facta prouocatus ab eo monere ingratum magis quam uincere maluit.

4 M. Marcellus captis Syracusis, cum arcem urbis intrauisset, casum eius lugubrem intuens fletum cohibere non potuit.

5 Q. Metellus Celtibericum in Hispania gerens bellum, cum urbem Centobrigam obsideret et muris admoueret machinas, uisis in aduersa parte filiis duobus Rhoetogenis, qui ad se transfugerat, ne forte in conspectu patris iuuenes perirent, ab obsidione discessit. qua clementia omne illi nomen Celtiberum subiectum.

1 duxerat *cod. Halm, em. e Val. Gertz** ‖ 5 expedirent ‖ 9 obuium *Mai* ‖ 17 oluiam ‖ 18 cepisset *nos e Val.*, petisset *cod. Halm* ‖ 22 recepit et *Halm*, *om.* et *cod.* ‖ 26 intrauit *m. 1*, intrasset *m. 2* ‖ 30 centobrigam (o *in ras.*) ‖ 31 rhoethogenis

Scipio Africanus posterior expugnata Carthagine circa 6
ciuitates Siciliae litteras misit, ut ornamenta templorum suorum a Poenis rapta per legatos reciperarent.

L. Paulus, cum Persen parui temporis momento 8
captum ad se adduci audisset, occurrit ei conatumque ad genua procumbere dextera manu adleuauit et honore mensae dignum putauit et lateri suo proximum in consilio sedere iussit.

Cn. Pompeius Tigranem regem in conspectu suo 9
diutius iacere supplicem non est passus et diadema, quod abiecerat, capiti reposuit.

C. Caesar Catonis morte audita et se illius gloriae 10
inuidere et illum suae inuidisse dixit *et* patrimonium eius liberis incolume seruauit.

M. Antonius M. Bruti corpus liberto suo sepelien- 11
dum dedit, quoque honoratius cremaretur, paludamentum suum inici rogo iussit: cumque interceptum paludamentum a liberto conperisset, animaduertit in eum.

Alexander Macedo in Asia quodam loco niuali tem- Ext.
pestate oppressus senio iam grauem Macedonem militem 1
nimio frigore stupentem in propinqua igni sede residens aspexit et protinus in suam sedem conlocauit.

Pisistratus Atheniensium tyrannus, cum filiam suam 2
adulescens amore correptus in publico osculatus esset, hortante uxore ut in iuuenem animaduerteret respondit, 'si eos, qui nos amant, interfecerimus, quid eis faciemus, quibus odio sumus?' — Idem a Thrasippo amico inter cenam conuicio lacessitus tacuit: exeuntem conuiuio cum familiariter retineret, ille temulentiae impetu euectus os eius sputo respersit. postero die Thrasippum supplicium uoluntaria morte exigere *a se* uolentem ab incepto reuocauit.

Pyrrhus, cum audisset in conuiuio a Tarentinis se 3
laceratum, arcessit*os* eorum quosdam, qui interfuerant

4 pauci *Mai* ‖ 5 *an scribend.* captiuum ex rege ad se? ‖ audiuisset *Mai* ‖ 6 genua] *addend. cens.* sua *Gertz** ‖ 13 et *post* dixit *add. Gertz**, *om. cod. Halm* ‖ 22 *malim* in sua sede ‖ 30 euectus *Gertz* e Val.*, euictus *cod. Halm* ‖ 31 a se *e Val. add. Gertz**, *om. cod. Halm* ‖ 34 arcessitos *nos,* arcessit *cod.*

conuiuio, an ita se res haberet interrogauit. tum ex his unus, 'nisi' inquit 'uinum nos defecisset, ista, quae tibi relata sunt, prae eis, quae de te locuturi eramus, lusus fuissent', et ita iram regis conuertit in risum. Idem legatis Romanorum ad redimendos captiuos castra sua petentibus, quo tutius uenirent, Lyconem Molossum obuiam misit, ipse cum ornatu regio extra portam occurrit.

5 Campani exercitum nostrum cum consulibus apud Caudinas furcas sub iugum a Samnitibus missum, urbem suam intrantem uenerabiliter exceperunt: consulibus insignia honoris, militibus uestem, arma, equos praestiterunt.

6 Hannibal Aemilii Pauli apud Cannas *trucidati* quaesitum corpus inhumatum iacere passus non est. idem Ti. Gracchum insidiis Lucanorum circumuentum sepeliit et ossa eius militibus nostris Romam dedit portanda. idem M. Marcellum in agro Bruttio occisum legitimo funere extulit Punico sagulo et corona aurea donatum.

DE GRATIS.

2, 1 Veturiae matri Coriolani et Volumniae uxori ob beneficium, quod ab oppugnatione patriae remouerant Coriolanum, senatus censuit ut semita uiri cederent. permisit quoque eis purpurea ueste et aureis uti segmentis. super haec aram Fortunae muliebri eo loco, quo Coriolanus *exoratus* fuerat, faciendam curauit. — Cum a Fuluio Capua obsideretur, ac duae Campanae mulieres in fide Romanorum mansissent, Vescia Oppia mater familias et Cluuia Facula meretrix, quarum altera pro salute Romani exercitus cotidie sacrificauit, altera captis militibus Romanorum alimenta subministrare non destitit, urbe illa oppressa senatus eis et libertatem et bona restituit.

6 tutius] *addend. cens.* honoratiusq. *Gertz** ‖ liconem ‖ 7 et ipse *coni. Gertz** ‖ 11 excepeř *cod.*, excepere *Mai Halm* ‖ 14 trucidati *addidi e Val.*, *om. cod. Halm*, caesi *suppl. Gertz** ‖ 26 exoratus *add. Halm e Val.*, *om. cod.* ‖ 28 fidem ‖ 29 facula *cod. in marg.*, oppia *in textu* ‖ maeretrix *m. 1* ‖ 32 destitit *Halm e Val.*, defuit *cod. Mai, an* desiit?

Nautius et Minucius coss., cum paucos ante menses 2 populum Romanum defendissent, †bello, quo Tusculani ab Aequis oppugnabantur, ad sacramentum prouocantes omnem sibi iuuentutem facilem et uoluntariam experti sunt.

Cum Q. Fabius quinque consulatibus salutariter re 3 p. administrata decessisset, p. R. certatim aes contulit,

Q. Terentius Culleo praetoria familia natus, captus 5 a Poenis, a Scipione Africano superiore restitutus, currum eius pilleatus secutus est.

Flamininum de Philippo rege triumphantem duo 6 milia ciuium Romanorum pilleata secuta sunt.

Metellus Pius, cum esset cos., a Q. Calidio praetore 7 patre suo reuocato, qui fuerat in exilio, non dubitauit quin ei supplicaret.

C. Marius duas Camertium cohortes mira uirtute 8 uim Cimbrorum sustinentes in ipsa acie ciuitate donauit.

L. Sulla in censura uenienti Pompeio adsurrexit et 9 equo descendit.

M. Cornuto praetore funus Hirtio et Pansae locante 10 qui tunc libitinam praestabat gratuitam operam promisit, quia consules pro r. p. dimicauerant.

Mithridates pro Leonico, acerrimo salutis suae de- Ext. 2 fensore, a Rhodiis nauali pugna excepto omnes hostium captiuos permutauit.

Attalus acceptam a populo R. Asiam, aequitate te- 3 stamenti gratus, eandem populo R. reliquit.

Masinissa memor Scipionis beneficiorum omni uita 4 domum Corneliam coluit. itaque moriens haec uxori liberisque praecepit, unum in terris populum Romanum, unam Scipionis domum nossent.

2 bello quo tusculani *cod.*, Tusculani, bello quo hi *Mai Halm*, *uu.* bello, quo Tusculani ab Aequis oppugnabantur *transponenda cens. ante* cum paucos *Gertz**, *an* Tusculani *ponend. post* menses? || 7 decessit *m. 1* || 8 Q.] quintius || 13 calidio* || praetore] *errat Par. cf. Val.* || 14 reuocata *m. 1* || 18 sylla || in censura] *immo* in dictatura *Halm* || 21 libertinam (*sed corr. in marg.*) || *fort.* praestabant — promiserunt. *sed ipse errasse uid. Par.* || 22 r. p.] p. r. || dimica⟨ntes occub⟩uerant *probabiliter Gertz** || 26 *et* 27 p. r.

DE INGRATIS.

3,1 Romulum senatus inmemor beneficiorum in curia discerpsit.

2 Camillus a L. Apuleio tr. pl. accusatus in ea urbe incolumitatem consequi non potuit, quam auxerat. — Africano superiori post triumphos dies dicta est, et a populo damnatus. — Africanus minor raptorem spiritus domi inuenit, mortis punitorem in urbe non repperit. — Scipio Nasica sub titulo legationis Pergamum relegatus est. — P. Lentulus, amantissimus rei p. ciuis, post Gracchanam seditionem, quam ipse sepelierat, die dicta petiit a dis ne umquam ad ingratum p. R. reuerteretur et *in* Siciliam profectus conpos uoti fuit. — Ahala post Sp. Maelii mortem, quem ipse occiderat regnum adfectantem, custoditae libertatis ciuium exilio suo poenas pependit.

4 Cicero C. Popilium Laenatem Picentis regionis in iudicio defendit. hic Popilius postea nec re nec uerbo a Cicerone laesus ultro M. Antonium rogauit ut ad illum proscriptum persequendum mitteretur impetratisque detestabilis ministerii partibus Caietam petiit et ibi iugulum sibi praebere iussum Ciceronem gestiente mucrone confodit.

5 Cn. Pompeius Carbonem, a quo de paternis bonis in foro dimicans protectus fuerat, † iussus occidit.

Ext. 1 Carthaginienses Hannibalem a conspectu suo submouere in animum induxerunt.

2 Lycurgus legumlator lapidibus a ciuibus petitus, pulsus foro, ita ut oculum amitteret, nouissime exulauit.

3 Athenienses Thesea post tot beneficia patria expulerunt, cuius ossa Scyrus insula mortui texit. — Solon senectutem Cypri profugus exegit, neque ei in patria, de qua optime meruerat, contigit humari. — Miltiades post $\overline{ccc}$ Persarum Marathone deuicta in carcere ac

8 mortis**punitorem ‖ 12 petit ‖ 13 in *addidi e Val.* ‖ 15 custodita libertate *cod.*, *em. e Val. Gertz** ‖ 16 **pendit (pe *eras.*) ‖ 21 petit ‖ 25 iussu Sullae occidit *recte, ni fallor, Halm*, iussit occidi *Gertz** ‖ 32 ei de patria in qua

uinculis decessit. corpus eius non prius sepeliri passi sunt quam Cimo filius eius isdem se uinculis constringendum daret. Aristides, sub quo totius Graeciae iustitia censetur, patria iussus excedere est. Themistocles post magnos titulos patria pulsus confugere ad Xerxen coactus est. Phocion uero tantum non in eculeum ab Atheniensibus impositus est: certe post obitum iussus est extra fines proici.

DE PIETATE ERGA PARENTES, FRATRES, PATRIAM.

Coriolanus pulsus patria, cum bellum aduersus p. R. 4,1
parasset, nullis precibus motus, matris et uxoris uictus est lacrimis.

Scipio Africanus, cum adhuc praetextatus esset, patrem 2
suum consulem apud Ticinum fluuium aduersis auspiciis cum Hannibale pugnantem, grauiter saucium protexit.

L. Manlio Torquato diem ad populum Pomponius 3
trib. pleb. dixerat, quod filium militiae aptum rustico opere grauaret. id postquam Manlius adulescens cognouit, cum ferro ad Pomponium uenit et intromissus secretum petiit ac protinus destricto gladio tribunum minis terrere coepit et coegit iurare eum a patris accusatione decessurum, eoque effectum est ne Torquatus diceret causam.

M. Cotta eo ipso die, quo togam uirilem sumpsit, 4
ut e Capitolio descendit, Cn. Carbonem, a quo pater eius damnatus fuerat, postulauit peractumque reum iudicio adflixit.

Claudia uirgo Vestalis, cum patrem suum trium- 6
phantem e curru uiolenta tribuni pl. manu detrahi animaduertisset, se interposuit ac tribunum depulit.

Pero patrem Myconem in carcerem coniectum ultimae Ext. 1
senectutis uelut infantem lacte suo aluit.

3 sub *om. Mai Val.* ‖ totiens graecia *cod., em. Mai* ‖ 6 aeculeum ‖ 19 grauaretur ‖ 21 petit ‖ 27 iudicio *om. Mai Halm* ‖ 29 cum patrem suum *om. m. 1* ‖ 30 uiolentia tr. *m. 1* ‖ 32 Nero *m. 1* ‖ patrem Myconem *nos coll. Hygin. fab. 254,* fratrem maiorem *cod. et cum mendi nota Halm* ‖ 33 alui*t

4 Amphinomus et Anapius patrem et matrem umeris per medios ignes Aetnae portauerunt. — Cleobis et Bito ad sacra Iunonis peragenda matrem collo uexerunt.

5 Darius rex Persarum, cum Scythas oppugnaret, interrogauit eos quo usque fugerent. qui responderunt se nec urbes ullas nec agros cultos, pro quibus dimicarent, habere: ceterum, cum ad parentum suorum monimenta uenisset, sciturum quem ad modum Scythae proeliari solerent.

6 Croesi filius, cum esset mutus, bello, quo Cyrus Croesum superauerat, capto eo, cum miles ignoraret hunc esse Croesum ac pro gregario milite occidere conaretur, proclamauit 'parce Croeso'.

5,1 Scipio Africanus, tametsi artissima familiaritate Laelio iunctus erat, tamen senatum supplex orauit ne prouinciae sors fratri suo eriperetur legatumque se L. Scipioni in Asiam iturum repromisit.

4 Miles Romanus bello Sertoriano, cum in castris Cn. Pompei militaret, fratrem suum acrius pugnantem ex aduersa parte occidit. cognito scelere cadauer sublatum rogo superposuit et face subdita gladio se transfodit.

6,2 Cum in media fori parte uasto hiatu terra subsedisset et responsum esset ea re illum tantum modo conpleri posse, qua p. R. plurimum ualeret, Curtius nobilis iuuenis interpretatus urbem nostram uirtute et armis excellere, † tumque se in illud profundum egit.

5 P. Decius Mus Latino bello, cum aciem suam inclinatam uideret, pro exercitu se deuouit.

7 Scipio Africanus post Cannensem cladem Metello consilium agitante de relinquenda Italia ipse tribunus militum iuuenis admodum stricto gladio mortem uni-

2 ignis *Mai* || aethnae *m. 1* || 3 iunonis *sed* iu *in ras.* || uexerē *cod.*, uexere *Mai* || 4 dareus *m. 2* || 14 artissima *nos et Gertz* e Val.*, rarissima *cod. Halm* || 16 eriperetur] *add.* et ad eum transferretur *recte, ut uid., Gertz** || 17 iturum esse prom. *idem** || 22 uasta uirtute terra *cod., em. Halm e Val.* || 23 illa (*sic*) || 26 tumq. se *cod.*, *an supplend.* equum conscendit armatumque *uel* armatumque se? *nos*, cum equo se *uel* armatumq. se *Gertz**

cuique minitando iurare omnes coegit numquam se patriam relicturos.

Ext. 1 Rex Atheniensium Codrus obsessa patria a Lacedaemoniis, cum sua morte scisset posse fieri uictorem populum, famularem induit cultum atque ita pabulantium hostium globo se obiecit et unum ex his falce percussum in caedem suam conpulit.

2 Thrasybulus, cum de xxx tyrannorum morte consilium iniret, dicente sibi amico 'quantum tibi gratiae debebunt Athenienses?' respondit 'di faciant ut quantas ipse illis debeo uidear rettulisse'.

3 Themistocles patria pulsus, ne *aduersus illam* exercitum duceret, tauri sanguinem hausit.

4 Cum inter Carthaginem et Cyrenas de agri modo pertinacissima contentio esset, placuit utrimque eodem tempore iuuenes ad locum mitti. hoc pactum duo fratres Carthaginiensium Philaeni perfidia praecucurrerunt: maturato enim aduentu ulterius adhuc terminos posuerunt. Cyrenenses diu de fallacia eorum questi dixerunt sic eum finem ratum fore, si se Philaeni uiuos obrui passi essent. non fugerunt condicionem iuuenes atque ita patriae longiores terminos quam uitae suae esse maluerunt.

DE PARENTVM AMORE IN LIBEROS.

7,1 Fabius Rullianus quinque consulatibus peractis legatus ire Fabio filio ad bellum difficile et periculosum grauatus non est: idemque eum triumphantem equo insidens secutus est.

2 Caesetius eques Romanus, cum cogeretur a Caesare filium abdicare, quod is tr. pl. inuidiam ei tamquam adfectanti regnum fecisset, respondit 'celerius tu mihi, Caesar, omnes filios *eripies quam ex his ego unum nota mea pellam*'.

3 lac*edemoniis ‖ 11 debeo ut idem retulisset *m. 1* ‖ 12 aduersus illam *om. cod., suppl. Mai* ‖ 17 *et* 20 phileni ‖ 20 Philaeni ⟨ibi⟩ uiuos *e Val. recte, ni fallor, Gertz** ‖ 21 adque *m. 1* ‖ 31 adfectanti (ti *in ras.*) ‖ 32 eripies — pellam *om. cod., suppl. Mai e Val.* ‖ 33 pellam mea *Mai Halm*

3 Octauius Balbus a triumuiris proscriptus fugae expeditum initium habens, postquam filium intus trucidari falso clamore uiciniae accepit, neci se, quam euaserat, obtulit.

Ext. 1 Seleuci regis filius Antiochus nouercae Stratonices amore correptus iacebat in lecto morienti similis. igitur Leptines mathematicus adsidens aegro, cum sibi notasset introitu Stratonices iuuenem rubore offundi, ea egrediente pallescere, cuius morbi aeger esset intellexit atque id Seleuco indicauit, qui protinus filio coniuge sibi carissima cessit.

2 Ariobarzanes in conspectu Cn. Pompei filio suo regnum cessit, humiliorem illum se uidere non sustinens.

DE PARENTVM SEVERITATE.

8,1 Lucius Brutus filios suos, quod de proditione cogitabant, securi percussit.

2 Cassius filium suum Sp. Cassium, quod is tribunus pl. agrariam legem tulerat et aliis multis beneficiis deuinctum populum tenuerat, postquam illam potestatem deposuit, adfectati regni crimine damnauit.

3 T. Manlius Torquatus Dec. Silanum filium suum a Macedonibus accusatum, cum a senatu iudicem se petissent, damnauit.

4 M. Scaurus, cum apud Athesim flumen impetu Cimbrorum equites Romani pulsi deserto cos. Catulo fugerent, misit nuntium filio fugae eiusdem participi, libentius se in acie eius interfecti ossibus occursurum fuisse quam modo uiuo tam infami. quo nuntio accepto iuuenis animaduertit in se.

9,1 L. Gellius omnibus honoribus ad censuram defunctus cum grauissima crimina de filio, in nouerca commissum stuprum, parricidium cogitatum, cognouisset,

1 Octauius] Olius || inpeditum || 4 optulit *m. 2 Halm* || 5 strationices (*sed* 8 *recte* straton.) || 8 introitu* || 10 id] ita || 17 ensius || 22 iudicium ipse petisset *Gertz**, *uereor ne non recte* || 25 Romani *Halm*, r̄ *cod.*, Romam *Mai* || 32 *fort.* et parricidium *Halm*

senatu coacto exposita causa criminum defendere se iuuenem iussit et ipse primus filium absoluit.

2 Q. Hortensius orator, cum haberet filium malae famae, tamen decedens eum potissimum fecit heredem.

3 Q. Fuluius, cum parricidium filii in se conpositum deprendisset, tamen eundem reliquit heredem.

4 Quidam pater, cum insidias sibi a filio necti conperisset, uxorem seductam iure iurando obstrinxit ut confiteretur utrum illum iuuenem subiecisset an ex alio peperisset. deinde illa nihil tale factum iurante persuasus, in locum desertum filio perducto gladium, quem occultum secum adtulerat, tradidit ac iugulum feriendum praebuit. mouit haec res iuuenem et paenituit, quod paene tam pium patrem occidisset.

QVI OBITVM FILIORVM FORTI ANIMO TVLERINT.

10, 1 Horatius Puluillus, cum in Capitolio Ioui optimo maximo aedem pontifex dedicaret interque nuncupationem sollemnium uerborum mortuum filium suum audisset, 'tolle' inquit 'cadauer'.

2 Aemilius Paulus, cum duos filios in adoptionem dedisset, ipse duos haberet, unum ante diem quartum triumphi amisit, alterum ipso die triumphi. quam orbitatem apud populum consolatus est ita, ut quis crederet alium esse qui filium perdidisset, alium qui consolaretur.

3 Quintus Marcius Rex, superioris Catonis in consulatu collega, cum filium perdidisset, protinus a rogo curiam petiit et senatum, qui eo die haberi debuerat, conuocauit.

Ext. 1 Pericles Atheniensis intra quadriduum duobus filiis priuatus nihil ex uultu mutauit.

2 Xenophon Socraticus, cum sollemne sacrificium per-

1 senatui *Mai* ‖ 6 deprehendisset *Halm* ‖ heredem — 8 iure *in ras., sed m. 1* ‖ 8 obstrixit *Mai* ‖ 16 TVLERVNT *Mai* ‖ 19 sollemnem *cod., em. Halm e Val.* ‖ audiret *Mai* ‖ 23 ipso die] *at u. Val.* ‖ 27 Quintius ‖ 28 e rogo *Halm* ‖ 29 petit *cod. Halm* ‖ 33 xenopoon *m. 1*

ageret, e duobus filiis maiorem natu nomine Gryllum apud Mantineam in proelio cecidisse cognouit: nec ideo instititutum cultum deorum mutauit, solum tamen coronam deposuit. quam et ipsam, cum audisset fortiter pugnantem cecidisse, statim resumpsit.

3 Anaxagoras, cum filii mortem audisset, 'nihil mihi' inquit 'inexpectatum aut nouum nuntias: ego enim ex me natum sciebam esse mortalem'.

LIBER SEXTVS.

DE PVDICITIA.

1, 1 Lucretia, cum a Sex. Tarquinio regis filio per uim stuprum pati coacta grauissimis uerbis iniuriam suam in concilio docuisset necessariorum, ferro se, quod ueste tectum adtulerat, interemit.

2 Cum Appius Claudius decemuir filiae Vergini stuprum pertinacius expeteret, deductam in forum pater puellam occidit.

3 Pontius Aufidianus eques Romanus, postquam conperit filiae suae uirginitatem a paedagogo proditam Fannio Saturnino, punito seruo puellam quoque necauit.

4 P. Maenius libertum suum, quod filiae suae iam nubili osculum dedisset, puniit.

5 Q. Fabius Maximus poenas a filio exegit dubiae castitatis et ipse patria cessit.

6 P. Atilius Philiscus, cum in pueritia corpore quaestum a domino facere coactus esset, filiam suam, quod stupri se crimine coinquinauerat, interemit.

8 Metellus, stuprosae mentis acer poenitor, Cn. Sergio Silo promissorum matri familiae nummorum gratia diem ad populum dixit.

1 e] cum ‖ grylum apud antineam ‖ 13 doluisset (= deplorasset *Val.*) *recte, ut uid., Gertz** ‖ 15 Vergini ***nos cum*** *Val.*, Virgini *Halm*, uirginis *cod.* ‖ 16 in foro ‖ 19 pedagogo ‖ 27 conquinauerat ‖ 29 silio

9 T. Veturius filius *eius*, qui in consulatu suo Samnitibus ob turpiter ictum foedus deditus fuerat, cum propter aes alienum P. Plotio nexum se dare adulescentulus admodum coactus esset, seruilibus ab eo uerberibus, quia stuprum pati noluerat, adfectus querellam ad consules detulit, a quibus Plotius in carcerem deduci iussus est.

10 C. Fescennius triumuir capitalis C. Cornelium fortissimae militiae stipendia emeritum, cum ingenuum adulescentulum stupri causa adpellasset, publicis uinculis onerauit.

11 M. Laetorius Mergus tribunus militum accusatus a Cominio tr. pl., quod cornicularium suum stupri causa adpellasset, primum fuga, deinde morte se puniuit.

12 C. Marius imperator, cum C. Lusium sororis suae filium trib. mil. a C. Plotio manipulare caesum *audisset, quia eum de stupro compellare fuerat ausus, iure caesum* pronuntiauit.

13 Sempronius Musca C. Gellium deprehensum in adulterio flagellis cecidit. C. Memmius L. Octauium similiter deprehensum pernis contudit. Carbo Attienus a Vibieno, item Pontius a P. Cerennio deprensi castrati sunt. Cn. Furium Broccum qui deprenderat familiae stuprandum dedit.

Ext. 1 Graeca femina nomine Hippo, cum hostium classe esset excepta, in mare se, ut morte pudicitiam tueretur, abiecit.

2 Exercitu et copiis Gallograecorum a Cn. Manlio cos. in Olympo monte captis ex parte, Orgiacontis reguli uxor a centurione, cui custodienda tradita erat, stuprum pati coacta, postquam iussu consulis a centurione necessariis suis redimentibus reddebatur, uni ex Gallo-

1 eius *om. cod., suppl. Halm* || 3 nixum || 5 quere*lam || 8 Pescennius *Pighius* || 12 trib̄ mil̄ || 16 audisset — caesum *om. m. 1, suppl. in marg. m. 2, sed sine* de stupro, *quod e Val. addidi omissum ab Halmio* || 19 Musca *Val.*, musea *cod.*, Musa *Mai Halm* || 22 uiuieno || 23 qui *Mai e Val.*, quem *cod. an* qui eum *Gertz** || deprehenderat *Mai Halm* || 25 nomine****hippo || 29 *an* captis ex parte, ex parte deletis?

graecis lingua gentis suae imperauit ut eum occideret. interfecti deinde caput abscisum manibus retinens coniugi suo ostendit.

3 Teutonum coniuges Marium uictorem orauerunt ut ab eo uirginibus Vestalibus dono mitterentur eaque re non inpetrata nocte proxima spiritum sibi laqueis eripuerunt.

LIBERE DICTA AVT FACTA.

2,1 Priuerno capto interfectisque qui id oppidum ad rebellandum concitauerant senatus consilia agitabat quidnam de reliquis Priuernatibus faceret. principem legationis interrogauerunt consules quam poenam ciues eius pati mererentur. tum ille 'quam merentur' inquit 'qui se dignos iudicant libertate'. idem interrogatus a Plautio cos., inpunitate data qualem pacem esset habiturus, respondit, 'si bonam dederitis, perpetuam, si malam, non diuturnam'.

2 L. Philippus cos. aduersus collegam usus nimia libertate alio sibi senatu opus esse dixit. quod cum L. Crassus dictum grauiter ferret, manum ei inici consul iussit. ille reiecto lictore 'non es' inquit 'mihi, Philippe, consul, quia ne ego quidem tibi senator sum'.

3 Cn. Carbo trib. pl. Scipionem Numantinum quid de Ti. Gracchi morte, cuius sororem in matrimonio habebat, sentiret interrogauit. is iure eum caesum respondit. cui dicto cum contio uiolenter subclamasset, 'taceant' inquit 'quibus Italia nouerca est'. orto deinde murmure 'non efficietis' ait 'ut solutos uerear, quos adligatos adduxi'.

5 Cato, cum in senatorem nocentem reum iudex sedisset tabellaeque Cn. Pompei laudationem senatoris continentes prolatae essent, 'illa' inquit 'lege iudex sum, qua cautum est ne senatoribus tali auxilio uti liceat'.

2 retinens] *add.* rem *probabiliter Gertz p. 285* || 12 interrogauerant *cod. Halm, em. Mai* || 15 habiturus] *recte, ut uid.*, *add.* p. r. (= populus Romanus) *Gertz** || 18 *fort.* collegas *Halm* || 22 nec ego || 23 qui de

6 Cn. Lentulus Marcellinus cos., cum in contione de Magni Pompei potentia quereretur, adsentante populo 'adclamate' inquit, 'Quirites, adclamate, dum licet'.

7 Fauonius Pompeio candida fascia crus adligatum habenti 'non refert' inquit 'qua in parte corporis diadema sit', exigui panni cauillatione regias ei uires exprobrans.

8 Heluius Mancia Formianus, libertini filius ultimae senectutis, *L.* Libonem apud censores accusabat. in quo certamine cum ei Cn. Pompeius humilitatem exprobrans ab inferis illum ad accusandum remissum dixisset, 'non mentiris' inquit, 'Pompei: uenio enim ab inferis accusator. sed dum illic moror, uidi, Cn. Pompei, Domitium Ahenobarbum, M. Brutum, Cn. Carbonem, Perpernam praetorem, uiros clarissimos sceleris tui indicia circumferentis, quos admodum adulescentulus carnifex occidisti.

9 Diphilus tragoedus, cum Apollinaribus ludis inter actum ad eum uersum uenisset, quo haec sententia continetur, 'miseria nostra magnus est', directis in Pompeium *Magnum* manibus pronuntiauit. in illa quoque parte eadem petulantia usus est, '*uirtutem* istam ueniet tempus, cum grauiter gemes'.

10 M. Castricius, cum Placentiae magistratum gereret, Cn. Carbone cos. obsides *a* Placentinis postulante imperio non obtemperauit. itaque dicente Carbone multos se gladios habere respondit et se annos.

11 Seruius Galba Caesarem in foro sedentem ita interpellauit: 'C. Iuli Caesar, pro Cn. Pompeio, quondam tuo genero, in tertio eius consulatu pecuniam spopondi, quo nomine nunc adpellor. quid agam? dependam?' quod ut audiit Caesar, ex fisco suo aes alienum Pompei solui iussit.

9 L. *praenom. addidi e Val.* || censorē || 15 indicia || 20 continetur *nos,* contineretur *cod. Halm* || est] ē *cod.,* es *Halm* || 21 Magnum *om. cod. Halm, suppl. e Val. Gertz** || 22 uirtutem istam *nos e Val.,* etiam *cod. et cum mendi nota Halm,* et iam *Mai* || 23 cum *nos,* dum *cod. Halm* || 25 carbonē cōs obsidens placentinis || 28 sergius *cod. Halm, emendaui e Val.* || sedentem] *an scribend.* ius dicentem *e Val.?* || 32 audiuit *Halm*

12 Cascellius iuris studiosus, cum multa de temporibus Caesaris liberius loqueretur, amicis ne id faceret monentibus 'duae me res' inquit 'non timere iubent, orbitas et aetas'. idem nulla gratia conpelli potuit, ut de eis rebus, quas triumuiri dederant, conponeret formulam omnia eorum beneficia extra legum ordinem ponens.

Ext. 1 Mulier quaedam a Philippo rege temulento damnata prouocare se iudicium uociferata est, eoque interrogante ad quem prouocaret 'ad Philippum' inquit, 'sed sobrium'. excussit crapulam rex et inspecta causa mulierem absoluit.

2 Senectutis ultimae quaedam Syracusis sola cotidie mane deos orabat ut sibi superstes esset Dionysius. ob quam rem in arcem perducta causam tyranno interrogante, 'cum' inquit 'puella essem et tyrannum haberemus, carere eo cupiebam. quo interfecto alter aliquanto taetrior arcem occupauit. eius quoque finiri dominationem magni aestimabam. tertium te inportuniorem superioribus habere coepimus. itaque ne quartus crudelior superueniat, caput meum pro te deuoueo'. tam facetam audaciam tyrannus punire erubuit.

3 Theodorum Cyrenaeum rex Lysimachus cum cruci figi iussisset, 'mea' inquit 'nihil interest humine an sublime putescam.

DE SEVERITATE.

3, 1 M. Manlius, unde Gallus depulerat, inde ipse praecipitatus est regnum adfectans. C. Cassius tamquam regni adfectator supplicio capitali punitus est. domus eius diruta Tellurisque ibi templum *factum*. Sp. Maelius et ipse tamquam regni adfectator occisus: area uero eius *Aequi*maelii appellationem traxit. M. Flacco

1 castellius || 5 dederant *cod.*, *sed* dēd doñ (*sic*) *in marg. add.* || 15 perducta in arcem *Mai* || 17 cupiebamus *cod. Mai*, *em. Halm* || 19 aestimabamus *Mai* || 21 facetam *Val.*, *quod recepi suadente Halmio*, saeuam *cod.* || 28 C.] *immo* Sp. *cf. Val.* || 29 capitolii || 32 eius] eius mansionis *Gertz**, *an Val.?* || Aequimaelii *nos et Gertz**, maelii *cod. Halm*

et L. Saturnino occisis domus super diruta. Flacciana area cum diis penatibus uacua remansisset, a Q. Catulo Cimbricis spoliis adornata est. duorum Gracchorum insepulta cadauera iacuerunt. filiis eorum humationis ius ablatum est.

2 P. Mucius trib. pl. collegas suos, qui cum Sp. Cassio ad opprimendam libertatem consenserant, uiuos cremauit.

3 C. Vettienum senatus, quod digitos sibi sinistrae manus, ne bello Italico militaret, absciderat, uinculis aeternis damnauit.

4 Curius consul, cum ad dilectum nemo nomina daret, coniectis in sortem omnibus tribubus Polliae, quae prima exierat, uirum citari iussit neque eo respondente bona adulescentis hastae subiecit, deinde ipsum collegium tribunorum adpellantem cum bonis uendidit.

5 L. Domitius, cum Siciliam praetor regeret, adlato sibi eximiae magnitudinis apro adduci ad se pastorem, cuius manu occisus erat, iussit interrogatumque qui eam bestiam occidisset, postquam conperit usum uenabulo, cruci fixit: nam propter frequentiam latrocinii edixerat ne quis telum haberet.

7 Senatus Sp. Postumio Albino Q. Marcio Philippo consulibus mandauit *ut* de his, qui sacris Bacchanalium inceste usi fuerant, inquirerent. magna pars p. R. punita est.

8 Publi*cia*, quae Postumium Albinum consulem, item Licinia, quae Claudium Asellum uiros suos ueneno necauerant, propinquorum decreto strangulatae sunt.

9 Egnatius Metenius uxorem suam, quod uinum bibisset, fuste percussit.

2 diis] *fort.* diu *Halm* ‖ 4 filiis eorum] ***non intellexit Par. Valerii uerba*** ‖ 9 C. Vettienum — damnauit *om. Mai* ‖ 12 delectum *m. 2* ‖ 13 omnibus tribubus ***nos e*** *Val.*, nominibus tribus ***cod.*** *Halm* ‖ quae * prima ‖ 14 uirum] *an* primum uirum? ‖ neque eo ***nos e*** *Val.*, nec eo *Gertz**, * eo ***cod.***, eo non *Mai Halm* ‖ 24 consul ‖ ut ***om. cod.*** *Halm*, *suppl. Gertz* e Val.* ‖ Bacchanalibus *Mai* ‖ 27 publia ‖ 28 claudium nellum ‖ 29 stranguilatae

10 C. Sulpicius uxorem dimisit, quod eam capite aperto foris uersatam cognouerat.

11 Q. Antistius Vetus uxorem repudiauit, quod illam in publico cum quadam libertina uulgari secreto loquentem uiderat.

12 P. Sempronius Sophus coniugem suam repudii nota adfecit, quod se ignorante ludos spectatum ierat.

Ext. 1 Lacedaemonii libros Archilochi ciuitate sua exportari iusserunt, quod eorum parum pudicam cognouerant lectionem.

2 Athenienses Timagoram inter officium salutationis Darium regem more gentis illius adulatum capitali supplicio puniuerunt.

3 Cambyses mali cuiusdam iudicis e corpore pellem detractam sellae intendit in eaque filium iudicaturum sedere iussit.

GRAVITER DICTA AVT FACTA.

4, 1 Post Cannensem cladem suspensa re p. senatus decreuit uti Latinorum principes in ordinem *suum* sublegerentur. sed cum Annius Campanus consulem quoque unum Capua creari debere diceret, Manlius Torquatus filius eius, qui Latinos apud Veserim inclyta fuderat pugna, quam potuit clara uoce denuntiauit, si quis sociorum inter patres conscriptos sententiam dicere ausus esset, continuo se eum interempturum. — Manlius Torquatus, cum omnium consensu consulatum sibi deferri uideret, post excusationem instanti populo 'alium' inquit 'quaerite, Quirites, ad quem hunc honorem deferatis: nam si me gerere coegeritis, nec ego mores uestros ferre nec uos meum imperium tolerare poteritis.'

2 Scipio Aemilianus, cum haberet consortem censurae Mummium, eneruis uirum uitae, pro rostris dixit se ex maiestate rei p. omnia gesturum, si sibi ciues uel non dedissent collegam uel dedissent. — Idem, cum Ser.

1 sulpitius *Halm* ‖ operto *cod. Halm, em. Gertz* e Val.* ‖ 12 dareum *m. 2* ‖ 19 suum *addidi e Val., om. cod. Halm* | subligerentur ‖ 29 gerere eum *Val.*

Sulpicius Galba et Aurelius consules in senatu contenderent uter aduersus Viriatum in Hispaniam mitteretur, 'neutrum' inquit 'mihi placet mitti, quia alter nihil habet, alteri nihil satis est'.

C. Popilius a senatu legatus ad Antiochum missus, 3
ut bello se, quo Ptolemaeum lacessebat, abstineret, cum ad eum uenisset atque is prompto animo dexteram ei porrexisset, inuicem illi suam dare noluit et tabellas senatus consultum continentes tradidit. quas ut legit Antiochus, dixit se cum amicis conlocuturum. indignatus Popilius uirga solum, quo instabat, denotauit et 'prius' inquit 'quam hoc circulo excedas da responsum, quod senatui referam'. continuo rex affirmauit *fore* ne amplius de se Ptolemaeus quereretur.

P. Rutilius, cum amici cuiusdam iniustae rogationi 4
resisteret atque is dixisset 'quid ergo mihi opus est amicitia tua, si quod rogo non facis?' respondit 'immo quid mihi tua opus est, si propter te aliquid inhoneste facturus sum?'

M. Brutus ultimum proelium initurus negantibus 5
quibusdam id committi oportere 'fidenter' inquit 'in aciem descendo: hodie enim aut recte ero aut nihil curabo'.

D. Brutus cum totam paene Lusitaniam uicisset, Ext.
† sola gentis eius urbs Cinginnia arma retineret, fertur 1
legatis respondisse sibi ferrum a maioribus, quo se tueretur datum, non aurum, quo redimeret.

Socrates, cum apud Athenienses causam dicturus 2
esset defensionemque ei Lysias a se conpositam recitasset, qua in iudicio uteretur, supplicem ac demissam, 'aufer' inquit 'quaeso istam: nam ego, si adduci possem ut ea in ultima Scythia perorarem, tum me ipse morte multandum concederem'.

1 consul ‖ 4 satis *m. 2*, lates *m. 1* ‖ 7 ei porrexisset *m. 2*, *pmisisset *m. 1* ‖ 10 dixit*se ‖ 13 fore *suppl. Mai e Val.* ‖ 22 erit *Val.* ‖ 24 D. *om. cod. Halm, suppl. Gertz* e Val.* ‖ 25 et sola *Halm* ‖ *an* retinens? ‖ 26 legatis] *addend. cens.* eius *Halm*, Romanis *Gertz**. *an* eius de redemptione missis? ‖ 27 redimeretur *cod. Halm, em. Gertz** ‖ 30 ac] aut ‖ 32 ipsum *Mai*

3 Alexander bis fugato Dario, cum is ei filiam suam polliceretur uxorem et decies centum milia talentum, Parmenione dicente, 'si Alexander essem, accepissem', respondit 'et ego, si Parmenion'.

DE IVSTITIA.

5, 1 Camillus Falerios oppugnans, cum ludi magister plurimos et nobilissimos inde pueros ad se perduxisset, uinctum eum puerisque traditum in patriam iussit reduci. admirati iustitiam ducis Falisci uinci se a magno uiro gloriati sunt. — Senatus, cum P. Claudius Amerinos sub hasta uendidisset, suspectum eum habens maxima cura conquisitos redemit eisque habitandi gratia locum in Auentino adsignauit. — Fabricius, cum Timocrates Ambraciensis medicus repromisisset Pyrrhum se ueneno necaturum, monuit regem ut sibi ab eius modi insidiis caueret, et quod iustitiae locum tenuit, medici nomen non indicauit.

2 L. Atratinus dux eius pugnae, quae apud Verruginem a Volscis cum euentu fuerat facta, paratis fugae nostris, deinde quattuor tribunorum uirtute restituta *est*, a L. Hortensio ob id accusatus. cuius collegae, quattuor iuuenes, pro rostris iurauerunt in squalore esse futuros, si imperator eorum reus esset futurus.

3 Cum Ti. Gracchus et L. Claudius ob nimis seuere gestam censuram die dicto a Popilio trib. pl. accusarentur, omnibus centuriis damnantibus Claudium, absoluentibus Gracchum, Gracchus clara uoce iurauit, si de collega suo grauius esset iudicatum, se paribus in factis eandem cum illo poenam exilii subiturum.

4 Cum L. Cotta trib. pl. fiducia sacrosanctae potesta-

1 dareo *m. 2* ‖ 16 iustitiae (*sic*) *cod.*, iustitia *Halm* ‖ 18 ferruginem *cod. Halm* ‖ 19 facta *nos*, acta *cod. Halm* ‖ paratis *Kellerbauer*, partis *cod.*, traditis *Mai* ‖ 20 nostrae ‖ restituta est *Gertz p. 285*, restituta (*om.* est) *m. 1*, restitutae *m. 2 Halm* ‖ 21 *an* accusatus ē? ‖ 22 esse] *fort.* sese *Halm* ‖ 23 reos *m. 1* ‖ 24 seuere gestam *m. 2*, se ut reges tam (*sic*) *m. 1*, seuere gestam Romae *Mai* ‖ 25 *fort.* dicta *ut § 6 Halm* 26 domin[illegible] ‖ 28 essem *m. 1*

tis creditori suo satisfacere nollet, collegium tribunorum decreuit creditori aduersus collegam auxilium ferre.

Cn. Domitius trib. pl. cum diem *M.* Scauro dixis- 5
set, seruus Scauri noctu ad eum uenit, instructurum se eius accusationem multis domini criminibus promittens. *in*motus his Domitius seruum Scauro remisit puniendum.

L. Crassus die dicta Cn. Carboni, cum seruus eius 6
ad se scrinium domini adtulisset conplura continens, quibus Carbo facile opprimi posset, ut erat signatum cum seruo catenato ad dominum remisit.

L. Sulla, cum Sulpicium Rufum trib. pl. proscri- 7
psisset atque eum a seruo proditum conperisset, manu missum parricidam, ut fides edicti sui extaret, praecipitari protinus Tarpeio saxo pilleatum iussit.

Pittacus Mitylenaeus ipsis ciuibus tyrannidem defe- Ext. 1
rentibus, ut aduersus Athenienses dux esset, pace facta continuo reclamantibus deposuit.

Zaleucus urbe Locrensium utilissimis legibus munita, 3
cum filius eius adulterii crimine damnatus secundum ius ab ipso constitutum utroque oculo carere deberet, precante filio et populo ut parceret, medius inter patrem et legumlatorem fuit: suo enim prius, deinde fili oculo eruto usum utrique uidendi reliquit.

Charondas Thuriorum legumlator, cum tulisset le- 4
gem ne qui contiones cum ferro intraret, fore enim ut interemeretur, forte ex longinquo itinere *re*ueniens, ut erat gladio cinctus, curiam intrauit. admonitus igitur solui a se leges destricto ferro incubuit.

DE FIDE PVBLICA.

Cum Ptolomaeus rex tutorem populum Romanum 6,1
filio suo reliquisset, senatus M. Aemilium Lepidum pon-

6 inmotus *nos*, non motus *Gertz l. c.*, motus *cod. Halm* ‖ 11 sylla ‖ 13 *scribend. uid.* constaret ‖ 14 tarpeo ‖ 16 Atheniensis *Halm* ‖ 22 legemlatorem *m. 1* ‖ 24 yriorum ‖ legem *nos e coni. Halmii*, leges *cod.* ‖ 26 interemeretur *Gertz**, interficeretur *Mai Halm*, inueniretur *cod.* ‖ reueniens *Busch p. 14*, ueniens *cod. Halm* ‖ 30 ptolemaeus *m. 2 Halm* ‖ 31 pontificum *m. 1*

tificem maximum, bis cos. ad pueri tutelam gerendam Alexandriam misit.

2 Ingenti circa Siciliam Poenorum classe deuicta duces eius fractis animis de petenda pace consilia inibant: e cum Hamilcar iturum se negaret ad consules, quod timeret ne eodem more detineretur, quo ipsi Cornelium Asinam cos. detinuerant, Hanno, certior Romanorum morum aestimator, uenit ad consules. apud quos cum de fine belli ageret et tribunus militum ei dixisset posse illi merito euenire quod Cornelio accidisset, uterque consul tribunum iussit tacere.

3 M. Aemilio Lepido, L. Flaminio coss. senatus L. Minucium et L. Manlium Carthaginiensium legatis, quia manus intulerant, per fetiales a M. Claudio praetore *dedendos* curauit.

4 Scipio Africanus onustam nauem Poenorum captam, quod se dicebant legatos uenire, dimisit.

5 Legatos ab urbe Apollonia Romam missos Q. Fabius et Cn. Apronius aedilicii orta contentione pulsauerunt. quod ubi conperit senatus, continuo eos per fetiales legatis dedidit.

Ext. 1 Saguntini, ne destituerent Romanam societatem, usque ad ruinas patriae fideles fuerunt.

2 Petelini ab Hannibale obsessi auxilium a Romanis orantes petierunt. quibus quia mitti non potuit subsidium propter Cannensem cladem, datum responsum uti facerent quod utile incolumitati eorum uideretur.

DE FIDE VXORVM.

7, 2 Q. Lucretium proscriptum a triumuiris uxor Tyria inter cameram et tectum cubiculi cum una conscia ancilla abscondit.

3 Sulpicia, cum a matre Iulia custodiretur, ne Lentulum Cruscellionem proscriptum a triumuiris et in Si-

5 quo timeret ‖ 6 *malim* modo ‖ 12 flaminino ‖ 14 *fort.* manus iis *Halm recte, ut uid.* ‖ praetores curauit (*om.* dedendos) *cod., em. Mai* ‖ 20 ubi* ‖ 29 Turia *Val.* ‖ 33 cruscilionem *cod. Halm, emendaui e Val.*

ciliam transeuntem sequeretur, famulari ueste iniecta comes eius fugae facta est.

DE FIDE SERVORVM.

M. Antonius, cum reus incesti ageretur, accusatori- 8, 1
bus eius seruum in quaestionem perseueranter postulantibus, quod ab eo, cum ad stuprum iretur, lanterna esset praelata, ipso fidem promittente seruo tormentis et iudicio eum commisit nec deceptus est.

C. Marium Praenestinae obsidionis miserabilem ex- 2
itum *sortitum*, cuniculi latebris euadere conatum, leui uulnere a Telesino, cum quo mori destinauerat, strictum, seruus occisum Sullanae crudelitatis fecit expertem.

C. Gracchus, ne in potestatem inimicorum ueniret, 3
Philocrati seruo, uel ut alii dicunt, Euporo ceruices incidendas praebuit. quas cum celeri ictu abscidisset, in se gladium conuertit.

Pindarus C. Cassium Philippensi proelio uictum, 4
nuper ab eo manu missus, iussu ipsius obtruncatum insultationi hostium subtraxit, deinde se occidit.

Plancus Munatius, Planci Munatii frater, a trium- 5
uiris proscriptus, cum in regione Salonitana lateret, persequentibus se militibus, cum serui eius negarent se scire ubi dominus esset, non sustinuit tam fideles seruos cruciari, sed se militibus obiecit.

Vrbini Panapionis seruus, cum audisset dominum 6
suum proscriptum a triumuiris, ueste cum eo permutata postico clam emisit et se pro Panapione occidi passus est.

Antius Restio proscriptus a triumuiris comitem fu- 7
gae suae unum seruum uinctum inexpiabilique littera-

5 perseuerantẽ *m. 1* ‖ 6 lanternae *m. 1*, laterna *m. 2* ‖ 10 sortitum *om. cod. Halm*, *suppl. Gertz* e Val.* ‖ 14 euparo *cod. Halm*, *em. Mai e Val.* ‖ 19 hostium *om. Mai* ‖ 20 Planc. Munatius] C. Plotius Plancus *Val.* ‖ 21 Salernitana *Val. Plin.* ‖ 25 Vrbinii *Mai*, uruon *cod.* ‖ audisset] *addend. censui* ⟨milites uenisse ad occidendum⟩ *an scribend.* ⟨domesticorum indicio certiores factos milites uenisse ad occidendum⟩ dominum? *Gertz* e Val.*

rum nota inustum habuit. qui, cum superuenientes milites cognouisset, amoto domino rogum extruxit eique ardenti conprensum et occisum senem superiecit. interrogantibus deinde militibus ubi esset Antius manum rogo intentans ibi illum datis sibi crudelitatis piaculis uri respondit. quia ueri similia loquebatur, habita est fides.

DE MVTATIONE MORVM.

9,1 Manlius Torquatus adeo hebetis atque obtunsi cordis existimatus est, ut a patre L. Manlio rus relegatus agresti opere fatigaretur. postmodum reum iudiciali periculo liberauit.

2 Scipio Africanus superior solutioris uitae primos adulescentiae annos egisse fertur.

3 C. Valerius † pontifex luxu perditam adulescentiam inchoauit, sed receptus a P. Licinio pontifice maximo flamen † liberatus est.

4 Q. Fabius Maximus adulescentiam infamem habuit.

5 Q. Catulus, superiores eius anni si reuoluantur, delicatissimus atque effusissimus inuenietur.

6 L. Sulla usque ad quaesturae suae comitia uitam libidine, uino, ludicrae rei amore inquinatam perduxit.

DE MVTATIONE FORTVNAE.

7 P. Aufidius, cum Asiatici publici exiguam admodum particulam habuisset, postea totam Asiam proconsul obtinuit.

9 Ventidius, qui de Parthis triumphauit, aetatis nondum puberis Asculo capto a Cn. Pompeio patre captus in triumpho est ductus.

3 conprehensum *Mai* ‖ 9 haebetis ‖ 11 postmodum] *an addend.* patrem *e Val.?* ‖ 15 pontifex] *immo* Flaccus, *sed corruptum e* Punico bello *putat Gertz** ‖ 16 pontifice (*litt.* ice *in ras.*) ‖ 17 flamen] *addend. censuimus* luxuriae crimine *nos,* luxuria *Gertz** ‖ 20 inuenietur] *post h. u. Halm cum cod. titulum habet, quem ante § 7 transponend. esse docuit Gertz p. 285* ‖ 22 ludicrare amore *m. 1* ‖ 27 nondum *nos,* admodum *cod. Halm* ‖ 28 pompeo

L. Lentulus consularis lege Caecilia repetundarum 10
crimine oppressus postea censor cum L. Censorino creatus est.

Cn. Cornelius Scipio Asina cos. a Poenis apud Li- 11
paras captus, cum belli iure omnia perdidisset, cuncta reciperauit, consul etiam *iterum* postea creatus est.

Crassus, qui locuples cognominatus est ob nimias 12
diuitias, postea inops factus per risum Diues ab occurrentibus salutabatur.

C. Marius Arpinatibus honoribus iudicatus inferior 14
Romae usque ad septem consulatus processit.

C. Caesar inter prima iuuentae initia priuatus Asiam 15
petens a maritimis praedonibus circa insulam Pharmacusam exceptus quinquaginta se talentis redemit. deinde postea captos praedones crucibus adfixit.

Perditae luxuriae Athenis adulescens Polemo, cum Ext.
Xenocratis philosophi temulentus scholam intrasset, mo- 1
tus sermonis eius grauitate paulatim resipiscens ex infami ganeone maximus philosophus euasit.

Themistocles tam infamis in pueritia uitae fuit, ut 2
a patre abdicaretur, matrem ob turpitudinem suam suspendio uitam finire coegerit.

Cimonis incunabula opinionis stultae fuerunt. 3

Polycraten Samiorum tyrannum omnium hominum 5
felicissimum Orontes Darii regis praefectus in excelsissimo Mycales montis uertice cruci adfixit.

Dionysius tyrannus post opes tantas, post dignita- 6
tem deiectus a fastigio magister ludi fuit.

Syphax rex nobilis timendusque Romanis a Laelio 7
legato ad Scipionem uinctus perductus est.

6 recuperauit *Halm* ‖ iterum *nos e Val., om. cod. Halm* ‖ 8 per risum *Kellerbauer*, pro risu *cod.* ‖ 13 a *nos et Gertz* e Val.*, et *cod.*, et a *Halm* ‖ parnacusam *m. 1* ‖ 22 coegit *cod., em. Mai* ‖ 27 dignitatem] *an addend.* tantam? *sic etiam Gertz** ‖ 29 a Romanis *Halm*

LIBER SEPTIMVS.

DE FORTVNA CONSTANTER PROPITIA.

1, 1 Q. Metellus a primo die originis ad ultimum usque fati tempus ad summum beatae uitae columen perductus, consularis et triumphalis, quattuor filiorum pater, trium consularium, uno etiam censorio et triumphali, quarti praetorii, item trium filiarum pater, quibus nuptum datis prolem earum sinu suo exceperat, nullum funus, nullum gemitum passus inter oscula iam senex amplexusque carissimorum pignorum extinctus, filiorum et generorum umeris per urbem latus rogo impositus est.

2 Cum Gyges regno Lydiae armis et diuitiis abundanti inflatus Apollinem Pythium sciscitatum uenisset an aliquis mortalium se esset felicior, Aglaum Psophidium illi praetulit. is erat Arcadum pauperrimus, aetate iam senior terminos agelli sui numquam excesserat, parui ruris fructibus contentus, uerum bonae uitae finem non adumbratum conplexus.

SAPIENTER DICTA AVT FACTA.

2, 1 Appius Claudius dicere solebat negotium populo Romano melius quam otium dari: uidebat enim imperia agitatione rerum ad uirtutem capessendam excitari, nimia quiete in desidiam resolui.

2 Scipio Africanus turpe esse dicebat in re militari dicere 'non putaui', uidelicet quia explorato et excusso consilio quae ferro aguntur debeant administrari. idem negabat aliter cum hoste confligi debere, quam si aut occasio obuenisset aut necessitas incidisset.

2 CONSTANTE *m. 1* ‖ 6 quarto praetore *cod. Halm, em. Gertz** ‖ 10 clarissimorum ‖ 13 phythium *m. 1* ‖ 14 agrauum pisophidium ‖ 16 *scribend. uid.* et aetate, *mauult tamen* sed aetate *Gertz** ‖ 20 Appius — resolui *in ras., sed m. 1* ‖ Claudius] *add.* crebro *m. 2 Halm* ‖ 27 confligi *nos*, confligere *cod. Halm. u. ad p. 323, 6* ‖ decere *Halm e coni. Foertschii*

3 Q. Metellus deuicta Carthagine nescire se ait illa uictoria bonine plus an mali rei publicae adtulisset.

4 L. Fimbria consularis M. Lutatio Pinthiae splendido equiti Romano iudex addictus de sponsione, quam is cum aduersario, ni uir bonus esset, fecerat, numquam id iudicium pronuntiatione sua finire uoluit, ne aut probatum uirum, si contra eum iudicasset, fama spoliaret, aut iuraret uirum bonum esse, cum ea res innumerabilibus laudibus contineretur.

5 Papirius Cursor consul, cum Aquiloniam oppugnans proelium uellet committere pullariusque non prosperantibus auibus ementitus esset auspicia, de fallacia illius factus certior sibi quidem et exercitui bonum omen datum credidit ac pugnam iniit, ceterum mendacem in prima acie constituit, ut haberent dii cuius capite, si quid conceperant irae, expiarent. itaque accidit ut quod primum ex aduersa parte missum erat telum in pectus pullarii ueniret.

6 Cum aduersus Hannibalem Cl*audium* Neronem et Liuium Salinatorem senatus consules mitteret inimicitiis acerrime inter se dissidentes, summo studio in gratiam eos prius reduxit. eosdem senatus, cum ob nimis aspere actam censuram a Cn. Baebio trib. pl. reos peragi uideret, decreto suo liberauit. — Tiberium Gracchum trib. pl. senatus agrariam legem promulgare ausum morte multauit. idem ut secundum legem per triumuiros ager populo uiritim diuideretur censuit.

Ext. 1 Socrates philosophus nihil ultra petendum a diis immortalibus arbitrabatur quam ut bona tribuerent, quia ii demum scirent quid uni cuique esset utile. — Idem conpendiaria uia iuuenes ad gloriam peruenire dicebat, qui id agerent, ut quales uideri uellent, tales etiam essent. — Idem ab adulescentulo quodam consultus utrum uxorem duceret an se omni matrimonio absti-

3 a M. *Mai* ‖ pinthia sp. equite *cod. Mai* ‖ 4 aditus *Mai* ‖ 13 factus illius *Halm* ‖ 14 ad pugnam iit *cod., em. Halm e Val.* ‖ 19 cl. neronem ‖ 26 *fort.* legem eius per *Halm cum Val.* ‖ 30 ii demum *e Val. nos et Gertz**, idem *cod. Halm* ‖ 32 id *coni. Halm e Val.,* ita *cod.*

neret, respondit, utrum fecerit, acturum paenitentiam. 'hinc te' inquit 'solitudo, hinc orbitas, hinc generis interitus, hinc heres alienus excipiet'. — Idem cum damnatus a ciuibus potionem ueneni a carnifice accepisset, uxore Xanthippe inter fletum uociferante innocentem eum periturum, 'quid ergo?' inquit 'nocenti mihi mori satius duxisti?'

2 Solo legumlator neminem, dum adhuc uiueret, beatum dici debere arbitrabatur. — Idem, cum ex amicis quendam grauiter maerentem uidisset, in arcem perductum hortatus est ut per omnes subiectorum aedificiorum partes oculos circumferret. quod ut factum animaduertit, 'cogita nunc tecum' inquit 'quam multi luctus sub his et olim fuerint et hodie uersentur et insequentibus saeculis sint futuri'.

3 Bias Priene capta, omnibus onustis fugientibus, interrogatus quid ita nihil ex bonis suis secum ferret, 'ego uero' inquit 'bona *mea* mecum omnia fero'.

4 Plato tum demum beatum orbem futurum praedicabat, cum aut sapientes regnare aut reges sapere coepissent.

5 Rex quidam fertur traditum sibi diadema prius quam capiti inponeret retentum diu considerasse ac dixisse 'o nobilem magis quam felicem pannum!'

6 Xenocrates, cum maledicorum quorundam sermonibus summo silentio interesset, uni ex his quaerenti cur solus taceret 'dixisse me' inquit 'aliquando paenituit, tacuisse numquam'.

8 Thales interrogatus an facta hominum deos fallerent, 'ne cogitata quidem' inquit.

9 Vnicae filiae pater Themistoclea consulebat utrum eam pauperi, sed ornato an locupleti parum probato conlocaret. tum is 'malo' inquit 'uirum pecunia quam pecuniam uiro indigentem'.

1 utrum] *add.* eorum *cod. m. 2*, *Halm Val.*, *ego deleui* ‖ 3 excipiet] *suspicor ante h. u. uel post eam excidisse extremam compendii partem* ‖ 14 uersentur *Val.*, reuertantur *cod.*, reuersentur (= etiam uersentur) *Gertz**, *an* et hodieque uersentur? ‖ 16 onusti*s ‖ 18 mea *add. Gertz**, *om. cod. Halm* ‖ 19 tum *om. Mai* ‖ 25 *melius* maledico — sermoni *Val.*

Aristoteles Callisthenen auditorem suum ad Alexan- 11
drum dimittens monuit ut cum eo aut rarissime aut
dulcissime loqueretur, cum utraque res accepta apud
regem sit. Idem *de* semet ipsos in neutram partem
loqui debere praedicabat, quoniam laudare se uani, ui-
tuperare stulti sit. Idem praecipiebat ut uoluptates ab-
euntes consideraremus.

Anaxagoras interrogatus a quodam quisnam esset 12
beatus 'nemo' inquit 'ex his, quos tu felices putas'.

Demades nolentibus Atheniensibus diuinos honores 13
Alexandro decernere 'uidete' inquit 'ne, dum caelum
custoditis, terram amittatis'.

Anacharsis leges araneorum telis conparabat: nam 14
ut illae infirmiora animalia detinent, ualentiora trans-
mittunt, ita legibus pauperes constringi, diuites non ad-
ligari.

Agesilaus, cum aduersus rem *publicam* Lacedaemo- 15
niorum conspirationem ortam noctu conperisset, leges
Lycurgi continuo abrogauit, quae de indemnatis suppli-
cium sumi uetabant. conprensis et interfectis sontibus
easdem leges restituit.

Mago Cannensis pugnae exitum senatui Poenorum 16
nuntians, interrogatus ab Hannone an aliquis sociorum
post tantam cladem a Romanis defecisset, negauit. tum
ille protinus suasit ut legati Romam, per quos de pace
ageretur, mitterentur.

Herennius Pontius ab exercitu Samnitium ac duce 17
eius filio suo consultus quidnam fieri de legionibus Ro-
manis apud furculas Caudinas inclusis deberet, inuiola-
tas dimittendas respondit. et postera die eadem de re
interrogatus deleri eas oportere dixit, ut aut maximo
beneficio gratia hostium emere*re*tur aut uires confrin-
gerentur.

1 aditorem *m. 1* ‖ 4 de *om.* ‖ ipsos *cod.*, ipso *Valerii codd. Halm* ‖ 5 decere *Halm e coni. Foertschii; at u. ad p. 323, 6* ‖ 6 sit] *an* esset? *Gertz** ‖ praedicabat *cod. Halm, em. Gertz** ‖ 13 aranearum *m. 2 et Halm* ‖ 17 agesilas ‖ p. (= publicam) *addidi e Val., sic etiam Gertz** ‖ 19 qui — uetabat *cod., ut nos Val.* ‖ 24 tantum *m. 1* ‖ 30 postero *Val.* ‖ 32 emeretur *cod., em. Halm*

18 Cretes, cum acerbissima execratione aduersus eos, quos oderunt, uti uolunt, ut mala consuetudine delectentur optant.

DE ASTVTIA.

3,1 Seruio Tullio regnante cuidam patri familiae in agro Sabino praecipuae magnitudinis uacca nata est, quam oraculorum certissimi auctores in hoc editam responderunt, ut quisquis eam Auentinensi Dianae immolasset, eius patria orbis imperium obtineret. laetus bouem cum summa festinatione Romam actam in Auentino ante aram Dianae constituit. de qua re antistes certior factus religionem hospiti intulit, ne prius uictimam caederet quam se proximi amnis aqua abluisset, eoque alueum Tiberis petente uaccam ipse immolauit.

3 Scipio superior ex Sicilia petens Africam, cum e fortissimis peditibus Romanis trecentorum equitum numerum conplere uellet, ex his iuuenibus, quos secum tota ex Sicilia nobilissimos et diuitissimos, sed inermis habebat, trecentos speciosa arma et electos equos expedire iussit uelut eos continuo secum ad oppugnandam Carthaginem auecturus. qui cum imperio paruissent, remittere se eis Scipio eam expeditionem dixit, si arma et equos militibus suis dare uoluissent. rapuit conditionem inbellis iuuentus instrumentoque suo nostris libens cessit.

4 Q. Fabius Labeo arbiter a senatu finium constituendorum inter Nolanos et Neapolitanos datus separatim *utrosque monuit* ut omissa cupiditate regredi magis quam progredi mallent. idque cum utraque pars fecisset, constitutis finibus quod in medio reliqui soli fuerat populo Romano adiudicauit.

5 M. Antonius idcirco aiebat nullam orationem se

4 *titulum h. l. om. cod. Halm, sed habent ante* § 8, *unde huc transposui* ‖ 13 quam se *in ras. m. 1* ‖ amnis aqua — 21 imperio par *haec omnia in ras., sed m. 1* ‖ 17 iis *Halm* ‖ 19 expediri ‖ 26 labaeo ‖ 28 utrosque monuit *suppl. Gertz**, monuit *Halm, om. cod.* ‖ magis *cod.*, m̊ (= modo) agri *probabiliter coni. Gertz**

scripsisse, ut, si quid superiore iudicio actum ei, quem postea defensurus esset, nociturum foret, non dictum a se adfirmare posset.

Sertorius, cum Lusitanis persuadere uellet ne cum 6
Romanis uniuersa confligerent acie, duos equos in conspectu eorum constituit, ualidissimum alterum, alterum infirmissimum, ac deinde ualidi caudam ab inbecillo sene paulatim carpi, infirmi ab iuuene eximiarum uirium uniuersam conuelli iussit. obtemperatum imperio est. sed dum adulescentis dextera inrito se fatigat labore, senior ministerium exsecutus est. tum barbarae contioni quorsum ea res pertineret cognoscere cupienti subiecit equi caudae similem *esse* nostrum exercitum, cuius partes aliquis adgressus carpere posset, uniuersum opprimere non posset.

Fabius Maximus, cum praecipuae fortitudinis Nola- 7
num peditem dubia fide suspectum haberet, plene pro tribunali laudando omnisque generis honore prosequendo animum eius a Poenis ad Romanos reuocauit. idem strenuae operae Lucanum equitem amore scorti depereuntem clam meretricem redimere passus est.

M. Volusius aedilis pl. proscriptus adsumpto Isiaci 8
habitu per uias publicas stipem petens eo fallaciae genere in M. Bruti castra peruenit.

Sentius Saturninus Vetulo a triumuiris proscriptus 9
praeturam ementitus, praecedentibus seruis in modum lictorum adparitorumque, uehicula conprehendit, hospitia occupauit. idem, ut Puteolos uenit, perinde ac publicum ministerium agens correptis nauigiis in Siciliam traiecit.

Amantissimus quidam fili, cum eum ab amore uellet 10
reuocare, petit ut prius quam ad eam quam diligebat iret peruulgari et permissa uenere uteretur. obsecutus

1 quid *Mai*, cui *cod.* ‖ factum *cod.*, *em. Halm e Val.* ‖ 11 executus *m. 2* ‖ 13 esse *nos et Gertz* e Val.*, *om. cod. Halm* ‖ 15 non possit ‖ 21 passus est] *add. h. l. titulum* DE ASTVTIA *cod. Halm* ‖ 22 M. uolsius ‖ 26 seruis] *addend. uid.* subornatis ‖ 27 adparitorq. *m. 1* ‖ 31 *an* ab ⟨inconcesso⟩ amore?

adulescens animi impetum iam satietate tardiorem ad id, quod non licebat, adferens paulatim amorem deposuit.

Ext. 1 Cum Alexander Macedonum rex sorte monitus esset eum, qui sibi porta egresso primus occurrisset, interfici iuberet, asinarium sibi obuium ad mortem deduci iussit. cumque ille inmerentem se supplicio adfici diceret, Alexander ad excusandum factum suum oraculi praeceptum rettulit. tunc asinarius, 'si ita est', inquit 'rex, asellus prior tibi occurrit'. delectatus astutia asinum iussit occidi.

4 Cum ad excidium Lampsaci summo studio Alexander ferretur progressumque extra moenia Anaximenen praeceptorem suum uidisset, quia manifestum erat futurum ut preces suas irae eius opponeret, non facturum se quod petisset iurauit. tunc Anaximenes 'peto' inquit 'ut Lampsacum deleas diruasque'.

5 Anicula quaedam Athenis pecuniam depositi nomine a duobus hospitibus accepit ea condicione ut simul utrique redderet. quorum alter interposito tempore tamquam mortuo socio squalore obsitus omnes nummos accepit. superuenit deinde alter ac depositum expetere coepit. tum aniculae haerenti atque penuria defensionis territae opportune Demosthenes patronus adfuit. qui, ut in aduocationem uenit, 'mulier' inquit 'parata est depositi fidem exhibere, sed nisi socium adduxeris, non potest'.

6 Quidam Athenis uniuerso populo inuisus, causam apud eum capitalis criminis dicturus honorem petere coepit, non quod sperabat consequi se illum posse, sed ut haberent homines ubi procursum irae effunderent. neque eum haec ratio fefellit: comitiis enim clamore infesto et crebris contionis sibilis actus eiusdem plebis paulo post in discrimine uitae clementissima suffragia expertus est.

7 Hannibal, a Duilio cos. nauali proelio uictus, timens ne classis amissae poenas daret, offensionem astutia mire

4 ut eum *Val.* || 32 actus *cod.*, agitatus *Gertz**, *malim* uexatus *e Val.*

*a*uertit: namque ex amicis quendam subornatum Carthaginem misit. qui, cum uenisset in curiam, 'consulit' inquit 'uos Hannibal an cum duce Romano confligere debeat, † eadem clamante senatu non esse dubium quin oporteret, 'conflixit' inquit 'et superatus est'.

Hannibal, Fabium Maximum cunctationibus pugnae 8
se ludificantem ut aliqua suspicione trahendi belli notaret, totius Italiae agros uastando unius Fabii fundum inmunem ab hoc iniuriae genere praestitit.

Cum crebris Tusculani rebellationibus meruissent ut 9
funditus euerterentur, atque ad id exsequendum Furius Camillus missus esset, uniuersi togati obuiam uenerunt commeatusque et cetera pacis munia praestiterunt. qua constantia ad communionem ciuitatis usque penetrarunt.

Tullius dux Volscorum, cum aliquot aduersis proe- 10
liis contusos animos suorum animaduerteret, insidiosa ratione eos conpulit quo uolebat: nam cum spectandorum ludorum gratia magna Volscorum multitudo Romam uenisset, consules monuit ut essent cautiores. re cognita senatus edixit ut ante noctem Volsci abirent. qua contumelia inritati facile inpulsi sunt ad rebellandum.

STRATEGEMATA.

Omnibus militaribus copiis Tullus Hostilius Fidenas 4, 1
adgressus, cum Mettum Fufetium ipsam aciem deserentem uideret, ueritus ne trepidatio militum nostrorum animos debilitaret concitato equo omnes percucurrit, suo iussu dicens secessisse eum, ut, cum ipse signum dedisset, terga Fidenatium inuaderet.

Sex. Tarquinius Tarquinii filius, cum se subito ad 2
Gabinos contulisset, tamquam parentis saeuitiam fugeret, familiarem suum ad patrem misit dicturum quem

1 auertit *coni. Halm*, uertit *cod.* ‖ nāque *Gertz**, itaque *cod. Halm* ‖ 4 eadem clamante *cod.*, et adclamante *Halm, quod uerum uid.*, Ibi autem clamante *Mai*, dein acclamante *Gertz** ‖ 5 quin *m. 2*, qui non *m. 1* ‖ 8 uastandos *cod.*, *em. Halm e Val.* ‖ 9 ob hoc *m. 1* ‖ 11 adque *Mai*, idque *cod.* ‖ 25 metum *cod.*, Metium *Mai* ‖ 27 omnes] *addend. cens.* globos *e Val. uel* ordines *recte, ut uid.*, *Halm*

ad modum cuncta in sua manu haberet et quaesiturum quidnam fieri uellet. iuuenili calliditati senilis astutia respondit: fidei enim nuntii parum credens nihil respondit, sed *sed*ucto eo in hortum altissima papauerum capita baculo decussit. cognito adulescens silentio patris non ignorauit praecipi sibi ut excellentissimum quemque Gabinorum aut exilio submoueret aut morte consumeret.

3 Cum urbe capta Galli Capitolium obsiderent solamque potiendi eius spem in fame eorum repositam animaduerterent, perquam callido genere consilii Romani usi panes iacere *e* conpluribus locis coeperunt. quo spectaculo obstupefacti ad pactionem se conuerterunt omissa obsidione.

4 Cum alterum latus Italiae Hannibal laceraret, alterum Hasdrubal, Nero conpresso a se in Lucanis Hannibale praesentiam suam mentitus hosti ad opem collegae ferendam tetendit receptusque in Vmbria a Salinatore collega iunctis exercitibus, ignorante Hasdrubale de aduentu suo, uictoriam reportauit.

5 M. Metellus, cum pro cos. bellum in Hispania aduersus Celtiberos gereret *et* urbem *Con*trebiam uiribus expugnare non posset, itinera uaria ingrediebatur, alias atque alias regiones petebat. itaque cum alio cursum direxisset, subito *Con*trebiam inopinatam oppressit.

Ext. 1 Agathocles Syracusarum rex, cum urbem eius ex parte Carthaginienses occupassent, exercitum suum in Africam traiecit, ut uim ui discuteret.

2 Hannibal Cannensem aciem speculatus ante omnia prouidit ut Romani et solem et puluerem aduersum haberent. deinde partem copiarum suarum inter ipsum proelii tempus de industria fugere iussit ut sequente legione terga eius ab his, quos in insidiis collocauerat, trucidarentur. postremo cccc equites subornauit, qui, cum ad consules uenissent inermes, pro transfugis in

4 seducto *Mai e Val.*, ultro *cod.* || 12 e *om. cod.*, *suppl. Gertz* e Val.* || quam plurimis *Mai* || 22 et urbem *Gertz**, urbemque *m. 2*, urbem ad *m. 1* || 22 *et* 25 trebiam || 33 iis *Halm*

ultimam pugnae partem secesserunt destrictisque gladiis, quos inter tunicas et loricas habebant, poplites pugnantium Romanorum ceciderunt.

DE AMBITV.

Q. Aelius Tubero, a Q. Fabio Maximo epulum po- **5,** 1
pulo nomine P. Africani patrui sui dante rogatus ut triclinium sterneret, lectos Punicanos pellibus haedinis strauit et pro argenteis uasis Samia exposuit. cuius rei deformitas sic omnes offendit, ut, cum comitiis praetoriis candidatus in forum descendisset, repulsa notatus discederet.

P. Nasica, is qui consul Iugurthae bellum indixit, 2
qui matrem Idaeam sanctissimis manibus excepit, cum aedilitatem curulem peteret manumque cuiusdam rustico opere duratam adprendisset, ioci gratia interrogauit eum an manibus solitus esset ambulare. quod dictum, cum ad populum manasset, causa repulsae Scipioni fuit.

L. Aemilius Paulus, cum aliquotiens frustra petisset 3
consulatum, tandem bis consul censorque factus est.

Q. Metellum pauci et maesti amici consulatus re- 4
pulsa adflictum, tristitia ac maerore plenum domum reduxerunt.

L. Sulla repulsa praeturae suggillatus est. 5

M. Porcius Cato praeturam petens consequi illam a 6
populo non potuit.

DE LEGIBVS ET IMPERIIS TRVCVLENTIS.

Aliquot aduersis proeliis secundo Punico bello ex- **6,** 1
hausta iuuentute Romana Tib. Gracchus cos. censuit uti publice serui ad usum propulsandorum hostium emerentur, eaque de re per tribunos pl. ad populum lata rogatione tres creati sunt uiri, qui XXIIII milia seruorum conparauerunt. ex Apulia etiam *et* e Paediculis CCLXX ad supplementum equitatus sunt empti. — Can-

5 maximum ‖ 6 patris ‖ 7 *immo* lectulos *Halm coll. Isid. Origg. XX 11, 3* ‖ hedinis ‖ 9 homines *e Val. Gertz** ‖ 13 ideam ‖ 31 uiri qui *margo cod.*, utrique *m. 1* ‖ 32 et *om.*

nensi clade territa urbe Iuni opera dictatoris spolia hostilia templis adfixa instrumento militiae futura conuulsa sunt: praetextati pueri arma induerunt: item VI milia capitali crimine damnatorum conscripta sunt.

DE NECESSITATE.

Otacilio, qui Siciliam, Cornelio Mammulae, qui Sardiniam pro praetoribus obtinebant, senatus scripsit aerarium longinquis sumptibus non sufficere. quo pacto tantae inopiae succurrendum esset ipsi uiderent.

2 Eadem necessitas Casilinates ab Hannibale obsessos et alimentorum facultate defectos lora coegit et pelles scutis detractas feruenti solutas aqua mandere.

3 In illa obsidione cum ccc Praenestini essent, euenit ut ex eis quidam murem captum cc denariis uenderet, cum et ipse eadem egestate premeretur. itaque hic quidem inopia decessit, qui emerat uixit.

4 C. Mario Cn. Carbone coss. cum Sulla dissidentibus senatus consulto aurea et argentea templorum ornamenta in stipendia militum conflata sunt.

5 Diui Iulii exercitus, cum armis Mundam clusisset aggerique struendo materia defecisset, congerie hostilium cadauerum altitudinem expleuit.

Ext. 1 Cretenses obsidione Metelli ad ultimam penuriam conpulsi sua iumentorumque urina sitim tolerauerunt.

2 Numantini a Scipione uallo et aggere circumdati ad ultimum humanorum corporum cibis usi sunt.

DE TESTAMENTIS.

7, 1 Militantis cuiusdam pater, cum falsam filii mortem audisset, aliis relictis heredibus decessit. filius reuersus cognito patris errore de paternis bonis apud centumuiros contendit omnibusque sententiis uictor recessit.

1 térritam urbẽ ‖ Iuni opera dictatoris] *ita epitomator deceptus mendosa Valerii lectione* iuni opera *pro* Iunio Pera ‖ 2 instrumentum *Mai* ‖ 3 VI *m. 2*, III *m. 1*, XVI *marg. cod.* ‖ 11 facilitate ‖ 12 soluta ‖ 14 CC] XCC *m.* 1, X *denarii nummi notam esse putat Gertz** ‖ 17 cōs ‖ 21 defuisset *m. 1* ‖ 30 *et p. 557, 3* centumuiros] CV ‖ 31 *an* discessit *e Val.?*

2 M. Anni Carseolani splendidi equitis Romani filius a Sufenate auunculo suo adoptatus testamentum ueri patris, quo praeteritus erat, apud centumuiros rescidit, quamuis in eo Tullianus Pompei magni familiaris ipso Pompeio signatore heres scriptus esset.

3 C. Tettium infantem a patre exheredatum, Caetronia natum, diuus Augustus in bona paterna ire decreuit.

4 Septicia mater Trachalorum Ariminensium filiis irata in contumeliam eorum, cum iam parere non posset, Publicio admodum seni nupsit, testamento etiam utrumque praeteriit. *a* quibus aditus diuus Augustus et nuptias mulieris et suprema iudicia inprobauit.

5 Calpurnius Piso praefectus urbis, cum ad eum Terentius ex octo filiis, quos in adulescentiam perduxerat, ab uno in adoptionem dato exheredatum se querellam detulisset, bonorum adulescentis possessionem *ei* dedit.

6 Genucius quidam Matris magnae Gallus a Naeuio Anio in testamento nominatus inpetrauit a Cn. Oreste praetore urbano ut in bona Naeuii ueniret. sed Aemilius Mamercus cos. interpellatus a Surdino patrono Naeui de hereditate, praetoriam iuris dictionem abrogauit, quod diceret Genucium neque uirorum partibus interponi posse neque mulierum.

7 Q. Metellus praetor urbanus Vecillo lenoni bonorum Vibieni possessionem secundum tabulas testamenti petenti non dedit.

8, 1 Menenius Agrippa insanus habitus, utpote qui populo nummos sparserat togamque uelut tragicam uestem in foro traxerat, testamento † filiam instituit heredem, quod T. Longus sanguine ei proximus rescindere conatus, non potuit.

3 Q. Metellus, cum Claudiorum familiae uinctus esset, Carrinatem solum reliquit heredem.

4 Pompeius Reginus, uir transalpinae regionis, cum

8 thracalorum ‖ 10 publico ‖ 11 a quibus aditus *recte Val.*, quibus auditis *cod.* ‖ 12 nubtias *m. 1* ‖ 13 ad eundem ‖ 16 honorum *m. 1* ‖ ei *om. addidi e Val.* ‖ 17 gallus∗a ‖ 27 Maenenius (*sic cod.*) Agrippa] Tuditanus *est ap. Val.* ‖ 29 taxarat ‖ 30 T.] *immo* Ti. *Halm e Val.*

testamento fratris praeteritus esset, ad coarguendam iniquitatem eius testamentum suum recitauit, in quo fratrem suum ex maxima parte linquebat heredem.

5 Q. Caecilius L. Luculli amicus, cuius et beneficio ad maiorem gradum processerat, cum eum palam suum dictitaret heredem, Pomponium Atticum [in] testamento adoptauit. itaque populus Romanus cadauer per uias resti circumdatum traxit.

6 C. Marius Vrbinas beneficio Augusti ad summos honores castrenses perductus ne nomen quidem eius tabulis testamenti inseruit.

7 L. Valerius Heptachordus Cornelium Balbum accusatorem et inimicum suum reliquit heredem.

8 T. Barrus Lentulo Spintheri decedens anulos suos perinde atque unico heredi tradidit, quem nulla ex parte relinquebat heredem.

9 M. Popilius senator Oppium Gallum moriens pro uetusto iure amicitiae uultu benigno respexit, unum etiam ex adsidentibus sibi osculatus *est.* anulos quoque suos ei tradidit, cum alium reliquisset heredem.

LIBER OCTAVVS.

DE IVDICIIS PVBLICIS.

1,
Absol. M. Horatius interfectae sororis crimine a Tullo rege
1 damnatus ad populum prouocato iudicio absolutus est.

2 Cum a Libone tr. pl. Seruius Galba pro rostris increparetur, quod Lusitanorum magnam manum interposita fide praetor in Hispania interemisset, actionique

2 recitauit *nos et Gertz**, rescidit *cod. Halm* ‖ 4 *scribend. uid.* cuius ⟨studio⟩ et ben. ‖ 6 dictitaret *Mai*, dictaret *cod. Halm* ‖ in *inclusi. cf. Val.* ‖ 8 reti ‖ 9 uirinas *cod.*, Vruinas *Halm* ‖ 12 heptacordus ‖ 17 Oppium *nos e Val.*, orium *cod. Halm* ‖ 18 benigno respexit *nos e Val.*, benigniore conspexit *cod. Halm* ‖ 19 adsidentibus *nos et Gertz* e Val.*, adsistentibus *cod. Halm. cf. VIII 7, 14 Par.* ‖ est *add. Gertz** ‖ 25 Seruius *nos e Val.*, sergius *cod. Halm*

tribuniciae M. Cato ultimae senectutis subscriberet, reus nihil pro se recusans filios suos populo commendare coepit eoque facto mitigata contione absolutus est.

3 A. Gabinius a C. Memmio accusatus, cum iam damnaretur, seruatus est: nam cum se filius eius Sisenna genibus accusatoris subiecisset petens ueniam, repulsus ab eo, excusso etiam anulo, spectantes mouit, et ita dimitti Gabinium placuit.

4 App. Claudius ob amissam classem infesto populo obiectus, cum effugere poenam nullo modo posset, beneficio subito coorti imbris dilato iudicio, postea non est accusatus.

6 L. Piso a Pulchro accusatus, effuso subito imbri cum humi prostratus pedes iudicum oscularetur, os suum caeno repleuit, quod conspectum totam quaestionem ad clementiam transtulit.

7 Q. Flauius a C. Valerio aedile reus actus, cum XIIII tribuum suffragiis damnatus esset, proclamauit se opprimi innocentem. cui cum Valerius respondisset nihil sua interesse nocens an innocens periret, dummodo periret, ceterae tribus motae insolentia hominis Flauium absoluerunt.

8 C. Cosconium reum Seruilia lege accusatum a Valerio Valente et iam damnationi propiorem res una seruauit, quod poema accusatoris sui recitauit, in quo puerum ingenuum et uirginem ingenuam corruptos a se significabat. quae res ut innocenti Cosconio peperit excusationem.

9 M. Atilium Calatinum, Soranorum oppidi proditione infamem, seruauit Q. Maximus socer, qui se adseuerauit, si in eo crimine sontem illum deprendisset, diremturum fuisse adfinitatem.

10 M. Aemilius Scaurus repetundarum reus propter uetustissimam nobilitatem et recentem memoriam patris absolutus est.

13 pulscho *cod. et in marg. add.* l. claudio pulchro || 17 aedili *m. 2* || 21 hominum || 24 *immo* Valentino. *cf. Val. et Fest. p. 363 M.* || 25 poena || 31 dirempturum *m. 2*, diremptuum *m. 1*

11 Cotta, a P. Scipione Aemiliano apud [iudices ad] populum accusatus, septies dilato iudicio octauo absolutus est, ne uideretur populus damnato Cotta non iudicium *suum* secutus, sed accusantis auctoritatem.

12 Calidius Bononiensis in cubiculo mariti noctu deprensus, cum ob id adulterii diceret causam, adfirmauit se ob amorem pueri eius eo esse perductum. confessio quamuis falsa profuit iuueni: nam absolutus est.

13 Cum parricidii causam duo Caelii dicerent splendido Tarracinae loco nati, quod pater eorum Caelius in cubiculo quiescens, filiis in altero cubantibus lecto, erat occisus, postquam cognitum est illos aperto ostio inuentos esse dormientes, absoluti sunt.

Damn. 1 L. Scipio post speciosissimum triumphum de rege Antiocho ductum, perinde ac pecuniam ab eo accepisset, damnatus est.

2 C. Decianus, cum P. Furium pro rostris accusaret, ausus de morte Saturnini queri punitus est.

3 Sex. Titius uir populo gratus, quod Saturnini imaginem domi suae habuerat, oppressus est.

4 Claudia Appii soror a ludis reuertens domum optauit ut frater suus reuiuesceret saepiusque consul factus magnam urbis frequentiam minueret. ob id accusata damnataque est.

5 M. Mundius, Cn. Lollius, L. Sextius triumuiri, quod ad incendium in sacra uia ortum extinguendum tardius uenerant, a tribunis pl. damnati sunt.

6 P. Auilius triumuir a P. Acilio tribuno pl. damnatus est, quod uigilias tardius circumierat.

7 M. Aemilius Porcina a L. Cassio multa adfectus *est,* quod nimis sublime uillam suam exstruxerat.

8 Quidam pueri sui nimio amore correptus, rogatus

1 iudices ad *inclusi, quod probat Gertz*. cf. Val.*, apud iudices *delendum cens. Halm* ‖ 4 suum *om., suppl. Gertz p. 290* ‖ 10 coelius (*sic h. l.*) ‖ 22 reuiuisceret *m. 2* ‖ 23 minuerat *m. 1* ‖ 25 Muluius *est ap. Val., an* Mundicius? *Halm* ‖ sextilius *add. marg. cod.* ‖ 27 *et* 28 tr. pl. ‖ 28 P. Villius — a P. Aquilio *Val.* ‖ 29 circumierant ‖ 31 est *add. Gertz*, om. cod. Halm* ‖ sublime *nos,* sublimem *cod. Halm* ‖ ex*truxerat

ab eo ruri ut omasum in cenam fieri iuberet, bubula
uenali non reperta, domito boue occiso desiderium eius
expleuit et ob id publica quaestione adflictus est. Ambust.
Apud M. Popilium Laenatem praetorem quaedam, 1
quod matrem interemerat, dicta causa absoluta est, quia
constabat eam ueneno necatorum liberorum dolore commotam, quos auia filiae infensa sustulerat.
Mater familiae Zmyrnaea uirum et filium interemit, 2
cum ab his iuuenem, quem ex priore uiro enixa fuerat, occisum conperisset. quam rem Dolabella imperio Asiam obtinens ad Areopagitarum cognitionem remisit, qui inspecta causa et accusatorem et ream post centum annos ad se reuerti iusserunt.

DE PRIVATIS IVDICIIS.

Claudius Centumalus ab auguribus iussus altitudinem 2, 1
domus suae, quam in Caelio monte habebat, summittere, quia eis ex arce augurium facientibus officiebat, uendidit eam Calpurnio non indicata re. sed iussus Calpurnius domum demoliri M. Porcium Catonem, patrem inclyti Catonis, arbitrum cum Claudio sumpsit et eum damnauit.
C. Visellius Varro graui morbo correptus ccc *milia* 2
nummorum ab Otacilia Laterensis expensa sibi ferri passus est eo consilio ut, si decessisset, ab heredibus eam summam peteret, quam legati genus esse uoluit. liberatus deinde ex illa ualetudine petenti noluit reddere. cuius rei iudex sumptus C. Aquilius secundum Visellium iudicauit.
C. Titinius Minturnensis Fannia uxore repudiata, 3
quod eam duxerat inpudicam, a C. Mario coactus est ei dotem reddere. mulierem autem idem [et] crimine

1 ruri *nos e Val.*, rure *cod. Halm* ‖ cena (*sic*) ‖ 3 explicauit *cod.*, *em. Halm e Val.* ‖ 5 causa ⟨nec damnata nec⟩ absoluta *Gertz**, *recte, nisi ipsum Paridem errasse statuamus* ‖ 8 smyrnaea *m. 2* ‖ 17 capientibus *recte, ut uid.*, *e Val. Gertz** ‖ 19 Porcium *om. Halm* ‖ 22 milia *om.* ‖ 23 laterensi *m. 2* ‖ 30 duxerat *Gertz**, diceret *cod. Halm* ‖ 31 et *inclusi cum Gertzio** ‖ crimen

inpudicitiae sestertio nummo damnauit. haec est Fannia, quae Marium Minturnensi palude *e*mersum, deductum domum suam adiuuit.

4 Quidam furti damnatus est, qui equo, cuius usus illi usque Ariciam commodatus fuerat, ulteriore eius municipii cliuo uectus esset.

QVAE FEMINAE PRO SE CAVSAS DIXERINT.

3, 1 Maesia Sentinas rea causam suam T. Titio praetore iudicium cogente maximo populi concursu egit, et quia sub specie feminae uirilem animum gerebat, Androgyne adpellata est.

2 C. Afrania Licini Bucconis senatoris uxor prompta ad lites contrahendas pro se semper egit, et ob id inprobae feminae uulgo C. Afraniae dicuntur.

3 Hortensia Q. Hortensi filia, cum ordo matronarum graui tributo a triumuiris esset oneratus, causam feminarum apud triumuiros et constanter et feliciter egit.

DE *QVAESTIONIBVS* SERVILIBVS.

4, 1 M. Agrii argentarii seruus Alexander A. Fannii seruum insimulatus occidisse eoque nomine tortus, occidisse se confessus punitus est. breui deinde post tempore interiecto is, qui creditus fuerat occisus, domum rediit.

2 P. Atinii seruus Alexander, cum in suspicionem C. Flauii equitis Romani occisi uenisset, sexies est tortus.

3 Fuluio Flacco causam dicente Philippus seruus eius, in quo tota quaestio nitebatur, octies tortus nullum omnino uerbum, quo dominus perstringeretur, emisit.

QVIBVS TESTIBVS CREDITVM NON SIT.

5, 1 In Q. Pompeium *A.* filium repetundarum reum Cn.

2 emersum *Kellerbauer*, mersum *cod. Halm* ‖ 7 PRO *nos e Val.*, PER *cod. Halm* ‖ 8 Maesta ‖ tito titio ‖ 12 afrinia *m. 1* ‖ 16 graui tributo *margo cod.* ‖ 18 QVAESTIONIBVS *om. cod.*, IVDICIIS *Mai* ‖ 25 ortus *m. 1* ‖ 30 A. *om.*, *addidi e Val.*

et Q. Seruiliis Caepionibus, item Q. et L. Metellis testimonium dicentibus non obsecundatum.

2 M. Aemilius Scaurus in C. Memmium, in C. Flauium, in C. Norbanum testimoniis dictis neminem eorum potuit adfligere.

3 L. Crassus, cum testimonium *in* M. Marcellum dixisset, impetu grauis, exitu uanus adparuit.

4 Q. Metellus Pius, L. et M. Luculli, Q. Hortensius, M'. Lepidus in C. Cornelium maiestatis reum testes citati fidem non habuerunt.

5 M. Ciceroni, cum iuraret P. Clodium Romae apud se fuisse, cum ille flagitium incesti, quod Bonae deae templum † et ingressas uastet stupro populus, tueretur ab senatu, non creditum.

6 P. Seruilius Isauricus forum praeteriens, cum testes in reum dari uidisset, constitit, deinde sic orsus est: 'ego hunc, iudices, qui causam dicit, cuias sit aut quam uitam egerit quamque merito accusetur ignoro: illud scio, cum occurrisset mihi Laurentina uia admodum angusto loco, equo descendere noluit'. iudices reum uix auditis ceteris testibus damnauerunt.

QVI QVAE IN ALIIS VINDICARANT IPSI COMMISERINT.

6,1 C. Licinius cognomine Hoplomachus a praetore [suo] postulauit ut patri suo bonis tamquam ea dissipanti interdiceretur, et quidem quod petierat [quae] inpetra-

6 in *om.* ‖ 7 impetum *m. 1* ‖ 8 et M. Luculli, Q. Hortensius *sic cod., om. Mai et Halm, qui post* L *notas lacunae posuit* ‖ 10 citati *nos,* ciuitati *cod.,* ciuitatis *Mai Halm* ‖ 13 et ingressas (*sic*) *cod.; haec et quae sqq. ita constituit Mai:* templum esset ingressus, ut stupro pollueret (stupro polluturus *Novak*), absentia tueretur, ab senatu, *quae recepit Halm,* et ingressu nefasto et stupro polluerat tueretur, absentia una *ingeniose Gertz*, malim tamen* una *omittere* ‖ 14 non] *add.* est *Mai Halm* ‖ 17 cui adsit *m. 1* ‖ 22 VINDICABANT *cod. Halm, emendaui e Val.* ‖ 24 suo *recte om. Mai cum Val., nomen aliquod in h. u. latere suspicatur Halm* ‖ 25 uti *Halm* ‖ 26 et quidem] equidem ‖ quae *recte, ut uid., om. Halm* ‖ inpetrauit] *add.* qui *Gertz*, an add.* sed *e Val.?*

uit, ipse paruo post tempore mortuo sene amplam ab eo pecuniam relictam consumpsit.

2 C. Marius, cum L. Saturninum oppressisset, quod seruitia ad pilleum uocauerat, ipse postea L. Sulla urbem inrumpente ad auxilium seruorum pilleo sublato confugit.

3 C. Licinius Stolo, cum lege sanxisset ne quis amplius D agri iugera possideret, ipse mille parauit dissimulandique gratia dimidiam partem filio mancipauit et ob id a M. Popilio Laenate accusatus damnatusque est.

DE STVDIO ET INDVSTRIA.

7, 1 Cato sextum et octogensimum agens annum accusatus causam dixit, neque memoria tardatus neque lateris quassatus aegritudine neque oris haesitatione. idem iam senex et Graecas litteras didicit et iuris studio adtendit.

2 Porcius Cato ita doctrinae cupiditate flagrauit, ut ne in curia quidem, dum senatus cogitur, temperaret sibi quominus Graecos libros lectitaret.

4 Liuius Drusus et aetatis uiribus et acie oculorum defectus ius ciuile populo benignissime interpretatus est.

5 Publilius senator et Lupus Pontius eques R., celebres causarum actores, luminibus capti eadem industria forensia stipendia exsecuti sunt.

6 C. Crassus, cum in Asiam ad Aristonicum regem debellandum cos. uenisset, tanta cura notitiam Graecae linguae conprendit, ut eam in quinque genera diuisam per omnes partes ac numeros penitus cognosceret, quaque lingua fuerat appellatus apud tribunal, eadem decreta reddebat.

7 Roscius nullum umquam populo spectante gestum, nisi quem domi meditatus fuerat, promere ausus est.

4 pileum *cod. Halm* ‖ 5 pilleo *h. l. cod.*, pileo *Halm* ‖ 8 D *in ras.* ‖ 13 octogesimum *Halm* ‖ 15 haesitatione] ***addend. uid.*** inpeditus ‖ 16 *an* iuris ⟨ciuilis⟩? ‖ 18 Porcius] ***scribend. uid.*** Proles eius ‖ 23 pontius (*sic*) e q. r ‖ 33 promere *E. Schulze*, ponere *cod.*

Demosthenes, cum inter initia iuuentae artis suae primam litteram dicere non posset, oris sui uitium tanto studio expugnauit, ut ea a nullo expressius referretur. deinde propter nimiam *exilitatem acerbam auditu uocem suam* exercitatione continua ad maturum et gratum sonum auribus perduxit. lateris etiam firmitate defectus uires a labore mutuatus est: multos enim uersus uno spiritu conplectebatur eosque aduersa loca celeri gradu scandens pronuntiabat ac uadosis locis insistens declamationes fluctuum fragoribus obluctanti*bus* edebat. fertur quoque ori insertis calculis multum ac diu loqui solitus. Ext. 1

Pythagoras petita Aegypto litteris gentis eius adsuefactus, inde ad Persas profectus magorum prudentia formatus, Cretam et Lacedaemona nauigauit, quarum moribus et legibus inspectis ad Olympicum certamen descendit. cumque multiplicis scientiae specimen exhibuisset, philosophus uocatus primus, quia iam septem sapientes dicebantur, Italiam petit. cuius ardentem rogum plenis ueneratione oculis Metapontus aspexit. 2

Plato patriam Athenas, praeceptorem Socratem sortitus Aegyptum peragrauit. a sacerdotibus eius gentis geometriae multiplices numeros et caelestium obseruationum rationem percepit. deinde in Italiam transgressus, ut ab Archyta Tarenti, a Timaeo et Arione et Echecrate Locris Pythagorae praecepta acciperet. altero etiam et octogensimo anno decedens sub capite Sophronis mimos habuisse fertur. 3

Democritus, cum diuitiis censeri posset, quae tantae fuerunt, ut pater eius Xerxis exercitui epulum daret, quo magis uacuo animo studeret, parua summa retenta 4

4 exilitatem — uocem suam *suppleuimus e Val. nos et Gertz**, *om. cod. Halm* ‖ 5 exercitationem continuandi *cod. Halm* ‖ 10 obluctantis ‖ 11 ore ‖ 12 *an post* solitus *excidit* quo uacuum esset solutius? ‖ 15 lac*edaemoniam *cod. Halm, quod emendaui* ‖ 21 Socraten *Halm* ‖ 22 *an* peragrauit et? ‖ gentis *om. Mai* ‖ 24 transgressus] *addend. uid.* est ‖ 25 Tarenti *nos e Val.*, tarentino *cod. Halm* ‖ 27 octogesimo *m. 2* ‖ 30 Xerxis exercitui *e Val. Gertz**, Xerxi et exercitui *cod. Halm, add.* eius *marg. cod.*

patrimonium suum patriae donauit et ipse Athenas secessit.

5 Carneades, qui LXXXX annis philosophatus est, cum cibi capiendi causa recubuisset, cogitationibus inhaerens manum ad mensam porrigere oblitus est, donec eum Melissa, quam uxoris loco habebat, admoneret. idem cum Chrysippo disputaturus elleboro se ante purgabat ad expromendum ingenium suum.

6 Anaxagoras studiorum causa peregrinatus tandem patria repetita possessiones suas desertas uidit et 'non essem ego' inquit 'saluus, si hae non perissent'.

7 Marcellus captis Syracusis cum uitam Archimedi *con*cessisset, ille inter tumultum formas quasdam describens, cum esset adtentior inuestigandi cupiditate quod requirebat, domum eius intrantibus, ut bona diriperent, interrogatus ab uno quinam esset, protecto manibus puluere 'noli' inquit 'hoc disturbare', ac perinde quasi neglegens imperium uictoris interrogantis obtruncatus est.

8 Socraten constat aetate prouectum fidibus tractandis operam dedisse, satius esse dicentem eius artis usum uel sero quam numquam percipere.

9 Isocrates nobilissimum librum, qui *Παναθηναϊκός* inscribitur, quartum et nonagensimum agens annum, ita ut ipse significat, scripsit.

10 Chrysippus octogensimo anno inceptum opus reliquit undequadragensimum *Λογικῶν*.

12 Sophocles centesimum agens annum Oedipoda fabulam scripsit admirabilem.

13 Simonides poeta octogensimo se anno et docuisse carmina et in eorum certamen descendisse gloriatur.

14 Solo cotidie se aliquid discentem senescere aiebat. itaque cum [in] supremo die premeretur, adsidentibus

7 helleboro *Halm* ‖ 11 hae* ‖ 13 cessisset ‖ 16 quisnam *Halm* ‖ proiecto *cod., em. Vahlen* ‖ 23 pana***thenaikas (*corr.* kos) ‖ 24 nonagesimum *m. 2* ‖ 26 chrisippus *m. 1* ‖ octogesimo *m. 2* ‖ relinquit ‖ 27 undequadragesimum *m. 2* ‖ logicon ‖ 30 octogesimo *m. 2* ‖ 32 *immo* addiscentem *Halm* ‖ dicebat *Halm* ‖ 33 in *cod.,* iam *Mai Halm*, *inclusi ortum e praecedente* m

amicis et quadam de re sermonem habentibus caput erexit interrogatusque quapropter id fecisset respondit, 'ut, cum istud, quidquid disputatis, percepero, moriar'.

Themistocles maximarum rerum cura districtus om- 15
nium tamen ciuium suorum, Cyrus omnium militum
nomina tenebat. Mithridates uiginti duarum linguarum 16
notitiam habuit.

DE OTIO.

Scipio et Laelius animi remissionibus cum commu- 8,1
niter adquiescerent, constat eos Caietae litoribus conchylia et umbilicos lectitasse.

Scaeuola optime pila lusisse traditur. alueo quoque 2
et calculis uacasse dicitur.

Socrates interposita harundine cruribus suis cum par- Ext.
uolis filiis ludens ab Alcibiade uisus est. 1

QVANTA VIS IN ELOQVENTIA ET PRONVNTIATIONE.

Regibus exactis plebs dissidens a patribus cum se- 9,1
cessisset, a Menenio Agrippa ad meliora consilia reuocata est.

Missi a Cinna et Mario milites ad M. Antonium 2
occidendum sermone eius obstupefacti destrictos iam gladios continuerunt. quibus digressis P. Annius expers Antonianae eloquentiae ministerium peregit.

Pisistratus tantum [in] eloquentia praestitit, ut ei Ext.
Solone contra dicente Athenienses regium imperium 1
oratione capti permitterent.

Pericles Anaxagorae auditor in tantum enituit elo- 2
quentia, ut, cum adhuc iuuenis a quodam sene in contione auditus esset, 'non dissimilis hic' diceret, 'Athe-

3 itud *m. 1* ‖ 4 destrictus ‖ 5 suorum] *post h. u. add.* nomina memoria conprehendit *Mai. Halm e Val., nos aliena a cod. nec necessaria remouimus mutata distinctione* ‖ 6 Mithridatis *m. 1* ‖ 9 animis remissioribus ‖ 16 VIS ELOQVENTIAE *cod., em. Mai. an* VIS SIT IN? ‖ 19 maenenio ‖ 22 destrictus *m. 1* ‖ 25 in *ortum e praecedente* m *deleui* ‖ 29 contionem ‖ 30 atheniensis *m. 1*

nienses, Pisistrati est. cauere ergo hunc uos ciuem oportet'.

3 Hegesias Cyrenaicus philosophus tam manifeste mala uitae repraesentabat, ut multos cupidos mortis faceret. itaque a Ptolemaeo rege ulterius haec disserere prohibitus est.

10,1 C. Gracchus adulescens flagrantis ingenii, quotiens contionaretur, seruum prope se musicae artis peritum statuebat, qui occulte eborea fistula pronuntiationis eius modos formabat.

2 Q. Hortensius plurimum in corporis decoro motu repositum credens paene plus studii in eo *e*laborando quam in ipsa eloquentia inpendit. itaque constat Aesopum et Roscium ludicrae artis peritissimos illo causam agente frequenter adstitisse.

3 M. Cicero utriusque rei curam egit ideoque obicit in ea oratione, quam pro Gallio habuit, M. Calidio accusatori, quod praeparatum sibi a reo uenenum adfirmans rem ipsam remisso uultu egerit. itaque sic ait: 'tu istud, M. Calidi, nisi fingeres, sic ageres?'

Ext. 1 Demosthenes pronuntiationis curam maximam egit ideoque interrogatus quidnam esset in dicendo efficacissimum, hypocrisim respondit. itaque Aeschines, cum propter iudicialem ignominiam relictis Athenis Rhodum petisset atque ibi rogatu ciuitatis suam prius in Ctesiphontem, deinde Demosthenis pro eodem orationem recitasset, admirantibus cunctis 'quid, si' inquit 'ipsum audissetis?'

DE EFFECTV ARTIVM.

11,1 Sulpicius Gallus, homo eruditus, cum L. Pauli bellum aduersus Persen regem gerentis legatus esset ac ser*en*a nocte subito luna defecisset, territus uelut monstro cum stuperet exercitus, de caeli ratione et siderum natura disputando alacrem in aciem dimisit.

1 Pisistrati est. *Gertz**, Pisistrati, et *cod. Halm* ‖ 3 mala* ‖ 12 laborando ‖ 14 ostium *m. 1* ‖ *immo* causas ‖ 20 istud] his iu͞d, *sed corr. in marg.* ‖ nisi *m. 2*, si *m. 1* ‖ 25 suae ‖ thesiphontem ‖ 32 sera

2 Spurinna haruspex praedixerat C. Caesari ut proximos xxx dies fatales caueret, quorum ultimus erat idus Martiae. eo die cum forte uterque mane in domum Domitii Caluini ad officium conuenisset, Caesar Spurinnae 'ecquid scis' inquit 'iam idus Martias uenisse?' at is 'ecquid scis illas nondum praeterisse?'

Ext. 1 Cum obscurato repente sole Athenienses angerentur, Pericles processit in medium et quae ab Anaxagora praeceptore acceperat, † id eis disseruit nec ulterius trepidare ciues suos passus est.

2 Alexander pingi se ab uno Apelle et fingi a Lysippo tantum modo uoluit.

4 Gratiam, Praxiteles quam fecit ac posuit in templo Cnidiorum, quidam iuuenis adamauit. equus pictura equae pictae motus adhinniit. canis pictum canem adlatrauit. taurus ad amorem aeneae uaccae Syracusis conpulsus est.

QVAE NVLLA ARTE FIERI POSSVNT.

5 Euphranor, cum Athenis duodecim deos pingeret, Neptuni iam imagine quam poterat excellenter facta Iouem aliquanto augustiorem *re*praesentare non potuit.

6 Quidam pictor immolatae Iphigeniae tabulam pingens, cum Vlixem, Menelaum, ceteros circa tristes fecisset, in Agamemnone luctum patris exprimere non potuit. itaque caput eius ueste texit.

7 Praecipuae artis pictor, cum equum ab exercitatione uenientem uidisset, pingere adgressus, naribus spumas adicere cupiens, cum frustra moraretur, ira accensus spongeam omnibus inbutam coloribus forte iuxta se positam adprendit et ueluti corrupturus opus suum tabulae inmisit. fortuna ad ipsas equi nares directam desiderium pictoris coegit explere.

5 etquid (*bis*) *m. 1* ‖ 9 id *mihi delend. uid.*, de his *coni. Gertz** ‖ 13 Gratiam *miro errore Par., immo* Venerem. *cf. Val.* ‖ 14 equus — adhinniit *om. Mai* ‖ 18 *an* QVAEDAM NVLLA — POSSE? ‖ 19 euhanor *m. 1* ‖ 21 praesentare *cod.*, *em. Kellerbauer* ‖ 24 luctum *nos et Gertz**, uultum *cod. Halm* ‖ 26 aequum *m. 1* ‖ 29 sphongeam ‖ 31 inlisit *scribend. uid. e Val.* ‖ ⟨quam⟩ fortuna *e Val. coni. Gertz**

12,1 Q. Scaeuola legum certissimus lator, quotienscumque de iure prae*dia*torio consulebatur, ad Furium et ad Cascellium, quia huic scientiae dediti erant, consultores reiciebat, ab eis id negotium aptius explicari posse confitendo.

Ext. 1 Plato conductores arae sacrae de modo et forma eius secum sermonem conferre conatos ad Euclidem geometram ire iussit scientiae eius cedens.

2 Philo architectus, cum Athenis armamentarium fecisset, ita facunde rationem reddidit, ut disertissimus populus non minorem laudem eloquentiae eius quam arti tribueret.

3 Quidam sutorem de sura disputare incipientem supra plantas ascendere uetuit.

DE SENECTVTE.

13,1 M. Valerius Coruinus centesimum annum compleuit, cuius inter primum et sextum consulatum XLVI anni intercesserunt, cum tamen ille * * uiribus sufficeret.

2 Metellus et ipse C annos expleuit et iam senex pontifex creatus numquam in sacrificio tremulam manum gessit.

3 Q. Fabius Maximus duo*bus* et sexaginta annis auguratus sacerdotium sustinuit.

4 M. Perperna omnibus, quos in senatum consul uocauerat, *superstes* septem tantum modo, quos censor legerat, relictis defunctus est.

6 Siluia Rutili septimum et XC annum habuit, Terentia Ciceronis tertium et centesimum, Clodia Aufili quindecim filiis amissis quintum decimum *et* centesimum annum expleuit.

Ext. 1 Hiero ad nonagensimum annum peruenit. Masinissa

2 praetorio *cod.*, *em. Halm e Val.* ‖ 6 arae *nos e Val.*, uiae *cod. Halm* ‖ 13 sutore ‖ 18 ille] *post h. u. lacunam, quam indicaui, explet add.* publicis ministeriis *Gertz** ‖ 22 duo *cod. Halm* ‖ annos *Halm* ‖ 24 ex omnibus *Mai Halm* ‖ 25 superstes *nos et Gertz* e Val., om. cod. Halm* ‖ 27 Liuia *Val.* ‖ 28 auli filia ‖ 29 et *om. cod. Halm* ‖ 31 nonagesimum *m. 2*

LX annis imperauit. qui, ut ait Cicero, iam senex numquam aut frigore aut imbre caput operuit. idem post sextum et XC annum filium generauit.

Gorgias Leontinus, cum esset C et VII annorum, 2
interrogatus quapropter tam diu uiuere uellet, 'quia nihil' inquit 'habeo, quod querar de senectute'.

Xenophilus Chalcidiensis Pythagoricus centum quin- 3
que annos habuit.

Arganthonius Gaditanus XC regnauit, uixit annis, ut 4
ait Pollio, CXXX.

Aethiopas tradit Herodotus CXXX annos transgredi. 5
Epimenides Cnosius, ut ait Theopompus, uixit annis CLVII.

Hellanicus ait quosdam ex gente Heliorum CCC an- 6
nis uixisse.

Alexander in uolumine, quod de Illyrico tractu con- 7
posuit, adfirmat Dandonem quendam annis D uixisse. Xenophon, cuius periplus legitur, insulae Lamiorum regem DCCC annis uixisse dicit, patrem eius DC.

DE GLORIAE CVPIDITATE.

Superior Africanus Ennii poetae effigiem in moni- 14,1
mentis Corneliae gentis conlocauit, quod ingenio eius opera sua inlustrata erant.

D. Brutus a poeta Accio laudatus uersus eius in 2
foribus templorum posuit.

Pompeius Theophanem Mitylenaeum rerum suarum 3
scriptorem laudatum pro contione ciuitate donauit.

Cum Scipio dona militaria equitibus daret, admoni- 5
tus a Labieno ut forti equiti aureas armillas daret, non dedit. et cum Labienus ei dedisset, Scipio ad equitem 'habebis' inquit 'donum uiri diuitis'. quod ubi ille accepit, proiecto ante pedes auro uultum demisit. tunc Scipio: 'imperator te argenteis armillis donat': alacer miles gaudio excepit.

7 Xeno philosophus calchidensis || 14 Epiorum *Val.* || 18 Latmiorum *Val.* || 19 DC] ac || 21 monumentis *Halm* || 26 mytilenaeum || 32 dimisit || 34 gaudium

6 C. Fabius nobilissimus ciuis, cum aedem Salutis pinxisset, nomen suum *in*scripsit, unde Fabii Pictores nominati.

Ext. 1 Themistocles stimulis uirtutis agitatus et ob id noctes inquietas agens quaerentibus quid ita eo tempore in publico uersaretur respondit: 'quia me tropaea Miltiadis exagitant'. idem theatrum petens cum interrogaretur cuius uox auditu illi futura esset gratissima, dixit eius, a quo uirtutes suae optime referrentur.

2 Alexander, cum audisset Anaxarchum comitem suum dicentem innumerabiles mundos esse, 'heu me' inquit 'miserum, quod ne uno quidem adhuc potitus sum'. Aristoteles, cum Theodectae discipulo oratoriae *artis* libros, quos pro suis ederet donasset, moleste postea ferens titulum eorum alii cessisse, proprio uolumine quibusdam rebus insistens, planius sibi de his in Theodectae libris dictum esse adiecit.

QVAE CVIQVE MAGNIFICA CONTIGERINT.

15,1 Superiori Africano consulatus citerior legitimo tempore datus est, quod fieri oportere exercitus senatum litteris monuit.

3 Scipio Nasica Matris magnae simulacrum manibus suis excepit, cum Apollo monuisset ut hoc ministerium ab optimo uiro praestaretur.

4 Scipionem Aemilianum populus ex candidato aedilicio consulem fecit. eidem senatus bis sine sorte prouinciam, prius Africam, deinde Hispaniam dedit.

5 M. Valerius Coruinus, cum esset XXIIII annorum, consul creatus est.

6 L. Crassus Q. Scaeuolam in consulatu collegam habuit, † quod Asiam sancte obtinuerat.

2 scribsit *m. 1*, scripsit *m. 2* ‖ 8 audita ‖ 13 theodecti *h. l. m. 2* ‖ artis *supplend. esse uidit Halm* ‖ 15 titulo *m. 1* ‖ 16 plantus *m. 1* ‖ Theodectae *Halm*, theodecti *cod.* ‖ 18 CVIQVE *Halm e Val.*, CVI *cod.* ‖ 20 exercitum senatus ‖ 26 prouinciam] *add.* quibus etiam *cod. linea subduct.* ‖ 31 quod] qui *Gertz p. 294, sed postea coni.* habuit <gloria inlustrem>, quod *idem**. *uereor autem ne plura post* habuit *exciderint*

Cum inter cenam quidam Scipionem Numantinum 7
interrogasset quem res publica aeque magnum habitura esset, Marium ostendit.

Cn. Pompeius nondum ullum honorem curulem 8
auspicatus bis triumphauit. idem tertium consulatum solus decreto senatus gessit.

Q. Catulus cum pro rostris populum interrogaret, si 9
uni Pompeio omnia committeret, absumpto illo in quo spem esset habiturus, adclamauit 'in te'.

M. Catoni ex Cypro cum regia pecunia reuertenti 10
senatus et populus praesto fuit.

Sulpicia Ser. Paterculi filia, Q. Fului uxor [ex] 12
omnibus matronis — centum autem et *ex centum* decem in sortem uenerant — castitate praelata est, ut Veneris Verticordiae simulacrum consecraret.

Pythagorae tanta ueneratio ab auditoribus tributa Ext. 1
est, ut quae ab eo acceperant in disputationem non adducerent. quin etiam interpellati ad reddendas causas hoc solum respondebant, ipsum dixisse.

Gorgiae Leontino ob studium litterarum *uniuersa* 2
Graecia in templo Delphici Apollinis statuam solido ex auro posuit, cum ceterorum ad id tempus inauratas constituisset.

Eadem gens summo consensu ad Amphiaraum de- 3
corandum incubuit, locum, quo humatus est, in religionem templi redigendo.

Berenices quoque non uulgaris honor fuit, cui soli 4
omnium feminarum gymnico spectaculo interesse permissum est, cum Olympiae filium Euclea certamen ingressurum adduxisset.

in hanc sententiam: quem in prouinciam ituris magistratibus senatus normam officii decreto suo proponere solebat, quod. *cf. Val.* || *aiam *m. 1*

2 manum || 3 esset] *add.* imperatorem *e Val. recte, ut uid., Gertz** || 12 Q.] quae || ex *inclusi*, cum ex *mauult Gertz** || 13 ex centum *nos suppleuimus, om. cod. Halm*, centum ⟨ex centum⟩ autem decem — uenerant *Gertz** || 15 Verticordiae *nos e Val.*, uerticordae *cod. Halm* || 20 ob] ab *m. 1* || uniuersa Graecia *om. cod., suppl. e Val. Gertz**, Graecia *post* auro *suppl. Mai Halm* || 22 auratas *Halm* || 29 *immo* Olympiam *uel* ad Olympia *Halm*

LIBER NONVS.

DE LVXVRIA ET LIBIDINE.

1, 1 C. Sergius Orata pensilia balinea primus facere instituit, deinde calidas aquas pensiles fecit. idem aestuariis intercipiendo fluctus piscium greges separatim molibus inclusit. aedificiis etiam spatiosis deserta ad id tempus ora Lucrini lacus pressit, ut recentiore usu conchyliorum frueretur.

2 Aesopi tragoedi filius cantu commendabiles auiculas ingentibus emptas pretiis pro ficedulis ponebat acetoque liquatos magnae summae uniones exsorbebat.

4 Cn. Domitius L. Crasso altercatione orta obiecit, quod columnas Hymettias in porticu domus haberet. quem continuo Crassus quanti ipse domum suam aestimaret interrogauit, atque ut respondit 'HS. LX', 'qu*anto* ergo' inquit 'eam minoris fore existimas, si decem arbusculas inde succidero?' 'ipso' inquit Domitius 'HS. XXX'. tunc Crassus: 'uter igitur luxuriosior est, egone, qui decem columnas centum milibus nummorum emi, an tu, qui decem arbuscularum umbram HS. XXX aestimas?'

5 Metellus Pius, cum in Hispaniam uenisset, ab hospitibus ture se et aris excipi patiebatur, aulaeis contectos parietes laeto animo intuebatur, ingentibus epulis ludos in*ter*ponebat, cum palmata ueste conuiuia celebra-

7 concyliorum *m. 1* ‖ 9 auclas *m. 1* ‖ 13 hymetias *cod.*, Hymettas *Halm* ‖ 15 *et* 17 HS] *in contextu rasura, sed in mrg. add.* HS ‖ 15 quanto] quo ‖ 23 se et aris] sectaris *m. 1* ‖ auleis*) ‖ 25 inponebat *cod., em. Halm e Val.*

*) *Ab h. l. in marg. cod. multa ascripta sunt supplementa petita ex integro Valerii codice, de quo dixi in praefatione, uelut* auleis] *add.* attalicis, *p. 575 u. 4* iniuria] *add.* nobilium iuuenum, *u. 7* emptae] *add.* mercedis loco *etc. quae h. l. praetermittenda iudicaui. ea tantum modo, quae in illis a bonis Valerii codd. discrepant, littera Π notata supra lectionis uarietati adieci.*

bat, demissas lacunaribus aureas coronas uelut caelesti capite recipiebat.

6 Domus Curionum ita degenerauit, ut HS. DC aeris alieni haberet, contractum famosa iniuria.

7 P. Clodii iudicium quanta luxuria et libidine abundauit! in quo, ut nocens reus absolueretur, noctes matronarum magna summa emptae iudicibus erogatae sunt.

8 Gemellus tribunicius uiator flagitiosum conuiuium Metello et Scipioni consulibus ac tribunis pl. conparauit: lupanari enim domi suae instituto Muniam et Flauiam matronas et nobilem puerum Saturninum prostituit.

9 Catilina amore Aureliae Orestillae correptus, cum unum inpedimentum quominus nuptiis iungerentur uideret filium suum, ueneno sustulit protinusque eam duxit uxorem.

Ext. 1 Campana luxuria tanta fuit, ut inuictum armis Hannibalem ad somnum deliciarum resolueret.

2 Volsiniensium urbs caput Etruriae in tantum luxuria deperiit, ut seruorum se inpotentissimae dominationi subiecerit.

4 Antiochum Syriae regem imitatus in luxuria exercitus magna ex parte aureos clauos crepidis subiecit et argentea uasa ad usum culinae conparauit et tabernacula textilibus sigillis adornauit.

5 Ptolemaeus Physcon sororem natu maiorem communi fratri nuptam sibi nubere coegit. postea deinde filia stuprata ipsam dimisit ac puellam duxit.

6 Aegyptii ductu Archelai aduersus A. Gabinium moenibus urbis egressi, cum castra uallo atque fossa cingere iuberentur, subclamauerunt ut id opus publica pecunia faciendum locaretur.

7 Cyprii reginas suas mulierum corporibus uelut gradibus instructis, quo mollius uestigia pedum ponerent, currus conscendere patiebantur.

1 dimissas ‖ 3 HS DC *in ras.* ‖ 11 domui *Mai* ‖ 14 iungerentur *e Val. Gertz**, iungeretur *cod. Halm* ‖ 18 deliciasque *m. 2, nescio an recte* ‖ resolueret] euocaret *m. 2 e Val.* ‖ 24 ad usum — tabernacula *om. Mai* ‖ 26 phynycon ‖ 27 *an* filia eius?

DE CRVDELITATE.

2,1 L. Sulla quattuor legiones contrariae partis in publica uilla, quae iuncta campo Martio erat, iussit occidi. idem V̅ Praenestinorum euocata per P. Cethegum obtruncauit, I̅I̅I̅I̅ DCC proscripsit. idem M. Marium praetorem per ora uulgi ad sepulchrum Lutatiae gentis tractum per singulos artus puniens mori coegit. idem M. Plaetorium, quod ad Marii supplicium exanimis ceciderat, continuo ibi mactauit. idem * * * *

2 *C. Marius* caput M. Antonii abscisum inter epulas laetus tenuit atque etiam P. Annium, qui id adtulerat, in sinum suum recepit. idem C. Caesarem consularem apud seditiosissimi hominis Varii bustum occidit.

3 Damasippi iussu praetoris principum ciuitatis capita hostiarum capitibus permixta sunt. eiusdem imperio Carbonis Aruinae truncum corpus patibulo gestatum est.

4 Munatius Flaccus, nominis Pompeiani defensor, cum a Caesare in Hispania inclusus moenibus Ateguensibus obsideretur, omnes eius oppidi ciues, quos studiosiores Caesaris senserat, iugulatos e muris praecipitauit.

Ext. 1 Carthaginienses Atilium Regulum palpebris resectis machina inclusum, in qua undique praeacuti stimuli eminebant, necauerunt. eadem *usi crudelitate* milites nostros captos nauibus substrauerunt obterendos.

2 Hannibal in flumine Vergello corporibus Romanis ponte facto exercitum traduxit. idem captiuos nostros oneribus et itinere fessos ima pedum parte succisa re-

4 idem *nos,* item *cod. Halm* ‖ V̅ *Halm*, quinque *cod. m. 1, sed add. m. 2* mil. ‖ Praenestinorum] *addend. uid.* extra moenia municipii ‖ euocata* ‖ 5 IIII *cod., em. Halm* ‖ DCC *in ras.* ‖ 6 sepulcrum *m. 2* ‖ 8 praetorium *cod. Halm, emendaui e Val.* ‖ 9 *post* idem *excidit exemplum et proximae § initium ita fere supplend.:* C. Marii erutos cineres in Anienis alueum sparsit. C. Marius. *cod. et Halm habent* Idem caput. *excidisse exemplum post* mactauit *suspicatus erat Halm* ‖ 16 arbonę *m. 1*, arbinę *m. 2* ‖ patibulo] *add.* adfixum *Val.* ‖ 21 Cartaginienses *m. 1* ‖ palphebris *m. 1* ‖ 23 usi crudelitate *om, m. 1* ‖ 25 igilo *m. 1*, igillo *m. 2. cf. not. ad Val.* ‖ 27 ima *Gertz**, iam *cod. Halm*

linquebat. quos uero in castra perduxerat, paria fere
fratrum et propinquorum iungens ferro dimicare cogebat.
Mithridates una epistula LXXX ciuium Romanorum 3
in Asia per urbes dispersa iussit occidi.
† Zisemis, Diogyridis Thraciae regis filius, uiuos 4
homines medios secare consuerat et parentes liberorum
uesci corporibus cogebat.
Ptolemaeus Physcon filium suum nomine Memphili- 5
tem, quem ex Cleopatra eadem sorore *et uxore* sustu-
lerat, in conspectu suo occidi iussit et protinus caput
eius ac pedes praecisos in cista chlamyde opertos pro
munere natalicio matri misit. idem, cum uideret quanto
sui odio patria teneretur, timori remedium scelere quae-
siuit: frequens enim iuuentute gymnasium incendit.
Ochus, qui postea Darius appellatus est, obstrictus 6
iure iurando ne quem ex coniuratione ea, quae septem
magos cum eo oppresserat, aut *ui aut* ueneno aut in-
opia necaret, crudeliorem mortis rationem excogitauit:
saeptum enim altis parietibus locum cinere conpleuit
superpositoque tigno prominente benigne cibo et po-
tione exceptos in eo conlocauit, e quo somno sopiti
decidebant in illam congeriem.
Ochus Artaxerxes sororem atque eandem socrum 7
suam uiuam capite defodit, patruum cum centum filiis
ac nepotibus iaculis confixit.
Athenienses Aeginensium iuuentutis pollices absci- 8
derunt, ne secum classe contenderent.
Saeuus et ille aenei tauri inuentor, quo inclusi sub- 9
ditis ignibus longo cruciatu mugitus edere cogebantur.
quod opus primus artifex inclusus merito dedicauit.
Quosdam barbaros ferunt mactatarum pecudum in- 11
testinis et uisceribus egestis homines inserere ita, ut
capitibus tantum modo emineant.

3 epistola LXXX milia *Halm* || 5 *an* Ziselmius? *cf. not. ad Val.* || 8 Memphiten *Val.* || 9 et uxore *om. cod., suppl. Mai e Val.* || 11 clamyde *m. 1* || 15 dareus *m. 2* || 16 quae] *q̄* || 17 ui aut *om. cod. Halm, add. Gertz* e Val.* || 19 septum || 21 conlocabat *Val. Gertz** || 23 Ochus ⟨alter cognomine⟩ Art. *Gertz** || 26 egitensium (t *corr. in* n) || *malim* iuuentuti *cum Val.* || 28 saeu*us || inuentos *m. 1*

DE IRA AVT ODIO.

3, 1 Cum aduersus Hasdrubalem Liuius Salinator missus esset, Fabio monente ne temere committeret aciem, respondit primam se occasionem pugnae non omissurum, interrogatusque quid ita tam festinanter manum conserere uellet, 'ut quam celerrime' inquit 'aut gloriam ex hostibus uictis aut ex ciuibus prostratis gaudium capiam'. miscuit tunc † ira uirtutem, repe*te*ntis et iniustam damnationem et triumphi gloriam quaerentis.

2 C. Figulus consulatum non adeptus, cum ad eum postero die consulendi causa multi uenissent, *omnes dimisit* sic praefatus: 'an nos consulere scitis, consulem facere nescitis?'

3 Cum quidam Cn. Flauius humillimae sortis praetor factus esset, plurimi e nobilibus anulos proiecerunt, phaleras equis detraxerunt, tamquam indignis darentur magistratus.

4 Manlio Torquato ex Latinis et Campanis referenti uictoriam nemo iuuenum occurrit, quod is filium suum securi percusserat.

5 Equitatus Romanus *a* Fabi*o* cos. ad hostium copias persequendas *missus,* memor agrariae legis ab eo inpeditae non ei obsecutus est. Appii exercitus uoluntaria fuga terga hosti dedit, ne triumphum quaereret imperatori, memor patrem eius infensum populo fuisse.

7 Metellus tota paene Hispania *subacta,* Q. Pompeium consulem inimicum suum successorem sibi mitti cum audisset, omnes, qui militia uacare uolebant, dimisit, horrea custodibus remotis rapinae praebuit, arcus et sagittas Cretensium frangi iussit, elephantis cibaria dari uetuit.

Ext. 1 Alexander iratus Lysimacho leoni eum obiecit, idem

8 iram repetentis (*scil. memoria*) iniust. damn. et uirtutem triumphi g. q. *bene Gertz*, poterat fort. lenius* iram et uirtutem repetentis iniustam damn. et tr. g. q. ‖ repentis *cod., em. Mai* ‖ 11 omnes dimisit *nos, om. m. 1,* dimisit (*sine* omnes) *m. 2 et Halm* ‖ 12 uos *cod. Halm, em. Gertz** ‖ consolare *m. 1* ‖ 21 a Fabio *Gertz* e Val.,* fabi *cod. Halm* ‖ 22 missus *om. cod, suppl. Halm* ‖ 26 subacta *om. m. 1*

Clitum hasta traiecit, et Callisthenes ab eodem mori iussus est.

2 Hamilcar quattuor filios inpubes catulos leoninos se in perniciem populi Romani alere dicebat.

3 Hannibal significare cupiens quantum inter se Carthago et Roma dissiderent, inflicto in terram pede suscitatoque puluere tum finem belli inter eas fore dixit, cum alterutra urbs in puluerem esset redacta.

DE AVARITIA.

4,1 Cum admodum locupleti L. Minucio Basilo falsum testamentum quidam subiecisset eiusque confirmandi gratia *M.* Crassum et Q. Hortensium, quibus Minucius ignotus erat, heredes inseruisset, quamquam euidens fraus erat, tamen uterque pecuniae cupidus facinoris alieni munus non repudiauit.

2 Q. Cassius in Hispania Silium et Calpurnium occidendi sui gratia cum pugionibus deprehensos, quinquagies ab hoc sestertium, sexagies ab illo pactus dimisit.

3 Septimuleius C. Gracchi familiaris caput pilo fixum tulit, quia Opimius consul auro id se repensurum edixerat.

Ext. 1 Ptolemaeus rex Cypriorum, cum se periturum ob nimias diuitias uideret, quas anxiis sordibus conquisierat, inposita omni pecunia nauibus in altum processit, ut in mare abiceret. deinde detractus auaritia insita non sustinuit propositum exsequi.

DE SVPERBIA ET IMPOTENTIA.

5,1 M. Fuluius Flaccus cos. M. Plautii Hypsaei collega, cum perniciosissimas reip. leges introduceret, senatu monente ut incepto desisteret responsum non dedit.

2 M. Drusus tr. pl., cum a Lucio Philippo cos. inter-

1 critem *m. 1*, critum *m. 2* ‖ 8 alterutra* ‖ 10 basillo *m. 1*, basilio *m. 2* ‖ 12 M. *nos et Gertz**, *om. cod. Halm* ‖ 16 Q.] quintius ‖ 19 septimuleius (e *in ras.*) ‖ 23 quas *nos*, quod eas *cod. Halm* ‖ 25 retractus *mauult Gertz** ‖ 26 exequi *m. 2* ‖ 30 resisteret ‖ 31 Drusus *Gertz* e Val.*, brutus *cod. Halm*

pellatus, dum contionatur, fuisset, obtorta ceruice eum, et quidem per clientem suum in carcerem praecipitem egit. idem, cum senatus ad eum misisset, ut in curiam ueniret, 'quare non potius' inquit 'in Hostiliam curiam propinquam rostris, id est ad me, uenit?'

3 Cn. Pompeius balineo egressus, cum ante pedes suos prostratum Hypsaeum ambitus reum uidisset, iacentem reliquit, nihil aliud illum agere dicens quam ut conuiuium suum moraretur. idem P. Scipionem socerum suum legibus obnoxium, quas ipse tulerat, muneris loco ab iudicibus depoposcit.

4 Cum ad M. Antonium triumuirum cenantem Caesetii Rufi senatoris caput esset adlatum, diu diligenterque considerato 'ego hunc' inquit 'notum non habui'.

Ext. 1 Alexander Macedo fastidio Philippi Iouem sibi Hammonem patrem adsciuit. idem instituta Persarum adsumpsit: spreto etiam mortali habitu diuinum imitatus est.

2 Xerxes Graeciae bellum indicturus adhibitis Asiae principibus, 'ne uiderer' inquit 'tantum meo usus consilio, uos contraxi: ceterum mementote parendum magis uobis esse quam suadendum'.

DE PERFIDIA.

6,2 Ser. Galba Lusitaniae conuocato populo, tamquam de commodis eius acturus, $\overline{\text{CVIII}}$ iuuentutis exuta armis partim occidit, partim uendidit.

3 Cn. Domitius iratus Bituito regi Aruernorum per conloquii simulationem arcessitum hospitioque exceptum uinxit ac Romam deportandum curauit.

Ext. 1 Carthaginienses Xanthippum Lacedaemoniorum ducem domum se reuehere simulantes in alto merserunt.

1 dum *nos et Gertz**, cum *cod. Halm* ‖ contionatur *m. 1*, contionatus *m. 2*, contionaretur *m. 3 et Halm* ‖ ceruice eum (*sic, non* cum) equidem ‖ 4 inquit ⟨'ipse⟩ in *Gertz* e Val.* ‖ 14 considerato] *an addend.* eo? ‖ 16 asciuit *m. 2* ‖ 17 etiam *Gertz**, enim *cod. Halm* ‖ 19 xerses ‖ 25 $\overline{\text{VIII}}$ *Val.* ‖ 29 Romam] *add.* naue *Mai* ‖ 30 xantippum ‖ Lacedaemonium (*uel* Lacedaemonium ⟨suum⟩ ducem *Gertz**, *malim* Lacedaemoni⟨um, exercituum su⟩orum ducem

Hannibal Nucerinos hortatu suo cum binis uesti- 3
mentis urbem egressos uapore et fumo balineorum
strangulauit. idem senatum Acerranorum extra moenia
euocatum in profundum puteum abiecit.

DE VI ET SEDITIONE.

L. Equitium, qui se Ti. Gracchi filium simulabat 7,1
tribunatumque cum L. Saturnino petebat, a C. Mario
in custodiam coniectum populus eripuit

et Q. Metellum censorem lapidibus prosternere co- 2
natus est, quod is ab eo censum tamquam a Ti. Gracchi
filio nolebat accipere, adfirmans Gracchum tres filios
habuisse, e quibus unum in Sardinia stipendia meren-
tem, alterum infantem Praeneste, tertium post patris
mortem natum Romae decessisse.

Populus Romanus conpetitorem Saturnini Nunnium 3
ciuem integrum occidit, ut adipiscendae potestatis fa-
cultas taetro homini daretur.

Sempronium Asellionem praetorem urbanum a L. 4
Cassio concitati creditores, quod is causam debitorum
susceperat, pro aede Concordiae sacrificantem, † fuga in
tabernula, quam petierat, discerpserunt.

Cum C. Mario lege Sulpicia ut aduersus Mithrida- Mil. Rom.
tem bellum gereret decretum esset, Gratidius ad Sul-
lam missus accipiendarum legionum causa a militibus
occisus est.

Q. Pompeium cos. Sullae collegam iussu senatus ad 2
exercitum Cn. Pompei [missum], quem ille inuita ci-
uitate obtinebat, contendere ausum ambitiosi ducis ille-
cebris corrupti milites sacrificare incipientem macta-
uerunt.

2 urbe *Mai* ‖ 5 *titulum om. m. 1, add. m. 3* ‖ 6 L. q. equitium ‖ 15 populus romanus *m. 1*, gens romana *s. l. m. 3* ‖ nunnium *m. 2*, nuntiatum *m. 1* ‖ 18 urba*num ‖ 20 fuga *m. 1, sed in marg. m. 3 add.* ab ipsis aris fugere coactum (*sic Π quoq.*), *quod recep. Mai Halm, fort.* fugatum *Halm, possis etiam scrib.* fuga salutem quaerere coactum ‖ 21 tabernulã ‖ quam penerat *m. 1* ‖ 26 sillae *m. 1*, syllae *m. 2* ‖ 27 missum *inclusi, mauult* eoque *ante* contendere *addere Gertz** ‖ 28 ambitiosi* (s *eras. uid*) ‖ illecebris *s. l. m. 3*, p̄cibus *m. 1* ‖ 29 mactauerant *m. 1*

3 C. Carbo, frater Carbonis ter consulis, dissolutam disciplinam militarem rigidius adstringere conatus ab exercitu occisus est.

DE TEMERITATE.

8,1 Africanus superior ex Hispania duabus quinqueremibus ad Syphacem traiecit.

2 C. Caesar inpatiens legionis tardioris a Brundisio Apolloniam traiectus seruili ueste se occultato nauiculam conscendit et * * * tempestate uexatus tandem necessitati cessit.

3 A. Albinum ciuem eximium miles temere propter falsas et inanes suspiciones lapidibus obruit.

Ext. 1 Hannibal Africam petens freto adpulsus, dum tam paruo spatio Italiam Siciliamque inter se diuisam non credit, uelut insidiosum cursus rectorem interemit, postea cognita ueritate innocentiam gubernatoris absoluit.

2 Athenienses decem imperatores, et quidem uictores, quod militum corpora sepulturae non dedissent, necauerunt.

DE ERRORE.

9,1 Heluius Cinna tr. pl. ex funere C. Caesaris domum petens a populo discerptus est pro Cornelio Cinna, cui erat infestus, quod, cum adfinis Caesaris esset, inpiam de eo pro rostris orationem habuisset.

2 C. Cassius Titinio centurione misso, ut specularetur qui status M. Bruti esset, tardiusque eo redeunte, interceptum credens et omnia plena uictorum, se occidit.

3 Tolumnius rex Veientium, cum tesserarum prospero iactu per iocum conlusori dixisset 'occide', et forte Romanorum legati interuenissent, satellites errore uocis inpulsi legatos occiderunt.

2 astringere *m. 2* ‖ 7 *immo* legionum *Halm e Val.* ‖ 8 seruili* ‖ occultante *Gertz**, *an* occultans? ‖ 9 et] *post h. u. suppl.* altum petiit, set *Gertz**, *malim e Val.* mare Hadriaticum petiit, set ‖ 14 diuisas *scribend. uid. e Val.* ‖ 15 rectorem] *add.* Pelorum *probabiliter Gertz** ‖ 16 *scribend. uid.* ueritate et innocentia ‖ 25 tineo *m. 1*, tineio *m. 2 Mai* ‖ 26 quis *m. 2 Mai* ‖ 31 occidi *m. 1*

DE VLTIONE.

M. Flauius tr. pl. ad populum de Tusculanis rettu- 10,1
lit, quod eorum consilio Veliterni et Priuernates rebel-
lassent. deprecantibus Tusculanis accidit ut ceterae
tribus salutarem sententiam ferrent, Pollia tribus * * *
Polliae tribus fecerunt magistratum.

Cum Hadrianus ciues Romanos Vticae morantes sor- 2
dido uexaret imperio et ob id uiuus ab eis esset ex-
ustus, nulla quaestio de ea re habita est.

Tomyris caput Cyri abscisum in utrem humano san- Ext. 1
guine repletum demitti iussit, exprobrans ei insatiabi-
lem cruor*is sit*im.

Iaso Thessalus Taxippo gymnasiarcho a quibusdam 2
iuuenibus pulsatum se questo permisit ut aut tricenas
drachmas exigeret aut denas plagas singulis daret. quo
posteriore uindicta *uso* ei, qui uapulauerant, dolore
commoti Iasonem occiderunt.

DICTA IMPROBA AVT FACTA SCELERATA.

Tullia, cum carpento ueheretur et is, qui iumenta 11,1
agebat, restitisset, ne super Ser. Tullii corpus induceret,
ipsa supra id duci uehiculum iussit.

C. Fimbria, cum id egisset, ut Scaeuola in funere 2
C. Mari iugularetur, postquam eum ex uulnere recrea-
tum conperit, accusare apud populum instituit interro-
gatusque quod illi crimen obiecturus esset innocenti,
'hoc ipsum', inquit 'quod parcius corpore telum re-
cepit'.

L. Catilina M. Cicerone incendium ab ipso excita- 3

3 ueleterni *m. 1* ‖ 4 adtigit ut *cod., em. Mai e Val.* ‖ 5 pollia *m. 1,* polliae *m. 2* ‖ tribus***] *reliqua sententia intercidit, cum librarius a priore* Pollia tribus *ad posterius* Polliae tribus *aberrasset, expleuit lacunam e Val. p. 451, 23* polia trib. iudicauit — candidatum *Π* ‖ 10 Thomeris *m. 1,* Thamyris *m. 2* ‖ 11 dimitti ‖ exprobrans — sitim *om. Mai Halm* ‖ cruoris sitim *nos,* cruorem *cod.* ‖ 13 taxiyppo ‖ 15 dragmas ‖ 16 posteriores ‖ uindictae *m. 1,* uindicta (*et s. l. m. 3 add.* uso) *m. 2* ‖ ei *m. 1, sed punctat. cod., om. Halm* ‖ 20 ne supra patris S. T. corpus induceret ipsam *Gertz** ‖ 28 cicerone *m. 2,* catone *m. 1*

tum dicente 'sentio' inquit 'et, si illud aqua non potuero, ruina restinguam'.

4 Magius Chilo M. Marcello amico suo a C. Caesare datum spiritum sua manu eripuit, indignatus sibi ab eo quemquam amicorum praeferri.

5 C. Toranius triumuirorum partes secutus proscripti patris sui praetorii uiri latebras centurionibus edidit.

6 L. Villius Annalis, cum in campum ad quaestoria comitia filii descendens proscriptum se cognouisset, scelere nefarii iuuenis effectum est ut occideretur.

7 Vettium Salassum proscriptum et latentem uxor interficiendum tradidit.

Ext. 1 Scipione Africano patris et patrui memoriam gladiatorio munere Carthagine Noua celebrante duo regis filii nuper patre mortuo in harenam processerunt de regno pugnaturi, nec eos Scipio a proposito mouere potuit.

2 Mithridates cum ipso patre bellum de dominatione gessit.

DE MORTIBVS NON VVLGARIBVS.

12, 1 Tullus Hostilius fulmine ictus cum domo conflagrauit.

2 Nuntiata clade, quae apud lacum Thrasimenum acciderat, mater sospiti filio facta obuia in conplexu eius expirauit. altera mater, cum falso *mortis* filii nuntio maesta domi sederet, ad primum conspectum redeuntis exanimata est.

3 M'. Iuuentius cos. Tib. Gracchi collega, cum in Corsica, quam nuper subegerat, sacrificaret, *receptis litteris* decretas a senatu nuntiantibus supplicationes ob res ab eo bene gestas, epistulas intento animo legens caligine oborta conlapsus ante focum mortuus iacuit.

4 Catulus a Mario mori iussus recenti calce inlito cubiculo multoque igne percalefacto se inclusum peremit.

8 l. iulius, *em. Halm e Val.* || 11 salassum *m. 2*, saisum *m. 1* || 24 mortis *om.* || 27 M'. *nos*, M. *cod.* || 28 receptis litteris *suppleui e Val., om. cod. Mai Halm* || 29 nuntiantibus *cod.*, nuntiantes *transpositum ante* epistulas *Mai*, nuntiantis *Halm*

Herennius Siculus haruspex Gracchi amicus, cum eo 6
nomine in carcerem duceretur, posti eius inflicto capite concidit.

C. Licinius Macer Calui pater repetundarum reus, 7
dum sententiae diriberentur, maenianum conscendit et misit ad Ciceronem, qui id iudicium cogebat, ut diceret sua bona non posse hastae subici: se enim reum perisse, non damnatum, et ita sudario ore et faucibus coartatis incluso spiritu morte poenam praecessit.

Cornelius Gallus praetorius et T. Etherius eques R. 8
inter usum ueneris absumpti sunt.

Coma Cleonis frater, dux latronum, perductus ad Ext.
P. Rupilium cos., cum de uiribus et conatibus fugiti- 1
uorum interrogaretur, sumpto tempore ad se colligendum caput operuit innixusque *genibus* conpresso spiritu interiit.

Aeschylus poeta in Sicilia moenibus urbis, in qua 2
morabatur, egressus aprico in loco resedit. super quem aquila testudinem ferens delusa splendore capitis — erat enim caluus — perinde atque lapidi testudinem inlisit, quo ictu Aeschylus peremptus est.

Euripides ab Archelai regis cena repetens domum a 4
canibus discerptus est.

Sophocles, cum in certamen tragoediam demisisset, 5
ancipiti sententiarum euentu sollicitus, tandem uictor causam mortis gaudium habuit.

Pindarus, cum in gymnasio super gremium pueri, 7
quo unice delectabatur, capite posito quieti se dedisset, obiit.

Milo Crotoniates, cum iter faciens quercum in agro 9
cuneis adact*is fiss*am uidisset, diuellere conatus excussit cuneos. manibus compressis a feris laceratus est.

1 *fort.* C. Gracchi *Halm* ‖ 5 di***erentur *m. 1*, dicerentur *m. 2* ‖ 13 rutilium ‖ 15 genibus *e Val. add. nos et Gertz**, *om. cod. Halm* ‖ 24 dimisisset ‖ 25 euentu] *add.* diu *Gertz** ‖ sollicitus *nos e Val.*, sollicitatus *cod. Halm*, sollicitus una *probabiliter Gertz** ‖ 31 adact⟨is fiss⟩am *nos e Val.*, adactam *cod. Halm* ‖ excussis cuneis manibus *Gertz** ‖ 32 oppressus *cod.*, oppressis *Mai*, *em. Halm*

DE VITAE CVPIDITATE.

13, 1 M'. Aquilius, cum gloriose extingui posset, Mithridati turpiter seruire maluit.

2 Cn. Carbo cos. iussu Pompei ad supplicium ductus, quo diutius lucis usu frueretur, petiit flebiliter ut sibi aluum releuare prius quam expiraret liceret.

3 D. Brutus a Furio, quem ad eum occidendum Antonius miserat, conprensus gladio eius se subtraxit.

QVAM EXQVISITA QVIDAM CVSTODIA VSI SINT.

Ext. 2 Masinissa rex parum fidei in pectoribus hominum reponens custodia se canum uallauit.

4 Dionysius tyrannus metu tonsorum filias suas detondere docuit. quas ipsas, postquam adultae aetati adpropinquabant, instituit ut iuglandium nucum putaminibus *candentibus* barbam sibi et capillos adurerent, atque etiam cubicularem lectum lata fossa cinxit, in quem se ligneo ponte recipiebat. satellites barbaros et seruos habebat.

DE SIMILITVDINE FORMAE.

14, 1 Pompeio Magno Vibius ingenuae stirpis et Publicius libertinus similes fuerunt.

2 Pater Cn. Pompei Menogenis coqui sui persimilis fuit.

3 Cornelius Scipio uictimario cuidam persimilis erat.

4 Lentulus histrioni Spintheri similis fuit, Metellus Nepos Pamphilo tertiarum actori.

Ext. 1 Regi Antiocho unus ex aequalibus nomine Artemo persimilis fuit. quem Laodice uxor Antiochi interfecto uiro dissimulandi sceleris gratia in lectulo perinde ac si ipsum regem conlocauit.

2 Herophilus ocularius medicus tam similis Mario fuit, ut sibi eum auum uindicaret.

2 M'. *Pighius*, Marcus *cod.* ‖ 4 Cn. *nos e Val.*, C. *cod.* ‖ 5 petit ‖ ut saluum *m. 1* ‖ 6 expirare *m. 1* ‖ 8 conpressus ‖ 10 masinnissa ‖ fide ‖ 12 se tondere *bene Gertz** ‖ 15 candentibus *suppl. Gertz** ‖ 22 monogeni *m. 1* ‖ 25 panphili ‖ 31 uindicare

Repertus est qui se diceret Sertorii filium. 3

Extitit qui se Octauiae sororis Augusti diceret filium. 4

Quidam Cornelio Sulla rerum potiente domum Cn. 5
Asiani Bionis inrupit filiumque eius expulit uociferando se filium illius esse.

Caesar Augustus barbarum quendam ob eximiam Ext. 2
similitudinem Cappadociae regnum adfectantem, tamquam Ariarathes esset, puniuit, cum ille Ariarathes a M. Antonio esset occisus.

INCERTI AVCTORIS LIBER
DE PRAENOMINIBVS DE NOMINIBVS DE COGNOMINIBVS DE AGNOMINIBVS DE APPELLATIONIBVS DE VERBIS
IN EPITOMEN REDACTVS A IVLIO PARIDE.

DE PRAENOMINIBVS.

Varro simplicia in Italia nomina fuisse ait existi- 1
mationisque suae argumentum refert, quod Romulus et Remus et Faustulus neque praenomen ullum neque cognomen habuerint. qui ab eo dissentiunt aiunt matrem eorum Ream Siluiam uocatam, auum Siluium Numitorem, fratrem eius Amulium Siluium, ac superiores Albanorum reges Capetum Siluium, Agrippam Siluium, posterioresque duces Mettium Fufetium et Tutorem

1 reppertus *m. 1* ‖ 4 Asini Dionis *Val.* ‖ 8 ariathes (*bis*) ‖ 10 INCERTI — 15 PARIDE *om. cod.* ‖ 16 Lib. X. DE PRAENOMINIBVS *cod.*, Lib. X de praenomine *α**) ‖ 17 Varro] *an addend.* olim? *Gerts** ‖ fuisse nomina *α Halm* ‖ 21 Rheam *Mai* ‖ nomitorem *α'* ‖ 23 agripam *α* ‖ 24 metum *m. 1*, metium *m. 2 et Mai*, mettũ *α Halm. u. ad p. 345, 11*

---

*) *Haec et q. sqq. usque ad uu. p. 588, 20* animaduerto enim in consulum *in α quoque extant. Quae inclusi legi in eo iam non possunt.*

Cloelium uocatos. nec contenti his ad Sabinos transgrediuntur: Titum Tatium, Numam Pompilium et patrem eius Pompium Pompilium, eiusdemque regionis principes enumerant Pustulanum Lauranum, Volesum Valensium, Mettum Curtium, Alium Fumusilleaticum. e Tuscis [re]citant Lartem Porsennam, ab Aequiculis Septimum Modium, primum regem eorum, et Fertorem Resium, qui ius fetiale constituit. in hunc modum Varronis sententia subruitur.

2 Romanos autem arbitrandum est maxime ab Albanis et Sabinis multiplicandorum nominum consuetudinem traxisse, quoniam ab illis orti sunt. omnia autem, quae ad unum quemque nostrum definiendum excogitata sunt, eandem uim significandi hominis obtinent. quod † proprietatem dicitur, hoc distat, quia eo gens cognoscitur, ideoque dicitur gentilicium. cetera ordine uariantur: nam quod praeponitur praenomen, quod post fertur cognomen, quod ad ultimum adicitur agnomen *est*. quorum series non ita, ut exposui, semper seruata est: animaduerto enim in consulum fastis perplexum usum praenominum et cognominum fuisse. dictum Postumum Cominium Auruncum et Postumum Aebutium

1 conti *m. 1* || 2 po[mpi]lium et *α* || pomp[ium] *α*, *Πόμπων Dion. Hal. II 58 et Aur. Vict. 3* || 3 re[gionis] *α* || 4 [pustulanum — primum re]gē *α* || 6 etuscis *cod.*, ab Etruscis *Mai* || citant *recte Gertz**, re *e compendio uocis* autem *ortum ratus coni.* e Tuscis autem citant || porsinnam || 7 et [fertore]m [resium qui] ius *α* || fertorem *cod.*, *prima littera nominis* f *an* s *fuerit in α dinosci non potest; at u. C. I. L. I p. 564* || 8 feciale *α* || 12 q[uoniam a]b *α* || omnia] *an* non omnia? *mauult* nomina *Gertz** || a[utem quae] *α* || 13 d[efiniendum exco]gitata sunt [eandem ui]m *α* || 14 ⟨non⟩ eandem uim *Gertz** || hominis (*sed* h *induct.*) || obtinent *m. 1*, optinent *m. 2 cod. et α*, *Halm* || 15 [propri]etate *α*, per proprietatem *m. 2 Halm*, proprietatem (*om.* per) *m. 1*, Quod proprie ita (*i. e. nomen*) dicitur *perbene Gertz** || [quia eo g]ens *α* || 18 ultim[um] *α* || adicitur *cod.*, dicitur *α Halm* || 19 est *om. cod. et α*, *Halm*, *suppl. Pighius* || [ut ex]posui *α* || 20 [animaduert]o enim *α* || [fastis — usu]m praenomi[num et cognominum fui]sse di[ctum] *reliqua usque ad p. 591, 9* celebrata est *interierunt extrema folii parte situ deleta et altera schedula plane amissa in α* || 21 dictumque *Gertz** || 22 ebutium

Heluam et Vopiscum Iulium et Opitrem Verginium Tricostum et Paulum Fabium Maximum. quin etiam quaedam cognomina in nomen uersa sunt, ut Caepio: namque hoc in Bruto nominis locum obtinuit.

3 Gentilicia nomina Varro putat fuisse numero ∞, praenomina circa xxx. pueris non prius quam togam uirilem sumerent, puellis non ante quam nuberent praenomina imponi moris fuisse Q. Scaeuola auctor est. quae olim praenomina fuerunt, nunc cognomina sunt, ut Postumus, Agrippa, Proculus, Caesar.

4 Opiter *uocabatur* qui patre mortuo, auo uiuo gignebatur, Vopiscus qui in utero matris geminus conceptus altero abortu eiecto incolumis editus erat. Hostus praenomen fuit in eo, qui peregre apud hospitem natus erat, idque habuit Lucretius Tricipitinus, collega L. Sergii. Volero in praenomen abiit, quod uolentibus nasci liberi parentibus uidebantur, quo usus est Publi*l*ius Philo. Lartis praenomen sumptum est a laribus, Tuscum autem esse creditum, fuitque consul Lar Herminius cum T. Verginio *Tri*costo. Statius a stabilitate, Faustus a fauore praenomina ceperunt. Tullus praenominatus est ominis gratia quasi tollendus, o littera in u conuersa. Sertor qui per sationem natus erat adpellatus est. Ancum praenomen Varro e Sabinis translatum putat. Valerius Antias *ita uocatum regem Ancum* scribit, quod cubitum uitiosum habuerit, qui Graece uocatur *ἀγκών*.

3 caepionemque hoc ‖ 4 optinuit *m. 2* ‖ 5 gentilicium ‖ numero ∞] *cf. Momms. Roem. Forsch. I p. 62* ‖ 6 xxx] *cf. Momms. ibid. p. 20* ‖ pueris — sumerent] *idem p. 31* ‖ 8 Q.] quintus ‖ 10 postumius *cod. Mai, em. Pighius* ‖ Caesar] *cf. Momms. l. c. p. 21* ‖ 11 uocabatur *om. cod. Halm, suppl. Gertz** ‖ 13 Hostus *Pighius,* hospes *cod. Mai* ‖ 17 liberis parentibus (a parent. *Grotefend*) indebatur *Pighius, Grotefend in Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1843 p. 179* ‖ publius *cod., em. Pighius* ‖ 18 laertis ‖ 19 consularis herminius, *em. Pighius* ‖ 20 costo ‖ 21 coeperunt (*sic cod.*), *quod praetulit Perizonius, scribend. uid.* acceperunt ‖ 25 Antias *Pighius*, antea *cod. Mai* ‖ ita uocatum regem Ancum *necessario suppl. Gertz**, *om. cod. Halm* ‖ 26 quod] quo ‖ 27 ANKΩN

5 Lucii coeperunt adpellari qui ipso initio lucis orti erant, aut, ut quidam arbitrantur, a Lucumonibus Etruscis, Manii qui mane editi erant, uel ominis causa quasi boni: manum enim antiqui bonum dicebant. Cnaeus ob insigne naeui adpellatus est. quod unum praenomen uaria scriptura notatur: alii enim Naeum, alii Gnaeum, alii Cnaeum scribunt. qui G littera in hoc praenomine utuntur, antiquitatem sequi uidentur, quae multum ea usa littera est. olim enim dicebatur frugmentum, nunc frumentum effertur, et forgtis, non fortis, et gnatura, non natura. ergo etiam qui in corporibus gigni solet gnaeuus adpellabatur. qui CN ponunt, † correptione syllabae delectari uidentur, qui Naeus, lenitate. Gai iudicantur dicti a gaudio parentum, Auli, quod iis auentibus nascuntur, Marci Martio mense geniti, Publi, qui prius pupilli facti erant quam praenomina haberent, † alii ominis causa e pube.

6 Tiberii uocitari coeperunt qui ad Tiberim nascebantur. Titus e Sabino nomine † Tito fluxit, Appius ab Atto eiusdem regionis praenomine. Caesones adpellati sunt qui e mortuis matribus exsecti erant, Seruius, quod mortua matre in utero seruatus est, Spurii patre incerto geniti quasi *σποράδην*. Numeriis sola tantum modo patricia familia usa est Fabia, idcirco quod trecentis sex apud Cremeram flumen caesis, qui unus ex

6 Naeum] naeuum ‖ 7 G *priores edd.*, C *cod.* ‖ 10 effertur *Gertz**, et fertur *cod.*, ecfertur *Halm* ‖ forgtis *Perizonius Halm; at dicebatur olim* forctis, *non* forgtis. *cf. Fest. u.* sanates *p. 348, 15 M.*, *Paul. Diac. p. 84, 8, Vaniček, Etymol. Wörterb. p. 132. quapropter dubitat an hoc exemplum* et forgtis, non fortis *adiectum sit ab interpolatore quodam Gertz** ‖ 12 *litt.* abatur — syl *in ras., sed m. 1* ‖ CN *cod.*, GN *Mai* ‖ 13 correptione *cod.*, corruptione *Halm, fort.* asperatione *Gertz** ‖ 14 lenitate *Gertz**, leuitate *cod. Halm* ‖ Gaii *Mai*, CN *cod.* ‖ 15 quod is auentibus *m. 1 et Gertz* coll. p. 589, 16* (uolentibus — parentibus), quod dis alentibus *m. 2 Halm* ‖ Marci] $\overline{\text{M}}$. ‖ 17 alii] aut *Gertz**, *recte, ut uid.* ‖ 19 homine Tito *uel* nomine titulo *coni. Perizonius*, *alterum hoc uerum uid. cf. Paul. Diac. p. 366 M.* ‖ 21 quod mortua *cod.*, *an* qui demortua? *Gertz** ‖ 23 CΠΟΡΑΔΙΙ *cod.*, CΠΟΡΑΔΗ̄ (= *σποράδην*) *Gertz**, *σποράδιοι Halm* ‖ numerii *cod.*, *em. Perizon.*

ea stirpe extiterat, ducta in matrimonium uxore filia Numerii Otacilii Maleuentani sub eo pacto, ut quem primum filium sustulisset, ei materni aui praenomen inponeret, obtemperauit.

Antiquarum mulierum frequenti in usu praenomina 7 fuerunt Rutila, Caesellia, Rodacilla, Murrula, Burra a colore ducta. illa praenomina a uirilibus tracta sunt, Gaia, Lucia, Publia, Numeria. ceterum Gaia usu super omnes celebrata est: ferunt enim Gaiam Caeciliam, Tarquinii Prisci regis uxorem, optimam lanificam fuisse et ideo institutum, ut nouae nuptae ante ianuam mariti interrogatae quaenam uocarentur Gaias esse se dicerent.

2 numeri iotacilii ‖ 3 aui *m. 2*, aut *m. 1* ‖ 6 Rutila *nos*, rutilia *cod. cf. Varro l. l. VII 96 p. 361 Sp., Müller ad Fest. p. 263* ‖ Caesulla *scribend. uid. cf. Fest. p. 274 M.* ‖ *an* Rosacilla (= *rosacea*)? *Gertz** ‖ murull *m. 1*, Murtulla *Grotefend l. c. p. 178* ‖ 7 uirilibus (*sic*) *cod. Mai*, uiris *Halm* ‖ 9 ferunt enim] *haec et q. sqq. extant in α* ‖ 12 dicerent] *sequitur subscriptio:* C TITI PROBI | FINIT EPITOMA HISTORIARVM | DIVERSARVM | EXEMPLORVMQVE | ROMANORVM | Feliciter emendaui | descriptum Rabennae | Rusticus Helpidius Domnulus V̄C̄. *sic cod. Vat.*, feliciter emendaui descri | ptum rabennae rusticius (*sic*) | helpidius domnulus u. c | (*tum recenti manu* Duo hōies *interpositum*) *deinde seq.* TITVLVS ADBREVIATORIS | C. titi probi finit epitoma | historiarum diuersarum | exemplorum romanorum. |

IANVARII NEPOTIANI

EPITOMA LIBRORVM VALERII MAXIMI.

Ianuarius Nepotianus Victori suo salutem. Impensius quam ceteri adolescentes litteris studes, quo tantum proficis, ut exigas scripta ueterum coerceri, mi Victor. quod iudicium etiam in senibus rarum est, quia recte dicendi scientia in paucis. igitur de Valerio Maximo mecum sentis opera eius utilia esse, si sint breuia: digna enim cognitione componit, sed colligenda producit, dum se ostentat sententiis, locis iactat, fundit excessibus, et eo fortasse sit paucioribus notus, quod legentium auiditati mora ipsa fastidio est. recidam itaque, ut uis, eius redundantia et pleraque transgrediar, nonnulla praetermissa conectam. sed hoc meum *nec* neruum antiquorum habebit nec fucum nouorum. et cum integra fere in occulto sint *et* praeter nos duo profecto nemo epitomata cognoscat, hoc tutius abutor otio tibique pareo. † heu, censor, piueteres, caue hic aliud quam breuitatem requiras, quam solam poposcisti. cura, mi Victor, ut ualeas.

4 tantus ‖ 6 uictori ‖ 9 *et* 10 componat — producat — fundat ‖ 11 sit] *mauult* est *Gertz** ‖ 12 recidas ‖ 14 conectam] adnectam *praefert Gertz** ‖ sed *cod.*, sic *Eberhard in Herm. VIII p. 91*, scilicet *et postea* sed cum int. — sint ⟨et⟩ praeter *Gertz** ‖ 15 nec neruum *Halm*, neruum (*om.* nec) *cod.*, nec uim *Mai* ‖ 18 orio tibique parco ‖ heu *cod.*, heus *Mai Eberhard l. c.*, ne (*adfirmantis*) tu *Gertz** ‖ piueteres *cod.*, pius eris *Gertz**, de cetero *Mai*, *fort.* pie ceterum *Halm*, praeterea *Eberhard* ‖ *an* cauebis? *Gertz** ‖ 19 quas solas

I. DE RELIGIONE. Val. M. I.

1. Romani aeque armis ac sacris studentes ex senatus consulto decem optimatum liberos ad noscendas aruspicum disciplinas *in* Etruriam miserunt. qui ut Cereris quoque caerimonias † Graecorum Callifanam petierunt. 1, 1

2. Metellus pontifex max. Postumium cons. in Africam profecturum sub denuntiatione multae continuit, eo quod esset consul idem flamen Martialis, ut uidelicet priore loco haberet sacerdos sacra quam consul uictoriam. 1, 2

3. Gaius Flaminius eodem omine magister equitum esse noluit. 1, 5

4. Syracusis cum Clastidio captis M. Marcellus quinquies consul, cum ex uoto aedem Honori et Virtuti construeret, a collegio pontificum prohibitus est duobus numinibus unum delubrum dicare, ne cum contumelia praetermissi alteri sacrificaretur, aut si quod accidisset prodigium, de placando *deo* esset incertum. Marcellus duplo sumptu duo templa constituit. 1, 8

5. L. Furius Bibaculus praetor a patre magistro Saliorum iussus ancilia tulit, cum id praetori necesse non esset. sed tamen Bibaculus patri et sacris paruit. 1, 9

6. M. Atilius duumuir iussu Tarquinii regis culleo 1, 13

4 in *om.* ‖ 5 *an* Graeco ritu ⟨colerent sacerdotem Graecam⟩ Call.? *Gertz** ‖ Callifanam *Eberhard l. c.*, *Gertz**, Callifanas *cod. Halm*, *cui ipse epitomator errasse uid.* ‖ 8 profecturus ‖ multa se continuat ‖ 9 esse ‖ consul *mihi suspectum delere malim* ‖ flamenque *Mai* ‖ 10 sacro quos consul *cod.*, *em. Du Rieu* ‖ 12 Gaius Flaminius] *apparet aut ante hoc exemplum §§ 9 et 10 ponendas fuisse, ut censuit Gertz* aut hoc ipsum exemplum collocandum post § 10, ut mihi uid.* ‖ eodem *cod.*, aduerso *Mai Halm* ‖ omne magis eque esse uoluit *cod.*, *em. Mai* ‖ 14 quinquies] *at debebat scribere* quintum, *quod nescio an restituendum sit* ‖ 17 necnō contumelia pretermissi *cod.*, *em. Halm*, ne uno contum. praetermisso *Mai* ‖ 19 deo *om. cod. Mai*, *suppl. Halm* ‖ incertus *cod. Mai*, *em. Halm*, *an* incertum. ⟨tum⟩ *Gertz** ‖ 20 constituat ‖ 21 Lirgulus inuaculus ‖ 22 pretor ‖ 23 miuaculus ‖ 24 Matilius

Val. M. I. insutus est, quod librum occultioris sacri describendum subtractum e regiis secretis Petronio dedisset.

1, 1 7. Gracchis rem p. uexantibus repertum in sibyllinis libris antiquissimam Cererem placandam. tunc quindecim uiri Hennam profecti sunt, — is enim locus † a uirgine cultus putatur — ut deae satisfieret. propitiata Gracchorum exitu putatur.

1, 3 8. Tiberius Gracchus ad augurum collegium e prouincia scripsit comperisse se consules non auspicato creatos. recitata in senatu epistola reuocati sunt consules, Figulus ex Gallia, Scipio Nasica ex Corsica et magistratu se abdicauerunt. tanta uis religioni inerat, ut de ea crederetur absenti.

1, 5 9. Q. Sulpicio sacrificanti apex cecidit. significatum est instare *ei* iacturam sacerdoti.

1, 5 10. Fabius Maximus cum crearetur dictator, sorex sonuit. ille ob omen dictaturam deposuit.

1, 6 11. P. Licinius pont. max. uirginem Vestae, quod quadam nocte ignem perpetuum indiligenter seruasset, flagris coercuit. uerum seueritas ad pellendam neglegentiam adeo parum profecit, ut postea ignis extinctus sit. sacerdos uero † uel pontifex pro peccato amplius poenae metuens ornamentum ex suis pretiosissimum cineri superposuit moxque flamma surrexit.

1, 10 12. Albanus insignis uir religione. qui cum capta urbe a Gallis fugeret plaustroque eueheret familiam

1 oculnoris ‖ 2 Petronio dedisset *Gertz* e Val.*, prodidisset (*sine* Petronio) *cod. Halm* ‖ 5 locus sacer origine cultus *haud male Eberhard l. c. p. 92, et sane* origine *pro* uirgine *substituend. uid., unde coni.* ab origine cultus *Gertz** ‖ 6 *scribend. uid.* putabatur ‖ ut deae satisfacerent (*uel* satisfieret) *Du Rieu Halm*, ut des satis receret *cod.* ‖ 10 in seruatu ‖ 11 ficulus et gallia ‖ 12 religionis *cod. Halm, em. Eberhard l. c.* ‖ 13 crederett̃ *cod.*, crederetur etiam *Mai* ‖ 14 Q.] *Gertz* cum Par.*, Vm *cod.*, Cum *Mai Halm*, *fort.* Vt *Halm* ‖ decidit *probabiliter Gertz** ‖ 15 ei *add. Gertz**, *om. cod. Halm* ‖ 16 maximi ‖ 17 deposuit] *h. l. sequi debebat exemplum de C. Flaminio § 3* ‖ 18 Prelicinius ‖ 20 cercuit ‖ seueritas appellandã ‖ 22 uel pontifex *glossam putat Christ, inclusit Halm, an* a *uel* ex pontifice? *Gertz** ‖ 23 cineris ‖ 26 ueheret *Novak*

suam, uirginesque Vestales cum sacris pone uidisset, Val. M. I.
deiecit uxorem ac filios et sacerdotes cum piis oneribus suscepit iussusque iter mutare Caere peruexit. ex cuius oppidi obsequio in publicas religiones caerimonias appellauerunt.

13. C. Fabius Dorsuo flamen Quirinalis, cum idem 1, 11
Galli obsiderent Capitolium, sollemni die gabinatus sacra praeferens per hostium tentoria † sacrificio rediit.

14. Sub Ianiculo arca inuenta est P. Cornelio et 1, 12
M. Baebio Tamphilo conss. plena libris nostra lingua atque Attica, qua in arca Latini pontificum disciplinas, at Graeci philosophorum habebant. seruatis igitur nostris Graecos igni dedere, quia non probauerunt contra religiones sapientiam. quos libros iussu senatus P. Petilius praetor urbanus exussit.

15. M. Atilius Regulus missus a Carthaginiensibus 1, 14
Romam inter legatos Punicos sub sacramento, ut si captiuorum commutatio facta non fuisset, ad supplicium rediret, de captiuis permutandis populo Romano ipse dissuasit et ad Poenos rediit, ne peieraret.

16. Post Cannensem cladem cum satis iuste tota 1, 15
ciuitas in maerore esset, senatus censuit ut dies xxx tantum luctibus darentur: instabant enim sacra Cereris, quae oportebant a laetis celebrari.

17. Varronem Cannis male aduersus Poenos rem 1, 16
gessisse fuere qui crederent, eo quod puerum speciosissimum Iouis tensae imposuisset. ob *hoc* laesam saeuisse

1 *an* pone ⟨se⟩? *at u. Nep. p. 623,8, ubi* se *add. Halm* || 2 deiedit || honeribus || 3 cere perueīat *cod., em. Mai* || 4 caerimonias] *addend. cens.* eas, *recte, ut uid., Eberhard l. c.* || 6 Ti. Fabius doñ suo || 8 tentoria ⟨sacrificatum in collem Quirinalem iuit et peracto⟩ sacrificio rediit *Gertz p. 298,* tentoria sacris factis rediit *Eberhard l. c.*, tentoria sacrificio ⟨peracto⟩ rediit *Mai Halm* || 10 pamphilio || 11 pontificū cū || 13 *suspicor cod. habere* dedeř (= runt), *quod compendium constanti errore per* re *reddidit Mai* || probauerint *cod. Halm, em. Gertz l. c.,* probabant *Eberhard l. c.* || contrariam religioni *coni. Gertz** || 16 Matilius || 24 oportebat *Mai* || 25 Varro in cannis || 26 cessisse || crederet || 27 hoc *add. Gertz*,* id *Mai Halm*

Val. M. I. Iunonem. uix denique post aliquot annos sacrificiis culpa expiata est.

1, 17 18. Hercules *in* Italia hospitans sacra fertur Potitiis tradidisse, quae per familias seruata sunt. sed postea Appius censor seruis publicis ea tradidit, ob quod piaculum Potitii omnes puberes fere xxx eodem occubuere anno. dehinc Appius eiusdem † uir generis excaecatus est.

1, 18 19. Carthagine a Romanis capta spoliatus *est* Apollo ueste aurea. inuentae sunt cum frustis tunicae manus eorum, qui abstulerant.

1, 19 20. Lucum Aesculapii Turul*l*ius Antoni praefectus in usum nauium succidit. postea uictus a Caesare in eodem luco Turul*l*ius interemptus est.

1, 20 21. Fuluius Flaccus censor creatus, cum aedem Fortunae equestris Romae faceret, tegulas ex marmore de templo *Iunonis* Laciniae transtulit, moxque mente caruit filiumque militantem in Illyrico amisit. tum referri senatus usurpata iussit.

1, 21 22. Pleminius Scipionis legatus Proserpinae thesaurum uacauit. quem senatus catenatum Romam direxit, ubi in carcere taetro languore periit. senatus uero duplam pecuniam reddendam censuit.

1, E. 1 23. Eiusdem deae opes rex Pyrrhus Locris populatus est, cumque nauigaret, subitis tempestatibus cum classe illisus est, rapta autem in litore inuenta ac reddita sunt.

1, E. 2 24. Ad Masinissam regem inmensae magnitudinis elefanti dentes praefectus classis detulit. quos cum co-

1 Iunonem] in nonem || 3 in Italia hospitans _Gertz_*, italiae hospitē _cod._, Italiae hospes _Mai Halm_ || 3 Potitiis] pontis, _item l. 6_ ponti || 4 familiam _Christ, at u. Liu. VIIII 29, 10_ || 7 _fort._ eiusdem ira Herculis _Gertz_* || 9 est _add. Gertz_*, _om. cod. Halm_ || 11 abstulerint _cod. post h. u. sequitur exemplum de Brenno, quod inserui supra p. 14, 23_ || 12 _et_ 14 turulus _cod. Halm_ || 12 anatoni || 15 creatus _Halm_, senatus _cod._, _om. Mai_ || 16 ex _Halm_, et _cod._ || 17 Iunonis _add. Mai_ || _fort._ ⟨eo⟩ transtulit _Gertz_* || 20 Plenrarus || 24 Eius dee opes || 26 _an_ litori illisus? _uel, ut mauult Gertz_*, litori deae uicino ill.? || 28 rege

gnouisset e templo Iunonis Melitensis ablatos, remisit inscripsitque gentilibus litteris, accepisse regem ignorantem, supplicem remisisse. Val. M. I.

II. QVI RELIGIONEM DISSIMVLAVERINT VEL DE CONTEMPTV OBSERVANTIAE.

1. Dionysius Syracusanorum tyrannus Locris fanum 1, E. 3
Proserpinae spoliauit et nauigans secundis flatibus dixit: 'sic sacrilegi nauigant'. idem Dionysius Iouem Olympium pallio aureo nudauit, quod Gelo de spoliis Carthaginis dederat, et apposuit laneum dicens, hoc potius conuenire, quod hieme apricaret neque grauaret aestate. Aesculapio quoque Dionysius barbam auream dempsit et ait, patre leui filium incongrue esse barbatum. hic quidem impunitus fuit, sed eius filius, heres dominationis, poenas † aree delectus exilio soluit.

Quae sequuntur exempla omissa in Valerii Maximi codicibus posui supra pag. 13 sqq.

Deiotaro regi tetrarchae in iter necessarium intento 4, E. 2
saeuum augurium aquila cecinit. rex territus rediit. ea nocte hospitium corruit, quod regi fuerat praeparatum.

VI. DE OMINIBVS.

1. Postquam ceperant Galli de urbe uictoriam, pa- 5, 1
tres conscripti deliberabant migrare Veios, cum centurio cohortibus signa referentibus exclamat: 'signifer, hic fige signum: optime manebimus'. paritum omini est.

2. Camillus precatus deos est populi R. florente 5, 2
fortuna, ut si quis deorum felicitati rei p. inuideret, per Camillum sibi satisfaceret, et sub uerbo decidit. probauit omen exilium, quod insecutum est.

1 militensis ‖ oblatos *cod.*, sublatos *praefert Gertz** ‖ 6 fanum] planum ‖ 7 secundis *Kellerbauer*, suis *cod. Halm* ‖ 10 ⟨deo⟩ dederat *Gertz** ‖ 11 neque *Christ*, non quod *cod.* ‖ 14 dominationes penas ‖ 15 aree delectus] sacrilegii d *transpositis litteris Gertz** ‖ 18 tetrarchae *delend. cens. Eb hard l. c.* ‖ in iter *Mai*, inter *cod.* ‖ 19 cecinxit ‖ 23 Ve helos ‖ 24 signisti hic *cod.*, *em. Mai*, *an* signi⟨fer⟩: i *Gertz** ‖ 25 signum *nos*, signa *cod. Halm* ‖ 28 et *delend.* c *Eberhard l. c.*

Val. M. I.
5, 3 3. L. Paulo consuli forte euenit prouincia Macedonia aduersus *Per*sem regem. reuersus domum inuenit paruam filiam flentem. quaerenti causas illa respondit: 'mi pater, Macedo noster est mortuus'. hoc nomine catellus fuerat. ille in triumphi spem omen accepit.

5, 5 4. G. Marius a senatu iudicatus hostis Minturnis custodiebatur in domo Fanniae. in conspectu eius asello pabulum forte oblatum est: contempto animal ad aquarium contendit. obtinuit Marius a multitudine auxiliatrice ut ad litus deduceretur. tum parua naui *in* Africam euectus euasit arma Sullana.

5, 6 5. Pompeius uictus a Caesare Cyprum tendens Paphum uenit ammiratusque aedificium in litore interrogauit quod esset. gubernator ait *Κατωβασίλεια* dici. saeuum omen statim stristi uultu prodidit et effugit locum.

5, 8 6. C. Cassium Rhodum spoliantem incolae rogabant ut deorum simulacris abstineret. ille ait Solem se relinquere. nec mora: *in* Macedonia uictus periit.

5, 9 7. A Petilio consule obpugnabatur in Liguria ciuitas Letum nomine. adhortans militem ait consul 'Letum hodie capiam', moxque occisus est.

VII. DE PRODIGIIS.

6, 1 1. Seruio Tullio in Tarquinii Prisci regia dormienti caput ardere uisum est: quod prodigium cum Tanaquil uxor regis audisset, puerum inter liberos educauit. denique idem Romae rex fuit gradu sexto.

6, 2 2. L. Marcius post interitum Pub. et Gnaei Scipionum perturbatum exercitum ducis alloquebatur officio.

2 Persem] sē ‖ inueniat ‖ 3 causam *Eberhard p. 94* ‖ 4 Macedo n̄r (= noster) *Eberhard l. c. et Gertz**, macedonis *cod.*, Macedo nobis *Novak Listy XI 7* ‖ 8 quo contempto *Mai*, *an* eo contempto? *Halm* ‖ ad aquarium *probabiliter Gertz**, adaquatur *cod.*, ad aquam *Mai*, adaquatum *Halm* ‖ 10 tum] tus ‖ in *add. Gertz** ‖ 11 peruectus *Eberhard p. 95* ‖ sillana ‖ 14 quid esset *cod.*, quod ⟨ei nomen⟩ esset *e Val. Gertz** ‖ caubasilea ‖ 15 seuum *cod.*, scaeuum *Mai; at uide p. 597, 19* ‖ 17 C. *Gertz**, L. *cod. Halm* ‖ 18 solum ‖ 19 mora macedonia ‖ 20 pecilio ‖ 21 lerum

† ait capite apex flammae summo emicuit. postea cecidit hostium milia xxxvii plurimosque cepit. dehinc Punicis castris potitus est. Val.M.I.

3. Scipio, ut in Africanam terram descendit, cecidit. hoc factum pauente exercitu exclamauit 'teneo te, terra Africa', et uicit. om. Val.

4. Sulla contra Samnites gerens bellum inter sacrificandum ad sinistram serpentem uidit. mox adhortante Postumio aruspice produxit exercitum et uicit. 6, 4

5. Bos locuta Romae est C. Volumnio et Seruio Sulpicio conss. carnes etiam caelo lapsae sunt, quarum pars ab auibus intercepta est, pars incorrupta diu iacuit. quo anno grauia fuere bella. 6, 5

6. Item sequenti tumultu infans sex mensium in boario foro triumphum clamauit † quieuitque. tum infans alter natus est capite elephantino. imbre saxatili Picena regio uerberata. in Gallia eisdem temporibus lupus e uagina gladium sustulit uigili. tunc et sanguinem duo scuta in Sardinia sudarunt. apud Antium quoque messores sanguinolentis spicis impleuere corbes et pluuiae deciderunt cruentae. Gnaei Domitii bos bello Punico secundo sonuit: 'caue tibi, Roma'. 6, 5

7. G. Flaminius consul sine auspiciis creatus conflicturusque cum Annibale ad lacum Trasimenum cum equo suo cecidit. et cum post hoc omen rapi signa iussisset, conuelli nequaquam potuerunt. denique effodere ea imperauit. eo proelio caesa sunt Romanorum m. xv, capta sex, reliqui fugerunt m. x. ipse consul occisus est. quem cum Annibal humari iussisset, non repererunt. 6, 6

8. Mancinus consul ad Hispaniam directus est bellum contra Numantinos acturus. cum Lauinii sacrifica- 6, 7

1 ait] cuius *Mai*, et (*nisi malis* et e) *Halm*, subito *Eberh. l. c.*, tum *Gertz** ‖ summus *cod. Halm, em. Gertz** ‖ 2 milia] .N̄. ‖ 3 pontus est ‖ 7 contraria samtus ‖ 8 mox] m̄ ‖ 9 posthomo aruspici ‖ 10 C. *nos*, L. *cod. Halm* ‖ 15 clamamauit ‖ quieuitque] *id nec Liu. habet nec Val*, *quid sibi uelit non intellego* ‖ 19 sardina ‖ 20 sanguinulentis *cod. Halm* ‖ coruies ‖ 21 Claei domni ‖ 22 punicio ‖ romo ‖ 26 effoderent *Eberhard l. c.* ‖ 27 caesa *Mai e Val.*, fusa *cod.* ‖ m. *Halm*, milia *Mai*, .n. *cod.* ‖ 28 fugierunt .N̄. x

Val. M. I. turus esset, emisit cauea pullarius pullos, qui in siluam euolauerunt nec reperti sunt diu multumque quaesiti. nauigaturus idem e portu Herculis sine auctore uocis audiuit 'Mancine, mane'. cumque scapham conscendisset, immensum anguem illic exhorruit. tribus prodigiis nuntiata sunt infelicia tria: pugna, foedus, deditio.

6, 8 9. Ti. Gracchus, ciuis optimus, cum consul rem diuinam in Lucanis faceret bello Punico, gemini serpentes allapsi sunt caesaeque hostiae iecur comederunt. refugit turba territa sacrificium. quod cum rursus repetitum esset, idem accidit. tertio quoque, cum diligentissime hostia seruaretur et serpentum prohiberetur incursus, arceri non potuerunt quin idem facerent. postea consul quamuis uir cautissimus a Flauio hospite inductus in insidias est atque ita praeuentus dolo, ut inermis ad eum locum ueniret, in quo latebat Poenus Mago, et ab eo occisus est.

6, 9 10. Marcellus Syracusarum uictor et fugator Hannibalis *a* Nolae moenibus, cum sollemne sacrum faceret, primae hostiae iecur sine capite habuit, secundae duplici capite. aruspici displicuit post prima tristia sequentia nimis laeta esse. itaque Marcellus, cum exploratum noctu processisset, in Bruttiis a Poenis interemptus est.

6, 10 11. Octauius collega Cinnae uidit Apollinis caput e statua cecidisse, quod caput euelli terra omnino non potuit. nec longum: cum Cinna dissidens [a] collega periit. caput statuae post Octaui poenam leuatum est.

6, 11 12. Crassus triumuir dimicaturus Carris cum gente *Per*sarum pullum accepit paludamentum, cum moris

4 cumque ⟨Genuę⟩ scaph. *Gertz* e Val., et sane sic uel* cum Genuę *scribend.* ‖ 5 *an* illico? *Gertz** ‖ 7 Titus ‖ 9 seseque ‖ 10 refugiat ‖ repertitum est ‖ 14 cautissim: et flauo ‖ 19 a Nolae moenibus *Gertz**, eo lemenibus *habet post* sacrum *cod.* ‖ sacrum] sac *et s. l. add.* m ‖ 21 sequente aninus ‖ 22 itaque] *an addend.* monitus? *Gertz** ‖ 27 nec longum cum [Cinna] dissidens a coll. *Halm*, *cui* Cinna *glossa uidetur,* a (*ante* collega) *del. Mai, quem secutus mutata distinctione locum emendaui. cf.* nec mora: *p. 598, 19* ‖ 29 Charris *cod. Halm* ‖ 30 Persarum *Mai Halm,* sarum *cod.*

Val. M. I. fuerit candidum offerri siue purpureum. una etiam aquilarum uix potuit euelli. in proelium prodeuntibus et altera aquila, cum ferretur, retrorsum uersa est. mox innumerae Romanorum cecidere legiones, in conspectu patris filius periit, Crassus ipse iacuit inhumatus et ludibriis patuit.

6, 12 13. Cn. Pompeio mouenti signa Dyrrhachio fulmina aduersa occurrerunt, apes quoque obsederunt uexilla, quo uiso subitus maeror confudit exercitum, fugerunt hostiae, in templis simulacra conuersa sunt, alia fleuerunt, alia sudauerunt. tantus uero in aëre armorum strepitus fuit, ut Antiochiae quasi ad aduentum hostium in muros concurreretur. sub statua Caesaris eisdem temporibus Trallibus in aede Victoriae procera palma nata est, ac mox Pharsalica est nuntiata uictoria.

6, 13 14. Antequam Caesar occideretur in curia, ante dies paucos boue ex more mactata cor in extis non est repertum. quod cum Spurinna pronuntiasset ad uitae periculum pertinere, ait Caesar constantiae memor, 'miraris, si cor bos non habet?' sed mox ei uitae finis fuit.

6, E. 1 15. Xerxi regi Persarum equa leporem peperit in castris. quo prodigio pronuntiatum est milites eius pauore fugituros. † omen secutum est: nam diu uictor miser recessit.

6, E. 1 16. Idem Xerxes cum Lacedaemonem uellet inuadere, inter conuiuandum accipiens uinum patera excepit sanguinem: hoc iterum ac tertio. tunc magi monuerunt ut ab incepta intentione desisteret.

6, E. 2 17. Midae regi futuro, cum paruus esset, formicae grana frumenti in os ingesserunt. ditissimus omnium fuit.

2 et *nos et Gertz**, est *cod.*, *om. Mai Halm* ‖ 8 obsidere (*uel, ut opinor*, obsideř =runt) *cod.*, obsedere *Mai Gertz** ‖ 14 arallibus ‖ 15 enata *Halm* ‖ Farsalica ‖ 17 *an* mactato? *Halm* ‖ estis ‖ 23 praenuntiatum *recte, ut uid.*, *Mai* ‖ 24 ⟨res⟩ omen secuta *probabiliter Gertz**, omen ⟨euentum⟩ secutum *e coniect. Christii Halm*, omen secutum est *pro* incidit *dictum putat Eberhard l. c. p. 96*

Val. M. I.

VIII. DE SOMNIIS.

7, 1 1. Octauianus Augustus aeger in castris Pharsalicis erat. cumque apud Philippos luce uentura certaturae ciuili inter *se* bello Romanae manus essent, Minerua in somnis uisa medico eius Artorio iussit † ne eo bello Augusto opus esset. ad quod proelium cum lectica latus esset, intento eo in aduentum uictoriae Brutus castra eius cepit.

7, 2 2. Calpurnia uxor Iulii Caesaris uidit in somnis maritum suum confossum uulneribus in sinu suo iacere. orauit Caesarem ne eo mane abiret in senatum. sed ille auspiciorum saepe neglegens contempsit somnium, sed exitu probauit.

7, 3 3. P. Decius Mus et *T.* Mallius Torquatus consules bello Latino somniarunt diis Manibus Terraeque matri alterius partis ducem, alterius exercitum deberi. cum consulum somnia conuenirent, consulti dii sunt. idem ex auspicio responsum est. *conuenit* inter eosdem duces, ut is se morti offerret, cuius cornu et acies prius cedere coepisset in proelio. Decium gloriosa fata rapuerunt, quamuis et Torquatus mori pro patria praeoptasset.

7, 5 4. Ciceroni exuli, cum quiesceret in uilla campi Atinatis, in somnis occurrit imago G. Marii cum insignibus consulatus, uisusque eum lictori tradere, qui in

2 farsalicis *cod. Halm, delend. cens. Eberhard et Gertz*, dubito an Nep., qua erat ignorantia notissimarum rerum, eosdem putauerit Pharsalicos et Philippios campos. ceterum similem aliorum errorem notarunt interpr. ad Verg. Georg. I 489* ‖ 3 certaturae ciuili inter ⟨se⟩ bello *Eberhard l. c.*, cert. ciuile inter bellum *cod. et add.* se *post* inter *Halm*, c̄serturae (= cons.) ciuile inter se bellum *Gertz** ‖ 5 ne eo bello Augusto opus esset *cod. Mai*, in eo bello Augusto opus esse *Halm e coni. Christii*, ne eo bello Augustus abesset *Gertz**, ne eo bello Augustus procul esset *recte, ut uid., Eberhard l. c.* ‖ 7 esset *Gertz**, est: sed *cod. Halm* ‖ intencio ‖ 12 *an* contempsit. Somnium se exitu? *Gertz*, malim* sed exitus probauit ‖ 14 T. *suppl. Gertz** ‖ Manlius *Halm* ‖ 16 alterius partis ducem *om. Mai* ‖ 18 conuenit *om. cod., add. Halm e Val., mauult* pactum est *supplere Gertz** ‖ 19 ut ipse ‖ 20 facta *cod. Mai* ‖ 21 more ‖ 22 altinatis

monumentum Marianum deduceret, praemissa uoce illic Val. M. I.
spem ei meliorem fore. deinceps in templo Iouis a Mario exstructo de reditu Ciceronis senatus decreuit.

5. Cassius Parmensis percusso Antonio uidit in 7, 7
somnio hominem praegrandem, concretum coma et barba. rogauit quis esset. respondit se esse Orcum. inclamauit pueros quaesiuitque ecquem talem uidissent. negantibus indormiuit. occurrit iterum species. accenso dehinc lumine uigilatum est. paucis post diebus iussu Caesaris punitus est.

6. Hannibal somniauit iuuenem humana forma augu- 7, E. 1
stiorem, qui se hortaretur in excidium Italiae, auctore Ioue *se* secutum. deinde post tergum respiciens intueri sibi uisus est serpentem uastum cuncta populantem, audire etiam caeli fragorem, nec non et nimbos cum maligna luce uisere. interrogauit iuuenem praeeuntem quis subsequatur. ille ad haec 'uides' inquit, 'uides excidium Italiae: tace et cetera permitte fatis'.

7. Alexander Magnus quiescens se interfici Cassan- 7, E. 2
dri dextera uidit. eodem ipso postea insidias ordinante bibit uenenum.

8. Simonides poeta graecus ad litus appulit et nau- 7, E. 3
fragum illic cadauer repertum sepeliuit. dehinc quiescens ammonitus est ab umbra sepulti ne die postero nauigaret. quicumque soluerunt, in conspectu eius summersi sunt. Simonides somnium uersibus cum laude celebrauit.

9. Cum Persarum regi uisum esset per quietem quod 7, E. 4
Atys filius suus pulcherrimus fortissimusque ferro inter-

5 somno *Mai* ‖ 7 hecquem talem uidisset ‖ 10 Caesaris capite punitus *Mai et Eberhard p. 97* ‖ 13 Ioue ⟨se⟩ secutum *Gertz p. 298*, Ioue secuturum *cod. Halm*, Ioue sequeretur eum *Eberhard l. c.* ‖ 14 serpentum ‖ 17 quis *Halm*, qui *cod.*, quid *Mai* ‖ *alterum* uides *a scriba falso repetitum putat Gertz** ‖ 19 magni *cod.*, *fort.* Magni f. *Halm, em. Gertz* docens persaepe* i *et* us *in eo cod. permutari* ‖ quiescentem *cod. Halm, em. Gertz l. c.* ‖ 26 uersibus summa laude *Eberhard l. c.* ‖ 28 Cum persarum regi *cod.*, Croeso regi *Mai*, *Croesum cum Chosroë a Nepotiano confusum putat Gertz** ‖ esset *Halm*, est *cod. Mai* ‖ 29 atis ‖ pulcherrimi fortissimique

Val. M. I ficeretur, iuuenem bellis abstinuit, armamentarium adire non siuit, remouit armigeros. sed circa Olympum aper nimius coepit cuncta uastare et rusticos sternere. orauit filius ut ad interficiendam beluam mitteretur. optinuit. sed lancea, qua petitus aper fuerat ab eo, adolescens cui commissus fuerat, occisus est.

7, E. 8 10. Hamilcar dux Carthaginiensium audisse sibi *in* somnio uisus est quod Syracusis, quas obsidebat, alio die cenaturus esset. pugnauit spe uictoriae et in urbem harpagonibus raptus est.

7, E. 9 11. Alcibiades somniauit pallio se opertum esse amicae suae. interfectus eo opertus est.

VIIII. DE MIRACVLIS.

8, 1 1. Aulus Postumius dictator contra Mamilium ducem Tusculanorum cum diu pugnaret ad lacum Regillum, Castor et Pollux inter Romanos uisi sunt pugnantes.

8, 1 2. P. Vatienus ad urbem Romam nocte uadens uidit iuuenes albis equis sedentes, qui iusserunt ut die sequenti senatui nuntiaret Persen regem Macedonum a Paulo esse captum. Vatienus quidem libens laeta executus est, sed iussu senatus missus in carcerem est tamquam incertorum locutor. mox litteris Pauli de die uictoriaque certa res patuit. Vatienus solutus custodia agrum dono accepit. et Vatieno idem gemini uisi ad lacum Iuturnae sudorem suum equorumque abluentes.

8, 2 3. Roma laborans pestilentia per triennium libros

2 siuit *Mai*, sunt *cod.* || 5 qua *Mai*, e qua *cod.* || 7 in *om.* || 8 somno *Mai*, somio *cod.* || 10 arpaconibus *cod.*, *hoc unde ortum sit ut explicet, coni.* Gertz* *Nepotianum in Valerii exemplo legisse* uncis pertraxerunt *pro* uinctū pertr. || 11 esse Gertz*, et *cod. Halm* || 12 interfectus eo Gertz*, *qui mendum codicis* tecto interea *uidit ortum esse e scriptura* inter eo *addito s. l.* fect', et amicae suae lecto interea opertus *Halm e coniect. Christii*, et am. suae texto interfectus op. *Eberhard l. c.* || 14 posthumus || 18 uacienus *et sic semper infra. u. ad p. 41, 7* || uadens] *addend. cens.* duos Gertz*, *recte, ut uid.* || 21 quidam || *an* laeta <mandata>? Gertz* || 25 uatieno *cod.*, antea Gertz* || uisi] *addend. cens.* sunt Gertz*

consuluit sibyllinos, quibus iubebatur ut ab Epidauro Val. M. I.
Aesculapius exhiberetur. missi legati sunt ad Graecam urbem, quos libenter Epidaurii atque humaniter susceperunt. ibidem se legatis serpens ostendit raro ab incolis *nec* nisi feliciter uisus. cumque per triduum familiariter apparuisset, cunctis inspectantibus subiit in triremem Romanam et in tabernaculo legati Quinti Ogulni collecto quieuit orbe. profecti Romam sunt: anguis in naui semper apparuit. Antium uentum est: descendit serpens ad limen templi Aesculapii et triduo inter myrtos latuit nec ad solitos cibos processit. dehinc rediit ad nauem, cumque uentum esset ad Tiberim, enatauit *in* insulam, in qua illi templum est constitutum, et mox sanitas Romanis data.

4. Furius Camillus Veios cepit iussitque statuam 8, 3
Iunonis Monetae transferri. unus e militibus per iocum interrogauit simulacrum num uellet ire Romam. respondit 'uolo'.

5. Tum cum Coriolanum mater ab urbis Romae 8, 4
reuocauit excidio, ad quartum lapidem uia Latina Fortunae effigies bis locuta est his uerbis: 'rite me, matronae, dedistis, rite me dicastis'.

6. Valerius Publicola consul primus cum expulso 8, 5
urbe Tarquinio contra Etruscos Veientesque pugnaret, e proximo luco audita uox est: 'uno plus Etrusci cadent, Romanus uictor abibit'. utrumque uerum fuit.

7. Gaius Fabricius Luscinus consul et imperator 8, 6
praecipuus Thurinis auxilio erat contra Brittios Lucanosque. id cum militibus Romanis arduum uideretur, ut contra duas gentes ualidas congrederentur, apparuit subito iuuenis ignotus, ad uirtutem Romanos exercitus

5 nec *add. Gertz p. 298* ‖ 8 Ogulni] burgoni ‖ collectus *Halm* ‖ quieuit orbe. profecti *recte Gertz**, quieuit. urbe prof. *cod. Halm*, quieuit. inde prof. *Christ* ‖ romani ‖ 10 tripio ‖ 11 nec — processit *om. Mai* ‖ 13 enatauit insulam ‖ 15 carailllus uelos ‖ 16 per locum ‖ 17 num] cum ‖ 19 cornuolanum ‖ 21 rite me] rite ‖ 22 dicarunt *cod.*, dicauistis *Halm* ‖ 24 terquinio ‖ *fort.* e Tuscis *Halm* ‖ 25 caderent ‖ 27 luscinius ‖ et *om. Mai* ‖ 28 thuruus ‖ bricios *cod.*, Brittios *alibi quoq. scribi monuit Gertz**. *cf. Forcell.*, Bruttios *Halm*

Val. M I. acuens et, cum tardiores forte sentiret, scalas gerens per aduersas acies *iuit* hostium accenditque Romanos pulchrae uirtutis hortatu. denique eo proelio a Romanis caesa sunt milia xx, capta milia v cum signis *uiginti* tribus et duce Statio Statilio. mane altero consul Fabricius pronuntiauit ei se uallarem coronam daturum, qui in castrum primus irruperat. cum petere praemium nullus auderet, honos et manubiae Marti a cunctis militibus deuota supplicatione delatae.

8, 7 8. Deos penates Aeneae *f.* Ascanius Lauinio Albam transtulerat. simulacra Lauinium sponte rediere. rursus traducta Albam repetiuere antiquiora delubra.

8, 8 9. C. Cassium, percussorem auunculi sui G. Iulii Caesaris, Octauianus Augustus bello est persecutus. itaque, cum ad Philippos pugnaretur, Cassio uisum est quod purpuratum Iulium Caesarem equo incitato in se irruentem uideret, et gemens exclamauit: 'cedamus, quando nec occidisse prodest'.

8, 9 10. L. Lentulus in Aegyptio litore forte conspexit fragmentis scaphae humanum corpus exuri et militibus ait: 'qui scimus an Pompei rogus sit?' ignorans rem locutus est.

8, 11 11. Cum sacrarium Saliorum crematum esset, solus Romuli lituus integer repertus est. exusta similiter aede Fortunae Serui Tulli statua illaesa inuenta est aliis concrematis.

8, 11 12. Statua Quintae Claudiae uirginis Vestae in area deum Matris geminum euasit incendium, eius uidelicet, quae inhaerentem in uado Tiberis nauem † uita dum-

2 iuit *Gertz**, in *cod., om. Halm*, in castra *Eberhard l. c. p.97* ‖ 4 milia] N̄ *bis cod.*, m. *Halm* ‖ uiginti *add. Gertz* e Val., om. cod. Halm* ‖ 5 tato tellio ‖ altero *coni. Halm*, alio *cod.* 6 Fabricius *Mai*, Fabius (*typogr. errore, ut uid.*) *Halm* ‖ 7 *an* in castra? *Halm* ‖ primus] priua ‖ 8 audiret ‖ 10 f. *add. Gertz*, om. cod. Halm* ‖ lauio ‖ Albam *om. Mai* ‖ 11 lauium ‖ 12 *scribend. uid.* repetiuer̄ (= runt) ‖ 13 C. *Gertz* e Val.*, L. *cod. Halm* ‖ 14 itaque] *an* in quo *Gertz** ‖ 17 tremens *Kellerbauer* ‖ 25 alis ‖ 29 uita dumtaxat *cod.*, uitta dumtaxat ⟨extraxit⟩ (⟨mouit⟩ *Mai*) *Halm*, uitta tantum traxit *Novak*, una detraxit *Gertz, qui* uitta *ferri posse negat, quia statim*

taxat: nam cum rea haberetur incesti, ligauit proram Val. M. I.
zonula et ait, 'si uirgo sum, sequere', moxque nauis mota ingressaque Romam et cum simulacro Matris deum, quod a Pessinunte motum naui aduehebatur.

13. L. Lamia uir praetorius mortuus rogoque im- 8, 12
positus exclamauit, sed accensa extingui flamma non potuit.

14. Pheretem Pamphylium uirum Plato scribit in 8, E. 1
acie cecidisse et post decem dies collectum biduo iacuisse. dehinc in rogo recepisse uitam plurimaque locutum, quae uidisset in morte.

15. Athenis quidam uir longe doctissimus ictus 8, E. 2
lapide omnes sensus retinuit, oblitus est litterarum. durum homini praesertim Atheniensi damnum.

16. Nausimenis Atheniensis uxor in incestu depre- 8, E. 3
hendit filiam filiumque permixtos. muta exin perpetuo fuit.

17. E contrario Echecles Samius athleta, cum ui- 8, E. 4
cisset nec praemium ei daretur, antea mutus indignatione locutus est.

18. Gorgias, apud Epirotas longe primus, in feretro 8, E. 5
matris natus est: nam dum mulieris cadauer effertur, subito uagitus auditus est.

19. Pheraeo Iasoni uomica uitae periculum saepe 8, E. 6
faciebat. hunc quidam gladio ex insidiis percussit et uulnere rupit uomicam sanauitque occisuri uoluntate.

20. Simonides cenabat apud Scopam in Thessaliae 8, E. 7
oppido Cranone. duo iuuenes ingressi specie decora exegere Simonidem ut prodiret. egresso eo triclinium concidit conuiuasque obruit. cumque discerni ad se-

zonula nauem mouisse dicatur. ceterum de ipsa re a Val. non commemorata cf. interpr. ad Suet. Tib. 2

3 et] *an* est? ‖ 4 motum *fort. ortum e* mota in (*l. 3*) *del. Gertz** ‖ 5 lammia ‖ 6 exclamauit] *addend.* uiuere se, *uel, ut mauult Gertz**, se uiuere ‖ 7 Pheretem] *decepti sunt Nep. et Par. antiquissimo codicum Val. mendo. u. ad p. 51, 5* ‖ pamphili *cod.*, *em. Gertz**, Pamphilum *Halm* ‖ 8 collectum] *fort.* sublatum *cum Val. Gertz** ‖ 9 plurimâque ‖ 21 elatus est *non recte Christ* ‖ 27 exigere *cod.*, *sed scribend. uid. cum Gertzio** exeger̄ (= runt), Simonides ut prod. ‖ 29 concidit *Halm*, cecidit *cod.*

Val. M. I. pulturam corpora confusa non possent, Simonides ordinem, quo quis*que* accubuerat, dixit laudesque Pollucis et Castoris salutis suae gratia carminibus celebrauit.

8, E. 9 21. Consulenti Philippo Apollo respondit ut a quadriga caueret. rex iussit equos numquam iugari. uitauit etiam locum in Boeotia, cui Harma nomen est. sed princeps uel rex Bithyniae Pausanias, qui eum uicit, in uagina gladii, [cum] quo Philippus occisus est, caelatam quadrigam habuit.

8, E. 10 22. Calanus Indus uictus ab Alexandro Macedone cum rogo se imposuisset, irridenter ab hoste uictore interrogatus est ecquid uellet aut mandaret. respondit ei Indus: 'cito te uidebo'. nec diu Alexander superstes fuit.

8, E. 12 23. Pausanias, filius Prusiae Bithyni regis, pro superioribus dentibus unum os continuum pertinens habuit, nec loquenti obstitit nouitas.

om. Val. 24. Pyrrhi regis Epirotarum pollex e dextro pede remedio erat, si cuius renes tumentes eo tetigisset. idem Pyrrhus, cum ab Antigono uictore iussus esset exuri, sic arsit, ut idem pollex igni inueniretur intactus. qui digitus aureo *lo*culo inclusus est et in antiquissimo templo Dodonaei Iouis conditus. † praedictus Pyrrhus et Pausanias unum os pro dentibus habuerunt, sed distinctum ad dentium similitudinem.

1 contusa *recte, ut uid., Eberhard l. c. p. 98* ‖ 2 quo quis *cod., em. Halm* ‖ 4 quadrigua ‖ 6 boecia cui arma ‖ 7 princeps uel rex Bith.] *haec e § 23 (l. 15) inepte ascita a Nepotiano decepto scriptura codicum Valerii* Prausias (*u. p.54,15*) *et pro eo Pausaniam substituente haud male suspicatur Eberhard* ‖ uel rex *glossa uid. Halmio* ‖ pausianus ‖ uiciat *cod., em. Mai, sed hanc uictoriam ut multa alia in hoc exemplo stulte ipse sibi finxit Nep.* ‖ 8 uagina] capulo *Val.* ‖ cum *cod. Halm*, eius *Eberhard, delend. cens. Gertz** ‖ 12 mandasset ‖ 15 pausianus *cod.*, Prusias *Mai* ‖ 18 Pyrrhi] *quae seqq. desumpta sunt e Plin. n. h. VII 2, 20, om. Val.* ‖ 19 si cui *Mai* ‖ 22 aureoculo *cod., em. Mai e Plin. l. c.* ‖ 23 praedictus Pyrrhus ut Pausanias *recte, ut uid., et postea* habuit, sed dist. *Eberhard l. c. p. 99*, Pyrrhus ut praedictus Pausanias *et postea* habuit, uerum id dist. *Gertz** ‖ 24 pausianas *cod.*, Prusias *Mai*

Val. M. I

25. Mitridatis et Laudiciae filia Dripetina geminatis dentium ordinibus turpis fuit. quae patrem a Pompeio uictum secuta est. 8, E. 13

26. A Lilybaeo egredientes naues Clypea Africae ciuitate Strabo quidam speculans enumerabat. 8, E. 14

27. Aristomenes Messenius callidissimus aduersus Athenienses fuit. quem tandem captum aperuerunt corque pilosum repererunt. 8, E. 15

28. Polystratus et Hippoclides et uno die nati sunt et ambo Epicurei fuerunt, communibus usi discipulis sunt et patrimoniis eodemque momento sunt mortui. 8, E. 17

29. Cretenses caprae, cum confixae sunt, herbam dictamnum comedunt et tela uisceribus eiectant. 8, E. 18

30. Caprae in Cephal*en*ia non semper aquas potant, sed per maiorem anni partem aperto ore sunt cadentesque aquas excipiunt. 8, E. 18

31. In templo Iunonis Laciniae numquam ex ara cinis uento depellitur. 8, E. 19

32. In Assyria et apud Medos ea uis interdum uento est, ut correpti equites peditesque in ducenta stadia per aërem leuentur. om. Val.

33. Non est incognitum tantae magnitudinis serpentem exercitui Atilii Reguli iuxta Bagradam Africae amnem infestum fuisse, ut pugna contra eum esset ineunda, cumque configi iaculis prae corii uastitate non posset, ballistis et saxis esse interemptum, eiusque tergum centum et uiginti pedibus extentum in ostentationem miraculi Romam missum. 8, E. 19

34. Bura et Helice urbes in Achaico litore fluctibus om. Val.

1 laudicie *cod.*, *quod retinendum esse* (=*Λαυδικία*) *docuit Gertz* coll. Pape-Benseler, Griech. Eigennamen s. u.*, Laodicae *Halm* ‖ Dripetina *Gertz* e Val.*, Tricipitina *cod. Halm* ‖ 4 clipea *cod. Halm, fort.* e Clypea *Gertz** ‖ 5 ciuitas ferabo quidam *cod.*, *em. Mai e Plin. n. h. VII 21, 85* ‖ speculantẽ numerabat ‖ 10 et communibus *recte, ut uid., Gertz** ‖ 13 diptamnum ‖ electant ‖ 17 ex ara *Kellerbauer*, extra *cod.* ‖ 19 ui ‖ 20 ut ⟨eo⟩ corr. *Gertz** ‖ 24 ineunda *nos in N. Q. p. 27 et Eberhard l. c.*, in unda *cod. Halm* ‖ 25 pro corii uast. *cod. Halm*, *em. Gertz**, propter corii uastitatem *Novak* ‖ 29 Bura] *cf. Plin. n. h. II 92, 206* ‖ in] ut

obrutae sunt terraeque motu esse desierunt, item Zmyrna, Asiae ciuitas potens.

Val. M. II. X. DE INSTITVTIS ANTIQVIS.

1, 1 1. Udinituri matrimonium ueteres, sicut in rebus cunctis, auspicia colligebant. qua consuetudine taedae auspices dicuntur, quae nuptiis adhibentur.

1, 2 2. Olim accumbentes uiri cibum capiebant uxoribus ad mensam sedentibus. hinc illa pictura, discumbens Iupiter, sedentes Iuno et Minerua.

1, 3. 4 3. Pudicitiae in tantum fautum Romae est, ut mulier post primum maritum uidua permanens publice coronaretur. sed bello ciuili Caesaris atque Pompei in tantum est populus Rom. attritus, ut poena orbis et caelibibus dictaretur. tam sancta fides matrimoniorum fuit, ut per annos [N.] CL ab urbe condita nulli Romae diuorterint. primus igitur Spurius Caruilius sterilem repudiauit notatusque est.

1, 5 4. Matrona, si in ius uocata est, pro pudicitiae reuerentia ab apparitore publico tacta non est.

1, 5 5. Matronis Romae aliquandiu uino uti non licuit in custodiam pudoris.

1, 5 6. Securi pudicitiae Romani auro et gemmis et purpura uti matronas siuerunt: neque culta enim concupiscenda sedebat aut quisquam alienum matrimonium impudice uidebat.

1, 6 7. Nulla uel certe rara iurgia inter coniuges erant, uerum si quid, ibatur in templum Viriplacae ad Palatinum montem. illic dictis quae inter ipsos erant concordes reuertebantur.

1, 7 8. Apud priscos nec gener cum socero nec puber

1 destiterunt *cod. Halm, em. Gertz** ‖ item — potens *om. Mai* ‖ 2 et myrna *cod.*, et Smyrna *Halm, em. Gertz* recte monens litt.* Z *compendio* ⁊ (= et) *permutatam esse* ‖ 14 dictaretur *Halm*, dicaretur *cod.*, diceretur *Mai* ‖ 15 N. cl. *cod.*, † MCL *Halm, numeri notam, qua Eberhard quingentos significari putat, seclusi* ‖ 16 caruillus ‖ 20 aliquando *mauult Gertz** (olim *Val.*) ‖ 23 neque enim culta ⟨ulla⟩ conc. *Gertz** ‖ 24 sedebat] *an* uidebatur? ‖ 30 puberes

cum patre filius lauit, nec in conspectu simulacrorum Val. M. II.
turpia corporis nudabantur.

9. Sollemni conuiuio tantum cognati conueniebant, 1, 8
quod charistia uocabatur. tum diis arbitris et consanguineis mediis, si qua erant iurgia, proferebantur et dicta atque aestimata deponebantur.

10. Senes olim etiam alienos iuuenes pro suis ha- 1, 9
bebant. inuicem adolescentes grandioribus quasi patribus deferebant, † oluuos prosequebantur ad curiam manebantque in obseruatione, donec reducerent.

11. Adolescentes ad conuiuium rogati quaerebant de 1, 9
conuiuis, ne forte ob reuerentiam senum habituri locos non essent. admissi ad mensam parcissime loquebantur, primique surgebant *senes*.

12. Senes in conuiuiis maiorum laudes carminibus 1, 10
celebratas *ad* tibias canebant ad incendendam exemplis iuuentutem.

13. Multis saeculis durauit ut dicta in curia in uul- 2, 1
gus non exirent. senatus autem secreto decreuerat bellum punicum tertium. hoc Q. Fabius Maximus P. Crasso quaestorio uiro narrauit, ob quod factum Maximus a consulibus tanquam proditor secreti obiurgatus est.

14. Eumenes rex Asiae senatui prodidit Persen bel- 2, 1
lum parare. quid tum rex locutus sit, quid senatus decreuerit ante Persen captum sciuit nemo.

15. Inter consulem proximumque *lictorem* nullus ad- 2, 4

4 tum] cum ‖ 6 aestimata] *addend. uid.* causa ‖ 9 deferebant *cod., quod idem ualet atque honorem habebant. cf. Du Cange sub u., expectares* honores deferebant *Halm, an* deseruiebant? *Gertz** ‖ oluuos *cod.*, obuios *non recte Mai Halm,* qui illos *uel* qui suos *coni. Gertz*, an* quos? ‖ 12 ne forte *transponend. cens. post* senum *probabiliter Christ* ‖ ob praesentiam suam senes *coni. Eberhard l. c. p. 100,* sero uenientium senum (*del. postea* non) *Novak, suspicor tamen Nep. haec uoluisse, sed peruerse enuntiasse: ne ob reuer. senum illis suis sedibus cedere deberent* ‖ 13 ammissi ‖ 14 senes *add. repetens e proximo exemplo Gertz*. cf. Val. et Par., om. cod. Halm* ‖ 16 celebrantes *Mai* ‖ ad tibias *Gertz**, tibiis *cod. Halm* ‖ 22 proditorum *cod., an* proditor ⟨patr⟩um? *Gertz** ‖ 24 sit] est ‖ 26 lictorem *add. Gertz p. 299* ‖ ammittebatur

Val. M. II mittebatur. denique Q. Fabius Maximus uir ultimae senectutis post quintum consulatum suum rogatus a filio † annixus iret ad colloquium Samnitum, noluit memor moris.

2, 4 16. Idem Fabius ad *filium* consulem legatus Suessam missus, cum *in* conspectu consulis nec equo desiluerit nec caput deoperuerit, rectius per lictorem mandante filio utrumque fecit. quod probauit pater. scilicet reputans consuli publice obsequendum fuisse, priuatim patri, Fabius ad explorandum filii constantiam non obsequebatur.

2, 6 17. Ne qua mora consiliis publicis esset, certo loco extra curiam senatus sedebat, qui locus hodie*que* senaculum dicitur. inde citabatur in curiam, non ut nunc cogebatur edictis.

2, 9 18. Remus et Romulus sub monte Palatino permissu Numitoris aui Romae fundamenta iecerunt eoque loco sacris operati sunt. tum largiore uino usi indutique caprarum pellibus, quas immolauerant, iocantes cum pastoribus .in obuios irruerunt. sacrorum morem diu equites Rom. exercuere.

2, 9 19. Q. Fabius instituit ut equites idibus Iuliis trabeati incederent.

2, 9 20. Cum P. Decius comitia in uulgi potestate posuisset, censor Fabius forense genus in quatuor ordines discripsit urbanasque tribus appellauit. hoc Maximi cognomentum meruit, quamuis bello clarus esset.

3, 1 21. Sponte se iuuentus olim militiae offerebat, ne

1 denique] itemque *Eberhard l. c.*, indeque *Gertz**. *cf. p. 619, 11* ‖ 2 a filio ⟨cos. ut eo⟩ admissus iret *Gertz** ‖ 3 sannitum ‖ 5 filium cons. *Gertz* e Val., om.* filium *cod. Halm*, cons. filium *Eberhard l. c.* ‖ 6 in *om. cod.* ‖ dissiluerit ‖ 7 *fort.* adaperuerit *Gertz*; at u. Du Cange s. u.* deoperire ‖ 8 pater, scil. *et deinde* patri: Fabius *Halm, quae rectius distinxit Gertz p. 299* ‖ 10 exemplorandum ‖ 13 hodie *cod. Halm, em. Gertz** ‖ 14 indie ‖ 20 hunc *ante* sacrorum *addend. cens. Gertz** ‖ 25 forense genus *Eberhard l. c. p. 101 et Gertz**, fore sequentes *cod.*, forensem turbam *e coni. Mai Halm, qui tamen add. an* forensem faecem? ‖ 26 descripsit *cod. Halm, em. Eberhard et Gertz**

censi capite militarent ac periculose *iis* committerentur Val. M. II.
arma qui tributa *nulla* penderent. primus G. Marius capite censos in sacramentum rogauit.

22. Fisi uirtute Romani sine artificio dimicabant. 3, 2
itaque P. Rutilio et Gn. Mallio conss. e ludo gladiatorio doctores accersiti sunt, ut inferre ictus ac declinare monstrarent, adiutaque est artificio fortitudo.

XI. DE SPECTACVLIS.

1. Messala censor primus theatrum Romae fecit. 4, 2
senatus decreuit ne sedentes ludos spectarent, siue urbani siue qui foris a mille passibus abessent, ne fortitudo mollesceret.

2. Indiscretus a senatu populus per annos DLVIII in 4, 3
spectaculis fuit. Atilius itaque Serranus et L. Scribonius aediles, cum Megalensia ederent, *separatum* senatui locum dederunt. quod prius facere conatus Scipio est, sed populum laesit nouitate praecepti.

3. Praeter circenses spectacula Romae aliquandiu 4, 4
nulla erant, sed populo pestilentia laborante in laudes deorum carmina incomp*osi*ta conscripta sunt. adiectae Etruscae saltationes eque Etruria accersitus ludius, id est princeps scenicorum, qui Histrio uocabatur, isque et motu corporis et sono uocis rudi populum delectauit. in cuius honorem istius modi artifices histriones dicti sunt. a ludio tracta est dictio ludorum.

4. Atellana scena uel comica fabula ab Oscis accita 4, 4
est, ceteris seuerior et digna grauitate romana. et cum

1 ensi ‖ 2 nulla *uel* non *suppl. Christ* ‖ 4 dimicauerant *mauult* (*propter* itaque) *Gertz** ‖ 5 p. rollo et gu mallio ‖ 11 foris a *Gertz* coll. Madu. gramm. § 234b not.*, a foris *cod.*, a portis *Kellerbauer* ‖ 13 populi qui per ‖ 15 aedilis ‖ separatum *nos*, *om. cod. Halm*, discretum *suppleuerat Gertz** ‖ 17 nouitatem praecepit *cod.*, *em. Halm*, *an* nouitate incepti? *Gertz** ‖ 18 circense *mauult Gertz**. *cf. Val.* ‖ 20 incomposita *Kellerbauer e Val.*, incompta *cod. Halm* ‖ 22 historio uocabant hisque ‖ 23 sona ‖ rudem *cod.*, *em. Halm* ‖ 24 historiones ‖ 25 ẽ dictio *Gertz**. *cf. p. 70, 1, quae uu. inepte interpretatus est Nep.*, editio *cod. Halm* ‖ 26 uel comica fabula *glossa uid. Gertzio** ‖ stabula ‖ 27 ceteris *cod.*, Graecis *Gertz**

Val. M. II. alii scenici infames sint, hi nec tribu arcebantur nec a stipendiis militaribus repellebantur.

4, 6 5. Catulus primus exemplo Campanae luxuriae uelis in theatro spectantes ab aestu defendit.

4, 6 6. Gn. Pompeius aquas induxit per quasdam semitas fistularum, ut uaporem leniret aestatis.

4, 5 7. Saeculares ludi, qui post annum centesimum ueniunt, a Valerio Publicola imperatore primum instituti et in honorem Ditis patris Proserpinaeque celebrati sunt apud eam aram, quam ipsorum numinum titulo inscriptam Valesius locuples rusticanus pro trium filiorum sibi reddita sospitate † celebrabatur inuenerat, ad quam et nigris hostiis immolabatur et lectisternia excitabantur et nocturnis ludis festa agebantur uotis publice nuncupatis pro salute Romana.

4, 6 8. Q. Claudius primus scenam pictis tabulis adornauit, G. Antonius auro, Petreius ebore. P. Lentulus Spinther exquisitum cultum uestis induxit. piget longius prosequi et tibicinum cultum ac multitudinem loqui aut canentium eneruatos modos aut etiam mimorum turpitudines. quae omnia prius in dissimulationem laboris parabantur, nunc dantur in incendium libidinis.

4, 7 9. Munus gladiatorium datum Romae est primum in honorem defunctorum, scilicet *a* fiutiliis Br Marco et Decimo Brutis consulatu Appii Claudii et Quinti Fuluii. athletas Marcus Scaurus aedilis primus induxit.

XII. DE STATVA AVRATA.

5, 1 Manius Acilius Glabrio ex uoto aedem dedicauerat ob id, quod regem Antiochum apud Thermopylas felici

1 *an* infames essent? || hi et tribu || 4 expectantes || 6 uoporem *cod.*, feruorem *Mai* || 9 dictis || 10 eū ara || 12 celebrabatur *om. Mai Halm*, consecraturus *coni. Eberhard l.c., probabilius* ⟨sacra⟩ celebraturus *Gertz** || 19 et *Halm*, ex *cod.*, *om. Mai* || cultus *cod. Halm*, *em. Mai* || a multit. *cod.*, ac mult. *Halm*, *malim* aut mult. || 20 modus || aut etiam *nos*, ut etiam *cod. Halm* || 24 a *om. cod.*, *add. Halm* || filii bruti marco et decio brutis *cod.*, *em. Halm* || 25 consulatu *Halm*, conss. tum *cod.*, *fort.* in consulatu *Gertz** || 26 athletos marcus staturus || 28 Manius] Marcus

uicisset euentu. in *ea* aede statuam *in*auratam patri po- Val. M. II. suit. nec in Italia nec Romae cuiquam prius inaurata statua fuit.

XIII. DE IVRE RELIGIONIS PVBLICATO.

Solis pontificibus ius sacrum et ciuile notum ante 5, 2 fuit. uerum Cn. Flauius scriba, natus [a] patre libertino, formulas sacras uerbis apertioribus expediuit et in notitiam populi publicauit. ob hoc *a* populo creatus est aedilis curulis. idem, cum uenisset ad collegam aegrum, refertum nobilibus cubiculum forte deprehendit. cui cum locus non daretur, sellam curulem exhiberi sibi iussit atque in ea, quae erat potestatis sella, consedit.

XIIII. DE RITV PERSONARVM CAPITI INDVCENDARVM.

Tibicines in templo Iouis quaedam ex ritu antiqui- 5, 4 tatis ludicra [et] liberiora faciebant. quae exercere prohibiti per senatus consultum, irati deinde se Tibur tum sponte propria transtulerunt. cumque sacris usuique deessent, repetiti sunt per legatos. noluerunt reuerti. quodam tempore Tiburtini ferias simulauerunt ebriosque eos plaustris Romam reuexerunt. tum secutum est ut personas sumerent uelarentque uultus pudore, quod temulenti fuerant. exinde usus personarum est consuetudo seruata.

1 ea *nos, om. cod. Halm* ‖ inauratam *nos*, auratam *cod. Halm. cf. l. 2* ‖ 5 sacrorum *cod. Halm, em. Gertz p. 299* ‖ 6 et natus *Gertz** ‖ a *cod. Halm, quod ab h. l. ante* populo *l. 8 transponend. esse docuit Eberhard l. c. p. 102* ‖ 7 aptioribus *non recte Mai* ‖ 8 a *om. cod., suppl. Mai* ‖ 11 curule exiberi ‖ 16 et *delend. cens. Gertz** ‖ 17 tiburtum *cod.*, Tibur (*sine* tum) *Mai Eberhard l. c., sed uu.* tum sponte propria *transponend. esse post* noluerunt *l. 19 coll. Liu. VIIII 30, 7 et Val. procul dubio recte cens. Gertz*, equidem dubito an* deinde *quoque transponend. sit ante* quodam tempore, *post quae addend. cens.* post *Gertz** ‖ 18 usuique <deorum> deessent *Gertz** ‖ 22 quo temulāti ‖ 23 usu

Val. M. II. XV. DE RITV DIVERSARVM GENTIVM.

om. Val. 1. Nobili cuiquam quaestum facere turpe erat Romae. apud Poenos uero turpiter lucrum facere honestum putabatur.

5, 5 2. Veteres Romani ad frugalitatem probandam pro foribus uescebantur et crebrius pulte quam pane.

6, 1 3. Spartana ciuitas aliquamdiu ciues suos adire Asiam uetuit ex metu ne luxuria imitatione consuescerent: acceperant enim † districtissimorum hominum disciplinam supra satietatem illic epulas in usu esse, uestem delicatam, unguenti odorem, quae etiam seueros emolliunt mores.

6, 1 4. Iones primi in conuiuiis unguenta coronasque sumpserunt et induxerunt secundae mensae delicatiora conuiuia et uini haustum uetustioris.

6, 1 5. Pausanias rex Lacedaemoniorum, ut primum Asiam inuisit, in eius luxuriam ac lasciuiam solutus est exercitumque praedurum indulgentius habendo corrupit.

6, 2 6. Spartani dimicaturi tibiae modulo impellebantur in bellum *et* anapaestico metro. idem rursus et coccinis tunicis utebantur in proelio, ne sanguinem eorum hostis uideret alacriorque fieret, cum se uulnus intulisse cognosceret.

om. Val. 7. Apud eosdem Spartanos pueri amicti cocco fla-

1 *titulum, quem post § 1 huius cap. habet cod., huc transposuit Halm* ‖ 2 cuiquam *Eberhard coll. p. 619, 6,* cuidam *cod. Halm,* cuique *Mai* ‖ 3 penas ‖ uero et turpiter *Gertz** ‖ 5 fragilitatem ‖ 8 ex] et ‖ luxuriam *cod., em. Halm* ‖ 9 acceperat *Mai* ‖ destrictissimae homines disciplinae *Eberhard l. c.,* destrictissima omnium hominum ⟨usi⟩ disciplina *Gertz** ‖ *fort.* disciplina *Halm* ‖ 11 unguenta, odores *Kellerbauer,* unguenta odora *Novak* ‖ 13 Paiones ‖ 14 secundae mensae] sede mesie ‖ 15 conuiuia *cod. Halm, an* cuppedia? *Gertz** ‖ 16 primum Asiam inuisit *Gertz*,* primus in asiam uidit *cod.,* primum in Asiam uenit *Mai Halm* ‖ 20 et anapaestico *Gertz* e Val. p. 75, 21,* et *om. cod. Halm* ‖ coccineis *Mai* ‖ 22 fierent ‖ 24 amicti cocco *coll. Fronton. epp. p. 12, 13 Nab. recte, ut uid., Novak, sed ipse inscite nugatur Nepot.,* et mitti cocc. *cod.,* confectis c. *Mai,* uestiti c. *Halm,* exerciti (= tii) loco *Gertz**

gris tenuissimis caedebantur hortantibus ad patientiam Val. M. II. uerberum parentibus. quorum puerorum si quis uel corpus subtraxisset uel gestu aliquo doloris sensum significasset, remouebatur ut uictus. plerumque autem usque in periculum uitae et largam sanguinis effusionem plagas perferentes quales futuri essent a prima aetate pollicebantur.

8. Vt Lacedaemonii militaribus disciplinis, ita Athe- 6, 3 nienses ciuicis officiis impense studebant. illic erat pulcrum adolescentem fortiter facere, hic bene in foro dicere siue in gymnasiis eminere.

9. Principes Atheniensium uitas omnium requirebant 6, 4. 5 et eas in conciliis publica*ba*nt, ut laus uel poena meritis apte[que] decerneretur. bonos ciues ramis duobus oliuae conexis publice coronabant, qui honos primum Pericli delatus est. apud eosdem ciues Atticos ingratus libertus in seruitutem reuocabatur.

10. Massilienses tres pariter manu mitti uetabant. 6, 7 ingratis libertis tres culpas remittebant, post quartam in seruitutis iura reuocabant.

11. Idem Massilienses scenicis ludis abstinebant, ne 6, 7 assiduitas spectaculi ueniret in morum corruptelam.

12. Idem mendicis cibum non dabant quasi pigris. 6, 7

13. Apud eosdem gladius publice erat, quo noxii 6, 7 iugulabantur.

14. Funera idem sine lacrimis prosequebantur et 6, 7 sacro die suos quisque efferebat epulis celebratis: mortem quippe in bonis aestimabant.

15. Venenum apud eosdem Massilienses confectum 6, 7

9 ciuicis *cod.*, cunctis *Mai* || 10 adolescenti *mauult Gertz** || 11 in gymnasiis *Gertz**, ingūmnosus *cod.*, ingeniosius *Mai*, ingenio suo *Halm* || 12 *an* inquirebant? *Gertz** || 13 consiliis publicant || 14 apte *Gertz**, apteque *cod. Halm*, adaeque *Novak* || 15 conexis *Eberhard l. c. p. 103 et Gertz**, innexis *cod. Halm* || bonos primum periculi *cod., em. Mai* || 17 seruitute reuocabant || 21 ne assuetudo *Gertz p. 299* || 23 pigris *Gertz l. c. et Novak, Listy X 398*, petris *cod. et cum mendi nota Halm*, periuris *Christ* || 24 gladius] clauus || publice erat *cod., quod ineptum est. an* gladius 〈adesus〉 rubigine erat? *Gertz**. *an* publice seruabatur? *cf. p. 618, 1*

Val. II. II. ex cicuta seruatum publice habebatur, ac licito reddenti in senatu causas mortis uoluntariae haurire permittebatur. quae consuetudo de Graecia in Galliam cum gente translata est: nam illic dolore aut aliquo genere acerbitatis accepto ad mortem confugiebatur. multi etiam senes et anus uitae ultimum non expectauerunt auidi melioris per mortem condicionis.

6, 9 16. Cum telo portas hospes non ingrediebatur, ne esset formidini.

om. Val. 17. Capillum rutilum sibi cocta faciebant Spartani. docebant etiam filios furari.

om. Val. 18. Elei Thebanique permisere passim ut ingenui pueri amarentur, nec inhonestum putauere eosdem corrumpi.

om. Val. 19. Lacedaemonii osculorum licentiam dedere et concubitus, uerum palliis interiectis.

om. Val. 20. Apud Romanos triennio pubes inducebatur in castra ante militiam.

6, 11 21. Cimbri et Celtiberi laeti in bello peribant, in morbo cum lamentis.

6, 11 22. Amisso duce uiuere Celtiberis illicitum uidebatur.

6. 12. 13 23. Thraces natales hominum deflent, at funera canticis celebrant. si quis uero contra morem gentis *Lyciae* luget, feminea ueste utitur, quoniam in sexu uidetur esse mollitus.

6, 14 24. Apud Indos plurimae singulis uxores sunt. defuncto uiro in iudicium uenitur a feminis, ut clareat quam impensissime amauerit. uictrix rogum laeta conscendit ceteris inuidentibus.

1 ex] et ‖ 8 Cum telo] *desiderat merito gentis significationem* (Apud eosdem Mass.) *Gertz** ‖ hostis ‖ 10 cocta *Halm*, cotta *cod.*, ceromate *Mai* ‖ 12 Elei *Mai e Cic. de rep. IIII 4*, Eraclei *cod.* ‖ permisere *et q. sqq. perfecta* putauere, dedere *orta suspicor e compendio* r̃ = runt *male reddito a Maio* ‖ 15 Lacedaemonii] *hoc quoque et proximum exemplum desumpta uidentur e Cic. de rep. l. c. cap. 4 et 3* ‖ 17 pubes — inducebatur *Novak*, pubes pubes (*sic*) — inducebantur *cod.*, puberes *Halm* ‖ 24 Lyciae *suppl. recte e Val. Gertz** ‖ 25 lugent ‖ in sexum *Gertz**, *malim* sexu (*sine* in)

Val. M. II.

25. Apud Cirtenses corporis quaestu dotem parabant iunctumque turpiter matrimonium pecuniae foeditate faciebant. 6, 15

26. Persae ante septennium liberos non uident orbitatem de immaturis timentes. 6, 16

27. Numidarum reges humile putauerunt cuiquam priuato osculum dare. [et in castris mox idem.] 6, 17

XVI. DE DISCIPLINA MILITARI.

1. Scipio Africanus Numantiam missus omnia, quae uoluptatis causa haberentur in castris, seuero mox summoueri iussit edicto. denique scortorum duo milia cum lixis e procinctu loci eius eiecta sunt, tantumque subito sub destricto duce profecit exercitus, ut Numantiam diu perniciosissimam nobis breui solo exaequaret. 7, 1

2. P. Rupilius consul in Sicilia dimicans contra fugitiuos Q. Fabium generum conuiciis publice lacessitum prouincia expulit, quia Tauromenitanam arcem † in cursu belli fugitiuorum prodidisset. 7, 3

3. Censor Fuluius Flaccus fratrem Fuluium, quod quosdam iniussu consulis sub commeatu dimisisset, senatu depulit. 7, 5

4. Postumius dictator Aulum Postumium filium, quod iniussu *suo* in hostem processerat, quamuis uictorem iussit securi percuti. 7, 6

5. Torquatus quoque consul bello Gallico ad comitia Romam discedens filio castra commisit sub praecepto 7, 6

1 quaestũ ‖ 2 auctumque *cod., em. Halm* ‖ 4 orbitat⟨is dolor⟩em *admodum probabiliter Gertz** ‖ 6 hinnile ‖ 7 et — idem *e marginali additamento (cf. lin. 10) huc irrepsisse cens. Eberhard l. c.: certe non sunt Nepotiani* ‖ mox *cod.*, mos *Halm* ‖ 8 militare ‖ 9 numatiam ‖ 11 denique] indeque (*ut p. 612, 1*) *Gertz** ‖ 12 lixis e *Mai*, lixisse *cod.* ‖ praecinctu (= *uallo*) *recte, ut uid., Gertz** ‖ 15 siciliã ‖ 16 *an* laceratum *ut pp. 193, 3; 204, 12; 223, 22; 291, 7?* ‖ 17 tauro mitanã ‖ in cursu belli fug. *plane superflua esse post initium huius § et expectari potius* incuria sua prodidisset *recte animaduertit Gertz**, *an* incuria belli fugitiuis prodidisset*?* incursu [belli] fugitiuorum *Novak* ‖ 18 fugitiuarum ‖ 23 suo *add. Kellerbauer* ‖ 24 percliti ‖ 26 Romam *nos*, romana *cod. Halm* ‖ discedens *Mai*, descendens *cod. Halm*, *qui tamen add. an* decedens?

Val. M. II. tali, ne eo absente pugnaret. adolescens tamen prouocatus erupit et uicit. regressus Mallius pro uictoria filium in contione laudauit, sed morte eius militarem tenuit disciplinam: securi enim est percussus adolescens.

7, 7 6. L. Minucius consul missus est contra Aequos et Faliscos, cumque eius castra coepissent ab hostibus obsideri, L. Quintius Cincinnatus in auxilium missus hostes subiugauit et consulem magistratu depulit, quod castris se, non armis defendisset.

7, 12 7. Africanus Scipio deuicta Carthagine Romanos transfugas crucibus affixit, Latinos securi percussit.

7, 13 8. Posterior Africanus desertores de auxiliis sociorum in spectaculo bestiis obiecit.

7, 14 9. L. Paulus eos, qui pugnantem se contra Persen deseruerant, subdidit elephantis, ut eorum pedibus tererentur.

7, 15 10. Rex Pyrrhus, cum plurimos ex Romanis sub Tarento cepisset, ultro remisit. senatus decreuit ut qui equites fuerant pedites militarent, qui pedites funditores fierent. insuper adiectum ne intra castra essent neue uel *fossa uel* uallo uterentur, ne*ue e* pellibus tentoria haberent: isque miles ad tentoria rediret, qui ex hoste duo spolia retulisset. haec eos poena fortissimos fecit.

7, 15 11. Eos, qui cannensi clade deseruerant socios, omni ignominia senatus adfici iussit.

7, 15 12. Q. Petilius cons. aduersus Ligures pugnans cessante exercitu interemptus est. decreuit senatus ut legio, quae se pro imperatore morti non obiecisset, annonae stipendio careret *et* aes solitum non acciperet, ut ignominia adfectos seruatae inhoneste uitae pigeret.

7, E. 1 13. Apud Carthaginienses imperator, si malo usus consilio fuisset in bello, quam*uis* uictor cruci figebatur.

2 Manlius *Halm* ‖ 5 L. mininius ‖ 7 quintus cincinatus *cod., fort. addend.* dictator *Gertz** ‖ 11 afrixit ‖ 14 pugnantem *Mai*, pugnante *cod. Halm* ‖ 15 *fort.* pedib; obtererentur *Gertz** ‖ 21 fossa uel *suppl. e Val. Gertz*, om. cod. Halm* ‖ ne pellibus *cod., em. Halm* ‖ 22 redirent qui in hoste ‖ 25 affixi ‖ 28 annonae] *cf. Eberhard l. c. p. 104* ‖ 29 et *add. Eberhard, om. cod. Halm* ‖ 31 male *cod., em. Kellerbauer* ‖ 32 quam uictor *cod., em. Mai*

Val. M. II.

14. Clearchus dux Lacedaemoniorum dicebat a milite potius imperatorem timeri quam hostem debere. [7, E. 2]

15. Lacedaemoniorum matres procedentibus in bellum filiis dicebant, ut aut uictores redirent aut occisi *in* scutis referrentur. [7, E. 2]

XVII. DE IVRE TRIVMPHANDI.

1. Lege cautum fuit ne quis triumpharet, nisi hostium milia v una acie strauisset. [8, 1]

2. G. Fuluius Flaccus, cum rem bene gessisset, delatum a senatu triumphum spreuit. [8, 3]

3. Q. Fuluius et L. Opimius, unus Capua recepta, alter uictis Fregellanis, contra triumphandi ius petitum triumphum non tenuerunt, non quod strenui non fuerint, sed pronuntiatum est his triumphum deberi, qui imperium p. R. auxissent, non qui recuperassent quae fuissent rei publicae. [8, 4]

4. Belli ciuilis uictor neque imperatoris nomen meruit neque triumphauit neque diis gratias egit: quamuis enim imperatoribus, ciuium tamen uictoribus inuiti fauerunt. [8, 7]

XVIII. DE CENSORIA NOTA.

Post cannensem cladem M. Marcellus quaestor multique equites Romani dignitate deiecti et in aerarios relati sunt a M. Atilio Regulo et L. Furio Philo censoribus ob id, quod iurauerant se Italia abituros. [9, 8]

2 potius *e Val. Gertz**, plus *cod. Halm* || 5 in *add. Halm* || 8 milia] .N. || 11 unus] Imus (= primus) *Gertz**, fuluius unus *cod.* || 12 alter] *add.* idẽ (= id est) opimius *cod.*, *quae manifesta additamenta e margine inter ipsa uerba intrusa del. Mai* || contra petitum triumphum triumphandi ius *cod. Halm, quae recte transposuit Gertz** || 13 non — fuerint *om. Mai* || 19 imperatoribus] *add.* praeclaris *Gertz**, *an addend.* excellentibus? || inuiti fauerunt *idem ualere putat quod* fauere noluerunt *Gertz**, minus fau. *Mai* || 22 M. Metellus *est ap. Val.* || 23 delecti *cod.*, *em. Du Rieu* || in *cod.*, inter *Gertz**; *at u. Cic. Cluent. 43, 122* || 24 pilo || 25 iurauerã

Val. M. II. XVIIII. DE VENERATIONE.

10, 2 1. Superioris Africani filium captum rex Antiochus et liberaliter habuit et maturissime ad patrem remisit, a quo finibus pellebatur.

10, 2 2. Idem Africanus priuatus in Liternino rure degebat. subito aduertit ad uillam uenientium multitudinem piratarum. tecta per domesticos iussit armari. quod cum duces piratarum aduertissent, remotis sociis abiectisque armis orare coeperunt ne quid in eos aspere facerent aut ne ab his timerent: uenisse, ut liceret his frui conspectu tanti uiri. quod cum Scipio audisset, patefieri ianuam introuocarique eos iubet. tum piratae tamquam templi postibus adoratis ingressi sunt et amplexi dexteram Scipionis osculis coluerunt ac reliquere dona tamquam deo dicata et laeti hac beatitudine suam classem conscenderunt.

Val. M. III. XX. DE INDOLE PVERILI.

1, 2 1. Idem Cato, cum proscriptorum ciuium capita in atrio Sullae uideret, interrogauit Sarpedonem suum paedagogum cur tam cruentum tyrannum nullus occideret. respondit deesse uolentibus facultatem. dari sibi Cato ferrum a proprio pedisequo poposcit, eo quod timeri ad haec audenda non posset. postea paedagogus numquam intromisit Catonem, quin prius sinum eius perscrutaretur.

1, 3 2. Faustus filius Sullae in schola degens patrem proscribentem aperta saepe uoce laudabat dicens idem se facturum, cum potitus rerum fuisset. audit G. Cassius condiscipulum et colapho ferit. o manum iam tyrannicidam!

5 litĩno ‖ egebat *cod.*, agebat *Mai*, *em. Halm* ‖ 7 *an* ⟨et⟩ tecta? ‖ 8 cuq; duces ‖ 9 ceperunt ne quod ‖ 10 aut ab his (*del.* ne) timerent (*sc. aspere factum*) *Gertz** ‖ 13 templo *Gertz** ‖ 15 hac *Du Rieu*, ac *cod.* ‖ 18 Idem] *om. Mai*, *intercidisse uid. Halmio exemplum*, *quod ap. Val. praecedit*, *nescio an recte* ‖ 24 qui prius ‖ 28 cum pontus,

Val. M. III.

3. Aemilius Lepidus uix pubes in acie hostem strauit, tum cum res militaris sola laudi erat, et ciuem protexit. ob quae merita ex senatus consulto statua eius posita est in Capitolio cum bulla atque praetexta. 1, 1

XXI. DE FORTITVDINE.

1. Horatius Cocles, cum Etrusci in urbem Romam insistenter irruerent per pontem sublicium Tiberis, in pontis fronte hosti obstitit solus, donec quod pone erat dirueretur. denique soluta compage per ciues, ubi accepit fragorem, cum armis se in Tiberim dedit ac pariter et hostium uictor et fluminis superiecta Etruscorum tela uitauit. 2, 1

2. Cloelia uirgo haud dissimilis facti et uirtutis. haec post exiguum temporis interuallum per eundem alueum ruptis uinculis † innotauit. obses quippe Porsennae data uigiles fefellit et conscenso equo per Tiberim Romam rediit. statua ei equestris ex senatus consulto data. 2, 2

3. Sertorius loricatus hastam fixam oculo gerens Rhodanum transnatauit. om. Val.

4. Gallis uictoribus duce Brenno cum sola arx et Capitolium ad tuitionem p. R. esse coepisset neque his spatiis omnis recipi turba uel nobilium ciuium posset, 2, 7

2 *uu.* tum cum — laudi erat, *quae h. l. ferri non possunt, transponend. uid. post* quae merita ‖ 3 praetexit ‖ 4 *an* ei? ‖ romani ‖ 7 subsilicium tiberus ‖ 8 pone *Eberhard l. c., Novak. cf. p. 595, 1,* leonē *cod.*, pone se *Christ Halm*, pōne eum *mauult Gertz**, post tergum *Mai* ‖ 14 haec *Mai Halm*, huice *cod.*, haud dissimili facti et uirtutis uice post *ingeniose coni. Gertz** ‖ 15 raptis ‖ innatauit *Mai Halm*, innotuit *Eberhard l. c., recte, ut uid., si ante hanc u. suppleueris* natans *uel, ut mauult Gertz**, iens ‖ obses quid porsenne ‖ 17 ei' (= eius) *cod.* ‖ 19 fixam *nos*, rixam *cod.*, nixam *Mai Halm. cf. Plut. Sert. 3* ‖ oculo *cod.*, collo *e Christii coni. Halm; at, ut recte animaduertit Gertz*, sane oculum alterum amisit Sertorius (cf. Plut. l. c. 4), non apud Rhodanum, sed postea bello Marsico; at de temporibus non uno h. l. errauit Nep.* ‖ 21 cum solatrix ex capitolium ‖ 22 esse] *an* superesse? *Gertz*, quod uerum uid.* ‖ his spatiis *Eberhard l. c. et Gertz**, hispanis *cod.*, his collibus *Mai Halm*

Val. M. III. ex consilio senes planis relicti sunt, et [electi] missi iuuenes ad tutiora ut ualerent tuenda. tum senatores cum insignibus honorum, quos gesserant, et sacerdotiorum apertis ubi * * *

1 concilio ‖ relicti *Eberhard et Gertz**, recepti *cod. Halm* ‖ electi, *ortum e* relicti, *quod librarius quidam addiderat ad corrigendum ineptum illud* recepti, *delend. esse uidit Gertz** ‖ 2 tuiciora ‖ 4 apertis ubi * * *] *reliqua usque ad finem libri interierunt, suppleuit tamen* ubique ianuis *Mai.*

INDEX AVCTORVM A VALERIO LAVDATORVM.

M. Aemilius Scaurus in libro I de uita sua 192, 16
Alexander Polyhistor 409, 8
Aristophanes (ran. 1431) 329, 17
Aristoteles 412, 18
Aristoxenus musicus 408, 14
Asinius Pollio in III historiarum suarum libro 408, 21
L. Caelius Antipater 37, 13
Chrysippus: Λογικά 392, 1
Ctesias 408, 29
Damastes 409, 5
Democritus quodam uolumine 389, 17
Demosthenes 399, 21
Hellanicus 409, 3
Herodotus 408, 27
Homerus in Iliade *A*, 528 sqq. 150, 20; *Γ*, 156 sq. 150, 7; *I*, 186 395, 6; *Π*, 849 24, 1
Q. Hortensius or. pro Messala 266, 15
Isocrates: Παναθηναϊκός 391, 16
T. Liuius in libro XVIII 56, 15
[Q. Mucius Scaeuola 589, 8]
Munatius Rufus 178, 17
Plato de Rep. (X) 51, 6
Pomponius Rufus collectorum libro (V? VIII?) 187, 9
M. Porcius Cato (*cf.* 137, 11) in Origg. 367, 4
C. Sempronius Gracchus or. in Plautium 443, 22
Simonides 40, 2. 392, 27
Solon 393, 4
M. Terentius Varro 124, 11. [587, 17. 588, 8. 589, 5 et 24]
Theodectes 412, 19
Theophanes rerum a Cn. Pompeio Magno gestarum scriptor 410, 15
Theopompus 409, 1. 413, 21
M. Tullius Cicero de senectute 407, 16
[Valerius Antias 589, 25]
Xenophon Lampsacenus: περίπλους 409, 11

INDEX NOMINVM ET RERVM.*)

Accaus *u.* Vibius
L. Accius poeta 148, 29. 410, 9
Acerrani 445, 23
Achaia 178, 9; prouincia 49, 20. 352, 9
Achaicum bellum 352, 4; litus 609, 29
Ἀχαιοί 150, 7
Achilles 395, 6

*) *Capitum inscriptiones huic indici non admixtae p. XXXIII sq. in uno conspectu positae sunt. E Paridis et Nepotiani epitomis non indicata sunt nisi ea quae propria habent; item omissa est eorum nominum, quae uno in exemplo identidem occurrunt, inutilis repetitio.*

Achilles cognomen Q. Occii 121, 12
Acilia lex *u. ad* 314, 16
Acilius decumae legionis miles 122, 6
Acilius Auiola uiuus crematus 50, 18
M'. Acilius Glabrio (cons. 191 a. Chr.) 72, 19; eius filius (cons. suff. 154) 72, 18
Acragantina ciuitas 214, 22
Acragantinus 214, 1
Acron Caeninensium rex 112, 16
Actium 37, 17
Admetus Thessaliae rex 197,13
(Adrastus 40, 27)
Adrianus *u.* Fabius
Aeas flumen Epidamno uicinum 25, 2
Aebutia L. Menenii Agrippae uxor 362, 16
Postumus Aebutius Helua 588, 22
Aegates insulae 17,23. 20, 14
Aegeria *u.* Egeria
Aeginenses 433, 16
Aegyptia gens 426, 18; perfidia 221, 24
Aegyptii 388, 25; eorum sacerdotes 20, 12
Aegyptus 20, 8. 170, 11. 217, 9. 293, 26. 387, 14. 388, 18
Aelia familia 190, 27. 255, 3; gens 191, 5
L. Aelius Lamia (cons. 3 p. Chr.) 50, 16
L. Aelius Lamia uir praetorius uiuus crematus 51, 3
(L. Aelius Seianus 456, 20)
Aelius Tubero praet. urb. 254, 19
Q. Aelius Tubero (*confusus cum* Sex. Aelio Paeto Cato cons. 198 a. Chr.) 181, 17
Q. Aelius Tubero L. Aemilii Pauli Macedonici gener 191, 6
Q. Aelius Tubero praecedentis filius L. Aemilii Pauli Macedonici nepos 350, 22
Aemilia gens 109, 4. 279, 11
Aemilia uirgo Vestalis 4, 15
Aemilia Tertia Macedonici filia Africani maioris uxor 22, 10. 305, 17
Aemilii 193, 4
Mam. Aemilius Lepidus cons. (77) 361, 3
M'. Aemilius Lepidus (cons. 66) 381, 9
M. Aemilius Lepidus consul (187 et 175) 303, 26; pont. max. (180) et censor (179) 175, 3; puer in aciem progressus 108, 15; tutor regis Ptolomaei 302, 24
M. Aemilius Lepidus (cons. 78) a Q. Catulo oppressus (77) 96, 26
M. Aemilius Lepidus Porcina (cons. 137) 373, 24
Q. Aemilius Papus (cons. 282 et 278) 188, 29
L. Aemilius Paulus (cons. 219 et 216) in proelio Cannensi occisus 136, 10. 226, 7
L. Aemilius Paulus Macedonicus consul (182 et 168) et censor (164) 17, 12. 22, 7. 44, 11. 89, 13. 182, 4. 191, 6 216, 12. 220, 17. 268, 8. 279, 7. 350, 22. 351, 21. 400, 17; eius uxor 191, 11; quattuor filii 268, 10; eius funus 104, 28; *cf.* Macedonica et Pauliana uictoria
M. Aemilius Scaurus princeps senatus (cons. 115) 119, 14. 264, 25. 370, 24. 380, 20; accusatus 147, 12. 299, 17; eius patrimonium 192, 16; eius filius post proelium apud Athesim se necat 264, 28; *cf.* Scauri
M. Aemilius Scaurus (aed.

cur. 58) praecedentis filius repetundarum reus 142, 11. 370, 16; eius ludorum magnificentia 72, 10 et 15
Aeneas 48, 12
Aequi 228, 17. 494, 30
Aequiculi 85, 20. 588, 6; *cf. ad* 251, 8
Aequimelium 286, 1
Aequitas 360, 9
aerarii 101, 4 et 21. 102, 1
Aeschines orator 399, 19
Aeschylus poeta 461, 13; *cf. ad* 329, 19
Aesculapius Apollinis filius 10, 2. 12, 14. 44, 28; eius templum Antiense 45, 25
Aesopus tragoedus 398, 25. 420, 22; eius filius luxuriosus 420, 23
Aethiopes 408, 27
Aetna 528, 2
Aetnaeus mons 248, 27
Aetoli 181, 19
Aetolia 409, 4
Aetolica (= Aetolorum dona) 181, 25
Afrania *u. ad* 362, 19
C. Afrania Licinii Bucconis senatoris uxor 378, 14
Africa 3, 12. 23, 14. 56, 17. 83, 1. 105, 16. 117, 14. 140, 20. 143, 8. 190, 3. 216, 20. 233, 2. 259, 3. 313, 1. 335, 6. 449, 12; a Scipione Africano maiore subacta 138, 19. 144, 6. 410, 3; a C. Mario subacta 316, 7; Scipioni Aemiliano sine sorte prouincia data 415, 18; Agathocles in Africam bellum transtulit 349, 4; Africa terra 599, 6; Africana terra 599, 4
Africanus *u.* Cornelius Scipio
Afronia (?) Aebutiae filia 362, 19
Agamemnon 202, 9. 403, 12
Agathocles Syracusarum rex 349, 1
Agesilaus 332, 3
Aglaus Psophidius 321, 23
agnomen 588, 18
Agrigentini 132, 13
Agrigentum 131, 27
Agrippa olim praenomen postea cognomen 589, 10; *u.* Menenius et Vipsanius
Agrippa Siluius Albanorum rex 587, 23
M. Agrius argentarius 379, 19
Ahala *u.* Seruilius
[Aiax 403, 11]
Alba Latii oppidum 48, 14. 216, 4. 445, 5
Albana Capuae platea 425, 6
Albani 66, 1. 288, 21. 345, 11. 587, 22. 588, 10
L. Albanius (?) 6, 2
Albanus lacus 26, 2; mons 142, 2
Albinus *u.* Postumius
Alcaeus poeta 172, 25
Alcamenes sculptor 401, 26
(Alceste Admeti uxor 197, 15)
Alcestis poeta tragicus 149, 16
Alcibiades 42, 26. 110, 20. 318, 3. 395, 4
Alcyoneus Antigoni Gonatae filius 225, 6
Alexander Aegus Magni filius 39, 12
Alexander Cornelius Polyhistor rerum scriptor Milesius 409, 8
Alexander Magnus 13, 10. 20, 8. 53, 27. 131, 1. 133, 7. 161, 7. 186, 13 et 23. 209, 3. 222, 19. 259, 16. 295, 17. 330, 16 et 24. 331, 22. 339, 19. 341, 15. 401, 23. 412, 7. 438, 7. 442, 21. 453, 8
Alexander Pheraeus 465, 13
Alexander Pyrri regis filius 225, 17

Alexander M. Agrii seruus 379, 19
Alexander P. Atinii seruus 379, 25
Alexandria 157, 23. 303, 2
Alexandrinus pictor 217, 13
Alius *u.* Fumusilleaticus
Alliensis dies 456, 26
Allobroges 444, 25
Allobrogicus 139, 11. 312, 15; *cf.* Fabius Maximus et Gallica uictoria
Alpes 93, 8. 151, 20. 251, 25
Alsiensis ager 373, 26
L. Ambiuius Turpio histrio 475, 13
Ambraciensis 297, 22
Amerini (Camerini *codd.*) 297, 10
amnestia 172, 12
Amphiaraus 419, 7
Amphinomus Siculus 248, 23
Amulius Siluius Albanorum rex 587, 22
Anacharsis Scytha 331, 25
Anacreon poeta 462, 19
Anapias (Anapius *Par.*) Siculus 248, 23
Anaxagoras philosophus 270, 8. 331, 13. 390, 7. 397, 4. 401, 19; eius filius 270, 9
Anaxarchus philosophus 132, 27. 412, 8
Anaximenes Alexandri praeceptor 341, 16
ancilia arma 5, 22
Ancus praenomen Sabinum 589, 24; *u.* Marcius
(Andriscus *u.* Pseudophilippus)
Androgyne 378, 13
Anio flumen 395, 15. 428, 26
M. Anneius (Annius *Par.*) Carseolanus eques Rom. 359, 4
Annibal *u.* Hannibal
L. Annius ob uxorem repudiatam senatu motus 98, 22
P. Annius M. Antonii oratoris interfector 396, 4. 429, 14
Annius Campanus (*immo* T. Annius Setinus Latinorum princeps) 292, 2
Antabagius *u.* *ad* 251, 27
Antiense templum 45, 29
Antigenidas tibicen Atheniensis 149, 26
Antigonus Gonatas 225, 6. 608, 20
Antiochensis pecunia 143, 22
Antiochia 31, 12
Antiochus (I) Soter Seleuci Nicatoris filius 261, 17
Antiochus (II) Theos 468, 15
Antiochus (III) Magnus 72, 22. 103, 21. 138, 16. 174, 10. 235, 27. 336, 14. 372, 15
Antiochus (IIII) Epiphanes 293, 10
Antiochus (VII) Sidetes 426, 5
Antipater Alexandri Magni dux 510, 7 (*at cf.* 161, 21); pater Cassandri 39, 20
Antipater Sidonius poeta 55, 3
Antipater *u.* Caelius
L. Antistius Reginus tr. pl. 204, 11
Q. Antistius Vetus seuerus in uxorem 290, 16
Antium 27, 9. 45, 23
Antius Restio a IIIuiris proscriptus 309, 30
Antonia Drusi Germanici uxor 178, 28
Antoniana eloquentia 396, 5
Antonianum bellum 157, 21
C. Antonius Catilinae uictor (cons. 63) 97, 2. 176, 22
C. Antonius Marci IIIuiri frater 72, 6
M. Antonius orator (cons. 99) 336, 18; quaestor 147, 26; censor (97) 100, 3; incesti reus 306, 21; interfectus 396, 2. 429, 10; *cf.* Antoniana eloquentia

M. Antonius IIIuir 10, 3; bello Mutinensi 206, 19. 464, 13; Ciceronem proscripsit 20, 22. 238, 4; in acie Philippensi 20, 5. 24, 2. 205, 2. 222, 7; Ariarathen interfecit 472, 1; Alexandriae 157, 23; apud Actium fugatus 37, 17; eius taetre factum 442, 13; *cf.* Antonianum bellum
anulus capite Scipionis Africani maioris sculpto ornatus 189, 8; anulus Sullae signatorius cui insculpta erat eius laus 410, 24
Aous flumen 448, 26
Apelles pictor 401, 25. (405, 9)
Apollinares ludi 282, 5
Apollo 2, 10. 9, 21. 12, 16. 13, 13. 14, 11. 15, 10. 16, 9. 29, 25. 49, 15. 53, 9. 137, 17; A. Delphicus *s.* Pythius 13, 5. 173, 8. 239, 6. 257, 3 et 13. 321, 21. 334, 18. 415, 6. 419, 4; *Λητοῦς υἱός* 24, 1
Apollonia 304, 10. 448, 23
Apolloniatae 24, 26
Appius praenomen 590, 19; *u.* Claudius
Aprouia *u. ad* 362, 19
Cn. Apronius aedilicius Apolloniatis deditus 304, 11
Apula regio 211, 15
L. Apuleius tr. pl. Camillum accusauit 234, 24
C. Apuleius Decianus tr. pl. (99) 372, 25
L. Apuleius Saturninus tr. pl. (100) 119, 11. 155, 24. 372, 28. 373, 5. 382, 24. 446, 5; eius domus diruta 286, 5
Apulia 353, 15
aquae inebriantes 56, 8
M'. Aquilius (cons. 101) 463, 20
P. Aquilius tr. pl. P. Villium IIIuirum nocturnum accusauit 373, 20
C. Aquilius Gallus I Ctus 376, 19
Aquilonia Samnii urbs 324, 10
Arcades 43, 2. 321, 24; Arcas 66, 4
Archelaus Aegyptiorum dux 426, 19
Archelaus Macedoniae rex 461, 25
Archilochus poeta 291, 1
Archimedes 390, 15
Archytas Tarentinus 170, 20. 389, 1
Ardea oppidum 163, 8
Areios pagus 76, 4. 242, 21 (*acc.* Arium). 374, 24 (*gen.* Arei)
Areopagitae 375, 2
Arganthonius Gaditanus 408, 17
Arginussae insulae 14, 6 (*ubi* Argennusae). 159, 20
Argiui 225, 5; Argiua laus 248, 27
Argonautae 519, 4; *cf.* 200, 13
Ariarathes Cappadociae rex a M. Antonio interfectus 472, 1
Aricia Latii oppidum 377, 26
Ariminenses fratres 360, 1
Ariobarzanes Cappadociae rex 262, 15; eius filius 262, 16
Arion Pythagoreus 389, 1
Aristides Atheniensis 240, 24. 242, 18. 301, 16
Aristippus philosophus 187, 3
Aristogiton Hipparchi interfector 107, 17
Aristomache Syracusana Dionysii maioris uxor 466, 13
Aristomenes Messenius 54, 26
Aristonicus 116, 22. 136, 22. 385, 20
Aristophanes poeta 329, 17
Aristoteles 259, 9. 330, 23 11 331, 6. 412, 14
Aristoxenus musicus 408, 14
Armenia 221, 9. 456, 8

Arpinas municipium 63,4; Arpinates honores 315, 21
Arpinum 316, 5
Arretini *u. ad* 297, 10
Arruns *u.* Tarquinius
Arsia silua 47, 5
Artaxerxes (I) Longimanus *u. ad* 241, 4
Artaxerxes (III) Ochus 433, 8
Artemisia Mausoli uxor 199,16
Artemisium 242, 11. 412, 1
Artemo Antiocho II perquam similis 468, 16
Artorius medicus Augusti 34, 10 et 24
Aruerni 444, 24
Aruina *u.* Papirius Carbo
aruspices 254, 20
Ascanius Aeneae filius 48, 13
Asculum 314, 6
Asia 41, 7. 61, 24. 62, 17. 75, 16. 78, 10. 97, 9. 105, 26. 116, 22. 126, 7. 142, 8. 148, 3. 169, 11. 174, 11. 178, 10. 198, 6. 200, 7. 251, 1. 313, 18. 316, 18. 317, 26. 372, 18. 374, 19. 385, 20. 416, 8. 423, 9. 431, 13. 443, 3. 447, 12. 464, 21. 468, 27. 610, 2; luxuriae mater 75, 3; imperio Romano adiecta 236, 1; Attalo (*immo* Eumeni II) tradita 212, 17. 232, 17
Cn. Asianus Bion 587, 4 (*at cf.* 471, 12)
Asiaticae gazae 144, 9; gentes 41, 10
Asiaticum publicum 313, 16
asinarius callidus 339, 21
Cn. Asinius Dio 471, 12
Asinius Pollio 408, 21
Assyria 609, 19
Assyrii 439, 5
Astyages 41, 8
Ateguenses 429, 26
atellani 69, 26
Athenae 37, 19. 51, 11. 61, 2. 76, 15. 108, 1. 111, 5. 149, 9. 152, 10. 160, 12. 181, 6. 185, 22. 196, 13. 257, 17. 259, 13. 295, 8. (301, 8.) 316, 28. 342, 14. 374, 24. 388, 12. 389, 14. 397, 5. 399, 20. 401, 16 et 26. 403, 2. 405, 3. 433, 19; ingratae erga optimos ciues 239, 19 sqq. (*cf.* 258, 2); a Xerxe dirutae 33, 1; tyrannide liberatae 107, 17. 258, 2; Athenarum armamentarium 405, 3
Athenienses 13, 14. 16, 8. 51, 23. 54, 26. 111, 3. 122, 11. 127, 21. 159, 1. 172, 12. 185, 7. 196, 21. 223, 12. 257, 11 et 26. 269, 12. 300, 27. 301, 6. 318, 1. 329, 19. 396, 21. 454, 17; eorum instituta 75, 29 sqq.; a Theseo in unam urbem contracti 239, 18; Alexandro diuinos honores decreuerunt 331, 22; Cotyi regi ciuitatem dederunt 152, 8; duces apud Arginussas capitis damnauerunt 159, 18. 449, 22; item Socratem 327, 17; eorum in Timagoran seueritas 291, 9; eorum in Aeginenses crudelitas 433, 16; Atheniensis populus 172, 5. 301, 13
Athesis flumen 264, 26
athletarum certamen 72, 15
Athos mons 32, 20
Atiliana uirtus 190, 15
M. Atilius a Gallis interfectus 114, 20
M. Atilius duumuir sacris faciendis 7, 17
A. Atilius Calatinus (cons. 258 et 254) iudex inter C. Lutatium Catulum consulem et Q. Valerium Faltonem praetorem 94, 10
A. (M. *Par.*) Atilius Calatinus Soranorum oppidi proditi reus 370, 7

P. Atilius Philiscus seuerus pater 272, 19
M. Atilius Regulus (cons. 267 et 256) a Poenis captus 7, 26. 56, 18. 102, 8. 190, 1. 430, 14. 445, 14; *cf.* Atiliana uirtus
M. Atilius Regulus praecedentis filius consul (227 et 217) et censor (214) 101, 23
A. (?) Atilius Serranus aed. cur. (194) 68, 21
C. Atilius Serranus (cons. 257 et 250) 189, 15
Atinas campus 36, 26
P. Atinius 379, 25
T. Atius Labienus Iulii Caesaris legatus 411, 1
Atossa Artaxerxis (III) soror 433, 9
Atratinus *u.* Sempronius
Attalica aulaea 423, 4
Attalus rex Pergami 53, 14; *cum* Eumene II *confusus* 212, 17. 232, 17
Attalus (III) rex Pergami populum Rom. heredem instituit 232, 17
Attica regio 241, 11. 257, 12; Atticum solum 50, 5
Attienus Carbo in adulterio deprehensus castratus est 275, 12
Attius Tullus Volscorum dux 344, 11
Attus praenomen Sabinum 590, 20; *u.* Nauius
Atys Croesi regis filius 40, 10
Auentinus mons 46, 14. 236, 20. 297, 15. 334, 3
Aufidianus *u.* Pontius
T. Aufidius Asiam proconsulari imperio obtinuit 313, 16
Cn. Aufidius Orestes (cons. 71) praet. urb. (77) 361, 5
Aufilius 407, 7
augurum collegium 3, 20. 375, 16
Augusta cohors 471, 23; domus 97, 16. 414, 3; augusti penates 271, 3
Augusti (= Augustus et Tiberius Caesares) 178, 25
Augustus Caesar 10, 6. 20, 4. 24, 2. 34, 9 et 22. 38, 5. 157, 21. 178, 25. (251, 21.) 356, 23. 359, 25. 360, 5. 364, 15. 470, 14. 471, 17 et 18 et 24 et 26; eius amicitia cum M. Agrippa 207, 8; *cf.* Caesarianus et Octauianus
Auli unde dicti 590, 15
Aurelia Orestilla Catilinae uxor 424, 15
C. Aurelius Cotta (cons. 252 et 248) 83, 23
L. (*immo* C.) Aurelius Cotta (cons. 75) 396, 15
L. Aurelius Cotta consul (144) 293, 1; a Scipione Aemiliano accusatus 370, 29
L. Aurelius Cotta tr. pl. creditoribus satis facere recusat 299, 8
M. Aurelius Cotta (cons. 74) a Cn. Carbone accusatus 245, 25
M. Aurelius Cotta praecedentis filius 245, 23
P. Aurelius Pecuniola obsidioni Liparitanae praepositus 83, 23
C. Aurelius Scaurus ludum gladiatorum habebat 67, 11
auspices 57, 14

Babylon 439, 6
Bacchanalia 16, 14. 289, 8
Badia Hispaniae oppidum 142, 28
Badius Campanus 218, 7
Cn. Baebius tr. pl. Claudium Neronem et Liuium Salinatorem accusauit 325, 15
M. Baebius Tamphilus consul (181) 7, 2. 72, 20

Bagrada flumen Africae 56, 17
balinea pensilia 420, 5
T. Barrus (*alii* Barrulus) testamentum iniquum faciens spiritum posuit 365, 7
Beginus *u. ad* 363, 11
Beneuentana pugna *u. ad* 256, 21
Beneuentum 256, 21
Berenice Antiochi II uxor 452, 16
Berenice patrem et fratres habuit Olympionicas 419, 13
Bestia *u.* Calpurnius
Bias philosophus 173, 14. 328, 19. 341, 3
Bibaculus *u.* Furius
Bibulus *u.* Calpurnius
Bithynia 54, 15. 152, 5. 217, 1
Biton Argiuus 248, 22
Bituitus Aruernorum rex 444, 24
Blassius Salapiae princeps 158, 4
C. Blossius Cumanus 202, 17
Bocchus rex Mauritaniae 410, 22
Boeotia 53, 22
Bona dea 563, 12
Bononiensis *u.* Calidius
Bosporanus tractus 356, 19
Brennus Gallorum dux 14, 11
Britannica insula 123, 10; Britannici oculi 123, 24
Brittii *u. ad* 605, 28
Brundisium 148, 3. 216, 13. 304, 14. 448, 23
Brutiana ultio 206, 25; *u.* D. Iunius Brutus
Bruttii 29, 20. 47, 11
Bruttius ager 226, 13
Brutus 589, 4; *u.* Iunius
Bura urbs in Achaico litore 609, 29
Burbuleius scaenicus 468, 8
Burra praenomen muliebre 591, 6
Busa femina Apula 211, 15
C littera ueteribus senatus consultis subscripta 65, 3
Caecilia (*immo* Calpurnia) lex de repetundis 314, 16
Caecilia (? Metelli Balearici filia) Metelli (?) uxor 22, 17
Gaia Caecilia Tarquinii Prisci uxor 591, 9
Q. Caecilius eques Rom. T. Pomponii Attici auunculus 364, 3
L. Caecilius Metellus (cons. 251 et 247) pont. max. (243) 3, 10. 19, 10. 406, 8
M. Caecilius Metellus quaestor (216) post cladem Cannensem auctor deserendae Italiae 101, 24. 256, 6 (*ubi* Q. Metellus *codd.*)
Q. Caecilius Metellus Macedonici pater (cons. 206) 323, 14; *cf.* 320, 15
Q. Caecilius Metellus Balearicus Macedonici filius (cons. 123) *u.* Caecilia; *cf.* 321, 2
L. Caecilius Metellus Caluus Macedonici frater (cons. 142) 380, 15
Q. Caecilius Metellus Celer (cons. 60) praet. urb. (63) 273, 10. 361, 17
Q. Caecilius Metellus Creticus sequentis nepos (cons. 69) 356, 26
L. Caecilius Metellus Delmaticus Calui filius (cons. 119) censor (115) 102, 14
Q. Caecilius Metellus Macedonicus (cons. 146 et 143) 146, 14. 168, 10. 351, 31. 380, 15; Celtibericum bellum gessit 87, 23. 121, 15. 219, 10. 348, 4. 437, 8; eius uxor 320, 17; eius filii 169, 1. 321, 2; eius felicitas 320, 12
Q. Caecilius Metellus Nepos (cons. 57) 363, 4. 468, 1
Q. Caecilius Metellus Numi-

dicus Calui filius (cons. 109) in Africa bellum gessit 82, 30. 423, 13; repetundarum reus 103, 10; censor (102) 446, 9; exul 155, 21. 168, 10. 230, 5
Q. Caecilius Metellus Pius praecedentis filius (cons. 80) 230, 5. 381, 8. 417, 3. 423, 2.
Q. Caecilius Metellus Scipio Pompei Magni socer (cons. 52) 117, 12. 157, 13. 410, 28. 424, 6. 442, 8
caelibum aera 98, 8
Caelius mons 375, 13
P. Caelius (Ti. Coelius *Par.*) ab Octauio cons. Placentiae praepositus 206, 1
L. Caelius Antipater rerum scriptor 37, 13
M. Caelius Rufus tr. pl. (52) 176, 26. 237, 29
T. Caelius Tarracinensis in lecto iuxta cubantibus filiis interemptus 372, 2; eius duo filii parricidii rei 372, 1
Caeneus satelles regius 452, 19
Caeninenses 112, 16
Caepio cognomen in nomen uersum 589, 3; *u.* Seruilius
Caere oppidum 6, 6
Caeretani 6, 10
caerimoniae unde uocatae 6, 9
Caerites aquae 27, 10
Caesar olim praenomen postea cognomen 589, 10
Caesar *u.* Augustus et Iulius et Tiberius
Caesares 2, 4. 61, 8
Caesariana (*i. e.* C. Iulii Caesaris) aequitas 471, 15; Caesariani milites 10, 9 (Augusti). 117, 17 (C. Iulii Caesaris)
Caesellia (Caesulla?) praenomen muliebre 591, 6
Caesetius eques Rom. a Caesare filium abdicare iussus 260, 17
L. Caesetius Flauus praecedentis filius tr. pl. (44) 260, 20
Caesetius Rufus senator Antonii iussu interfectus 442, 14
M. Caesius D. Iubellii scriba 91, 25
M. Caesius Scaeua centurio C. Caesaris 122, 16
Caeso praenomen 590, 20; *u.* Fabius et Quintius et Tuccia
Caieta 238, 7. 394, 12
Caietanus ager 20, 21; uilla 19, 16
Calagurritani 357, 14
Calatinus *u.* Atilius
Calca *u.* Trebellius
Calchas aruspex 403, 9
Calenus ager 56, 8; custodia 153, 13
Cales Campaniae oppidum 125, 4. 153, 19
Calidius Bononiensis adulterii reus 371, 13
M. Calidius Q. Gallium (57) accusauit 399, 6
Q. Calidius tr. pl. legem de reuocando Metello Numidico tulit 230, 7
Callanus Indus 53, 27
Callias (Gillias 214, 1) Acragantinus 521, 17
Calliphana Veliensis Cereris sacerdos 2, 26
Calliphoena (= Calliphana) 3, 1
Callippus Syracusanus Dionis amicus 161, 2
Callisthenes philosophus 330, 23. 438, 10
Calpurnia Caesaris uxor 34, 26
Calpurnia lex *u.* *ad* 314, 16
L. Calpurnius IIIuir capitalis 380, 2
L. Calpurnius Bestia consul (111) 50, 15
M. Calpurnius Bibulus (cons.

59) 170, 8; eius filii occisi 170, 10
Calpurnius Lanarius domum quam a Claudio Centumalo emerat demoliri iussus 375, 15
C. Calpurnius Piso praet. urb. 360, 17
C. Calpurnius Piso consul (67) 154, 26
Cn. Calpurnius Piso Manilium Crispum accusauit 279, 18
L. (*immo* Cn.) Calpurnius Piso consul (139) 17, 6
L. Calpurnius Piso Caesoninus (cons. 58) reus 368, 25
L. Calpurnius Piso Frugi consul (133) bellum aduersus fugitiuos gessit 87, 5. 183, 3; eius filius 183, 8
Calpurnius Saluianus unus e coniuratis in Q. Cassium Longinum 440, 2
Caluinus *u.* Domitius
Cambyses rex 291, 14
Camerini (Amerini *Par.*) 297, 10
Camertium duae cohortes 230, 18
Camilli 61, 4
Camillus *u.* Furius
Campani 67, 18. 153, 22. 218, 10. 225, 18. 436, 4; Campana matrona 187, 10; Campanae duae mulieres 228, 3; Campanus 125, 9. 218, 7
Campana luxuria 71, 27. 424, 24; perfidia 68, 1. 125, 5; C. senatus 153, 11. 443, 18; urbs (Capua) 355, 7
L. Caninius Gallus (tr. pl. 56) 176, 21
Cannae 9, 4. 90, 23. 136, 12. 151, 21. 226, 7. 457, 2
Cannensis clades 8, 16. 101, 26. 116, 10. 148, 20. 154, 13. 194, 9. 211, 19. 255, 3. 256, 3. 291, 27. 305, 5. 332, 13. 349, 15. 354, 1. 443, 10
cantharis 284, 25
cantharus Liberi poculum 142, 7
Canusina moenia 211, 20
Capena porta 148, 23
Capetus Siluius Albanorum rex 587, 23
capite censi a Mario ad militiam admissi 66, 23
Capitolina arx 410, 4; fastigium 312, 23; puluinaria 164, 20; *cf.* Iuno
Capitolium 6, 17. 19, 2. 58, 1. 108, 17. 114, 3. 141, 10. 145, 1 et 9. 176, 1. 193, 9. 245, 24. 246, 15. 257, 7. 267, 27. 285, 17. 314, 12. 346, 26. 352, 4. 414, 20. 437, 25. 448, 15. 482, 2
Cappadocia 262, 16. 471, 27
capreae Cretenses 55, 22
Capua urbs Campana 67, 17. 95, 12. 120, 16. 151, 22. 153, 7. 217, 2. 228, 2. 292, 3. (355, 7.) 443, 21
Carbo *u.* Attienus et Papirius
Cares 24, 20; gens Caria 199, 16
caristia 60, 1
carmina conuiualia 60, 24
Carneades philosophus 389, 19
Carrae Mesopotamiae urbs 30, 8
C. Carrinas (cons. 43) 363, 8
Carseolanus *u.* Anneius
Carthaginienses *u.* Karthaginienses
Carthago *u.* Karthago
Caruilius *u.* Turullius
Sp. Caruilius Ruga primus uxorem dimisit 58, 13
Carystus Chalcidico freto uicina 50, 5
A. Cascellius ICtus 283, 9. 404, 11
Casilinates 354, 25
Casilinum Campaniae urbs 355, 9

Cassander Antipatri filius 39, 16
Cassiani (*immo* Cinnani) milites 520, 5
L. Cassius tr. pl. (89) 447, 6
Cassius sequentis pater 263, 15
Sp. Cassius (cons. 502 et 493 et 486) 286, 19; a patre damnatus 263, 16; eius domus diruta 285, 19
C. Cassius Longinus (cons. 171) censor (154) 68, 11
C. Cassius Longinus Caesaris interfector 20, 26. 24, 4. 48, 26. 110, 15. 205, 2. 308, 9. 450, 14
Q. Cassius Longinus praecedentis frater (tr. pl. 49) 440, 1
L. Cassius Longinus Rauilla scopulus reorum (cons. 127) 148, 4. 373, 24
Cassius Parmensis unus ex interfectoribus Caesaris 37, 18
Castor 44, 4 et 16. 252, 14. 486, 30
M. Castricius Placentinus 282, 14
Catilina *u.* Sergius
Cato *u.* Porcius
Catulus *u.* Lutatius
Catus cognomen Sex. Aelii Paeti *falso* Q. Aelio Tuberoni *datum* 181, 17
Caucasus mons 133, 28
Caudinae furcae 225, 19. 332, 28
causea 225, 11
Cea insula 78, 9
Celtiberi 80, 4. 121, 25. 177, 26. 348, 5; Celtiber eques 121, 21; urbes 219, 22
Celtiberia 348, 21
Celtibericum bellum 121, 16. 219, 10; fides 81, 8
cenare in propatulo 74, 6
Censorinus *u.* Marcius
censorum precatio in lustro condendo 167, 1
censura 97, 21 sqq.
Centobriga Hispaniae oppidum 219, 11
Centobrigenses 219, 15
centumuirale iudicium 471, 6; centumuiri 359, 1 et 7. 362, 14
Cephalania insula 56, 1
Cerbalus *u.* Vergellus
P. Cerennius Pontium in adulterio deprehensum castrauit 275, 12
Ceres 2, 24. 263, 22. 418, 22; Milesia 13, 10; uetustissima 3, 5; Cereris sacra 8, 18
Cethegus *u.* Cornelius
Chalcidensis *u.* Xenophilus
Chalcidicum fretum 50, 5
Chaldaei 17, 6
Charondas 302, 4
Chilo *u.* Magius
chlamys 141, 9 et 13
Chosroës *u. ad* 603, 28
Chrysippus philosophus 390, 3. 392, 10; eius uiuacitas 391, 25; Λογικά 392, 1
C. Cicereius Scipionis Africani maioris scriba 139, 2. 194, 20
Cicero *u.* Tullius
Cilicia 161, 9
Cimbri 80, 4. 204, 16. 230, 18. 264, 26. 316, 8. 416, 24; Cimber seruus 106, 5
Cimbrica audacia 81, 8; calamitas 106, 8; spolia 286, 8; Cimbricus triumphus Marii 142, 6. 459, 6
Cimo Miltiadis filius 240, 19. 242, 16. 248, 1. 317, 29
Cincinnatus *u.* Quintius
Cineas Thessalus 181, 5
Cinginnia Lusitaniae urbs 294, 30
Cinna *u.* Cornelius et Heluius
Cinnanus exercitus 206, 6; mucrones 395, 25; proscriptio 237, 13

circenses ludi *u.* ludi
circus Flaminius 36,6. 191, 3; maximus 191, 2
Cirta Africae urbs 493, 33
Clastidium a M. Marcello captum 5, 4
Claudia familia 178, 22; gens 251, 17; Claudii 363, 7
Q. Claudia neptis Appii Caeci 50, 13
Claudia P. Pulchri (cons. 249) soror 373, 7
Claudia uirgo Vestalis App. Pulchri (cons. 143) filia 246, 9
Claudii *u.* Claudia familia
C. Claudius flaminio abire coactus 4, 2
M. Claudius turpi cum Corsis pace facta in carcere necatus (236) 287, 5
P. Claudius Camerinos captos sub hasta uendidit 297, 10
Claudius Asellus ab uxore necatus 289, 16
App. Claudius Caecus (cons. 307 et 296) censor 9, 15. 322, 20. 406, 28
App. Claudius Caudex consul (264) 72, 12
Ti. Claudius Centumalus 375, 12
Claudius Drusus Germanicus Augusti priuignus Tiberii Caesaris frater 178,22. 251,20
M. Claudius Marcellus (cons. 222 et 215 et 214) aedilis curulis 272, 27; quartum consul (210) 165, 3; quintum consul (208) 5, 3; Gallorum regem obtruncauit 113, 5; Salapiam in deditionem accepit 158, 26; Syracusas cepit 90, 25. 95, 25. 218, 31. 390, 17; in Bruttiis occisus 29, 7; eius funus 226, 12
M. Claudius Marcellus (cons. 184) praet. urb. (187) 303, 28
M. Claudius Marcellus Aeserníni pater reus 381, 6
M. Claudius Marcellus (cons. 51) 454, 13
C. Claudius Nero consul (207) 175, 14. 325, 4; Hasdrubalem deuicit 347, 15; censor (204) 100, 16. 325, 14; eius moderatio 166, 15
App. Claudius Pulcher (cons. 143) 246, 10
App. Claudius Pulcher (cons. 54) 49, 15
C. (L. *Par.*) Claudius Pulcher (cons. 177) censor (169) 298, 20
C. Claudius Pulcher (cons. 92) 72, 4
P. Claudius Pulcher (cons. 249) auspiciis neglectis classem amisit 19, 3. 368, 6 (*ubi* App. *codd.*). 373, 10
P. Clodius Pulcher tr. pl. (58) Ciceronis aduersarius 139, 22. 176, 14. 368, 25 (*ubi* L. *codd.*). 381, 17. 423, 24. 471, 5
P. Clodius Pulcher praecedentis filius 139, 25
App. Claudius Sabinus Regillensis (cons. 495) 436, 17. 437, 2
App. Claudius Sabinus Regillensis consul (471 et 451) 436, 17; Xuir (451 sq.) 271, 20
Cleanthes philosophus 392, 6
Clearchus Lacedaemoniorum dux 92, 14
Cleobis Argiuus 248, 22
Cleon latronum dux 460, 20
Cleopatra Ptolomaei Physconis soror et uxor 432, 7
Cleopatra regina Ptolomaei Auletae filia 170, 13
Clipea Africae ciuitas 501, 17
Clitus Alexandri Magni amicus 438, 9
Clodia Aufilii uxor longaeua 407, 7

Clodius *u.* Claudius
Cloelia 112, 8
P. Cloelius Siculus flaminio abire coactus 4, 1
Ciuuia Facula Campana meretrix 228, 5
Cnaeus Gnaei praenominis scriptura 590, 5
Cnidii 402, 7
Cnosius *u.* Epimenides
Codrus Atheniensium rex 257, 11
Coela Euboea 50, 6
Ti. Coelius 520, 4; *u.* P. Caelius
cognomen 588, 18; cognomina in nomen uersa 589, 3
cohors Augusta 471, 23
collis (*i. e.* mons) sacer 395, 15
M. Colonius (Valerius Maximus *Par.*) Caninium Gallum tribunum pl. damnauit 176, 24
Coma frater Cleonis latronum ducis 460, 19
Cominius tr. pl. M. Laetorium Mergum accusauit 274, 15
Postumus Cominius Auruncus consul (501 et 493) 179, 11. 588, 21
Concordia 55, 14; eius aedes 447, 6
Considius publicanus 420, 17
Q. Considius faenerator 211, 24
Consualia 69, 11
consulum fasti 588, 20; honos 63, 8; consules ad cenam triumphantis inuitari soliti 96, 13
Contrebia Hispaniae urbs 88, 1. 348, 6
Corinthus 135, 12. 319, 7
Coriolanus *u.* Marcius
Corioli Volscorum oppidum 179, 9
Cornelia gens 105, 23. 233, 3. 236, 17. 268, 11. 279, 11. 409, 27. 414, 19
Cornelia Africani maioris filia T. Sempronii uxor Gracchorum mater 176, 2. 187, 10. 197, 11. 305, 17
Cornelia L. Sullae filia Q. Pompei Rufi mater 177, 1
C. Cornelius propter stuprum in uincula coniectus 274, 1
C. Cornelius quaestor Cn. Pompei tr. pl. (67) maiestatis reus 381, 9
L. Cornelius Balbus L. Valerii heres (cons. suff. 40) 364, 24
M. Cornelius Cethegus flaminio abire coactus 4, 1
P. Cornelius Cethegus consul (181) 7, 1. 72, 20 (*ubi* Lentulus *codd.*)
P. Cornelius Cethegus Sullanus 427, 25
L. Cornelius Cinna quater consul (87 et 86 et 85 et 84) 29, 27. 97, 3. 184, 25. 255, 6. 313, 5; *cf.* Cinnanus
L. Cornelius Cinna praet. (44) 450, 7
A. Cornelius Cossus consul (428) 112, 26
Cn. Cornelius Dolabella (cons. 81) a Caesare (77) accusatus 396, 14
P. Cornelius Dolabella pro cons. Asiae 374, 18
Cornelius Gallus praetorius inter usum ueneris absumptus 460, 9
Cornelius Lentulus Cruscellio a IIIuiris proscriptus 306, 12
Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus consul (56) 176, 5. 280, 14
L. Cornelius Lentulus Crus (cons. 49) 49, 7. 176, 15
L. Cornelius Lentulus Lupus (cons. 156) censor (147) 314, 16
L. Cornelius Lentulus Niger flamen Martialis 176, 15

P. Cornelius Lentulus (cons. suff. 162) 236,18; *cf.* P. Cornelius Cethegus consul

P. Cornelius Lentulus Spinther consul (57) 72, 8. 365, 7. 467, 26

(P. Cornelius Lentulus Sura praetor (75) 469, 3)

A. Cornelius Mammula pro praet. Sardiniae (216) 354, 12

L. Cornelius Merula (cons. suff. 87) flamen Dialis 459, 12

P. Cornelius Rufinus consul (290 et 277) et dictator (276) 99, 17

Cn. Cornelius Scipio Asina consul (260 et 254) 303, 14. 314, 23

Cn. Cornelius Scipio Caluus (cons. 222) cum fratre Publio in Hispania occisus 25, 19. 89, 26. 142, 19. 191, 24. 304, 20. 417, 28. 455, 22. 457, 1; eius uxor 192, 2; eius filia 191, 26

Cn. Cornelius Scipio Hispalus (cons. 176) *fortasse* sequentis pater 287, 13

Cn. Cornelius Scipio Hispalus praet. peregrinus (139) 17, 5; *fortasse idem qui* 287, 13 Hispali filius *appellatur*

Cn. Cornelius Scipio Africani maioris filius degener 103, 22. 138, 15 et 25. 194, 19

L. Cornelius Scipio consul (259) 217, 27

L. Cornelius Scipio Asiaticus (cons. 190) 138, 23. 141, 9. 143, 22. 165, 22. 174, 10. 235, 26. 251, 1. 372, 14

P. Cornelius Scipio (cons. 218) Africani maioris pater in Hispania occisus 25, 19. 89, 26. 142, 19. 244, 17. 304, 20. 417, 28. 455, 22. 457, 1

P. Cornelius Scipio quaestor Prusiae Bithyniae regi obuiam missus 217, 2

P. Cornelius Scipio Africanus maior 11, 2. 15, 6. 138, 15. 154, 21. 165, 22. 233, 7. 319, 13. 372, 22. (427, 14); patrem apud Ticinum seruauit 244, 15; tribunus militum 256, 1; Hispanias reciperauit 95, 25. 142, 23. 177, 21; munus gladiatorium Karthagine Noua edidit 455, 21; consul (205 et 194) 193, 23. 414, 8; in Africam adpulsus 599, 4; eius triumphus 229, 17; legatus fratri Lucio 250, 25; causam Hannibalis in senatu protexit 164, 26; eius uxor 305, 17; eius filius degener 103, 22. 138, 15. 194, 19; filiam despondit Ti. Graccho 175, 26; maternus auus Gracchorum 204, 3. 286, 14; quantam fiduciam in se habuerit 142, 23. 145, 10. 448, 14; eius calliditas 335, 5; familiaritas cum Laelio 250, 25; cum Ennio 409, 26; honores ei habiti 103, 20. 104, 3. 164, 15; Masinissae in eum animus gratus 232, 25; uoluntarium exilium 235, 10; eius mores et dicta 88, 25. 140, 19. 177, 20. 220, 3 (*ubi cum* Aemiliano *confusus*). 304, 1. 305, 17. 311, 25. 323, 1

P. Cornelius Scipio Aemilianus Africanus minor 268, 11; sub Lucullo in Hispania militauit 113, 17; a Masinissa honoratus 233, 6; hostium ducem interemit 113, 12; consul (147 et 134) 415, 13; eius res in Africa gestae 82, 13. 105, 12. 128, 25; censor (142) 166, 24. 167, 14. 292, 23; Cottam accusauit 370,

29; res aduersus Numantinos gestae 82, 13. 357, 5. 416, 12; eo auctore senatus et populi loci in theatro discreti 68, 23; spectacula ab eo data 89, 11; honores in eum congesti 415, 18; eius continentia 183, 31; fiducia sui 145, 11; humanitas 219, 25; libertas 278, 22; uxor Sempronia 156, 20; amicissimus eius Laelius Sapiens 202, 23. 207, 8. 394, 7; interemptus 168, 12. 236, 4. 415, 21; epulum eius nomine populo datum 350, 17

P. Cornelius Scipio Nasica (cons. 191) matrem Idaeam excepit 351, 3. 415, 4

P. Cornelius Scipio Nasica Corculum praecedentis filius (cens. 159) consul (162 et 155) 3, 26. 68, 12; princeps senatus (?) 351, 6

P. Cornelius Scipio Nasica Serapion praecedentis filius (cons. 138) aedilitatem petens repulsam tulit 351, 1 (*ubi praeterea ei inculcantur aui patris (?) filii honores resque gestae*); pont. max. Ti. Gracchum oppressit 19, 1. 96, 25. 119, 1. 236, 9. 351, 5; fiducia sui 145, 22; Pergamum secessit 236, 14; Serapion cognominatus 467, 19

P. Cornelius Scipio Nasica praecedentis filius consul (111) 50, 15; Iugurthae bellum indixit 351, 2

L. Cornelius Sulla dictator 238, 28. 255, 6. 355, 23. 471, 11; iuuentutem luxuriose transegit 312, 26; praeturam petens repulsam tulit 352, 14; consul sociali bello 26, 16. 447, 14 et 21; Iugurthae capti gloriam sibi adseruit 410, 21; eius cum Mario certamina 23, 14. 106, 15. 156, 3. 383, 1; Sulpicium perditum uolebat 300, 14; a Pompeio adiutus honorem illi habuit 230, 25; capita proscriptorum in eius atrium adlata 109, 23; eius triumphus 97, 6; crudelitas 427, 12; superstitio 15, 9; Felix cognominatus 294, 17. 428, 27 (*cf.* 313, 12); chlamydatus et crepidatus Neapoli ambulauit 141, 13; eius mors 437, 21; *cf.* Sullan*us*

Faustus Cornelius Sulla dictatoris filius 110, 15

cornicularius 274, 16

M. Cornutus praet. urb. (43) 231, 8

coronarum honos apud Athenienses 76, 8

Corsi 287, 5

Corsica insula 3, 25. 458, 25

Coruinus cognomen 416, 2; *cf.* Valerius

C. Cosconius (praet. 90) Seruilia lege reus 369, 22

Cotta *u.* Aurelius

Cotys rex Thraciae 152, 8

Crannon Thessaliae oppidum 52, 22

Crassiana strages 136, 22

Crassus *u.* Licinius

Cremera amnis 456, 26. 590, 25

crepidae 140, 23. 141, 10 et 14

Creta 387, 22; Cretae capreae 55, 22

Cretenses 16, 1. 356, 25. 437, 16; Cretes 333, 8

Crispinus *u.* Quintius

Critias unus e XXX tyrannis Atheniensium 128, 4

Croesus rex Lydiae 40, 6. 41, 2. 249, 24; eius filius mutus 249, 24

Crotona oppidum 56, 5

Crotoniatae 418, 18; Crotoniates 462, 24
Ctesias Cnidius rerum scriptor 408, 29
Ctesiphon orator 399, 21
cullei poena 7, 20
Cumanus 202, 17
Curetes 69, 17
Curiatii 288, 20
C. Curiatius tr. pl. (138) 145, 24
Curii 193, 5
Curiones *u.* Scribonius
M'. Curius Dentatus (cons. 290 et 275 et 274) 180, 13. 287, 26; *cf.* Curii
M. Curtius eques Rom. 253, 18
Mettus Curtius 588, 5
Cyclades insulae 178, 9
Cydnus fluuius 161, 10
Cymaei 468, 25
Cynaegirus Atheniensis 122, 11
Cypriaca expeditio 178, 17; pecunia 169, 25
Cyprii 132, 28. 426, 25. 440, 18
Cypros insula 23, 17. 240, 11. 417, 19; prouincia 178, 10
Cyrenae Africae oppidum 258, 14
Cyrenaeus 284, 21
Cyrenaicus philosophus *u.* Hegesias
Cyrenenses 258, 21
Cyriacus *u.* Licinius
Cyrus Persarum rex 41, 5. 249, 26. 393, 22. 452, 13

Δαίμων κακός 37, 24
Damasippus *u.* Licinius
Damastes rerum scriptor 409, 5
Damon Pythagoricus 207, 22
Dandon longaeuus 409, 9
Daphnites (*alii* Daphitas) sophista 53, 5
Dareus Hystaspis filius 125, 24. 232, 1 (Darius). 249, 3. 249, 23 (Dario). 291, 10. 318, 24 (Darii). 340, 9 (Darius) et 23 (Darium); *perperam* antea Ochus appellatus esse dicitur 432, 22 (Darius)
Dareus Codomannus 131, 13. 161, 8. 187, 2. 209, 3. 222, 28 (Darii). 295, 18; eius mater 209, 6
Dasius Salapiae princeps 158, 6
Decianus *u.* Apuleius
Decii 255, 22
P. Decius Mus consul (340) 35, 15. 255, 8
P. Decius Mus praecedentis filius (cons. 312 et 308 et 297) censor (304) 66, 10; quartum consul (295) 255, 18
Deiotarus rex 21, 3
Delos *u.* Delus
Delphi 14, 11. 15, 10. 53, 9. 334, 17
Delphica cortina 49, 21; mensa 173, 3; oraculum 26, 6
Delphicus *u.* Apollo
Delus insula 13, 12
Demades Atheniensis 331, 21
Demaratus Corinthius Tarquinii Prisci pater 135, 14
Demochares Atheniensis 160, 14
Democritus philosophus 389, 9. 412, 8
Demosthenes orator 138, 2. 341, 23. 386, 16. 399, 14
Demostratus Atheniensis 160, 13
Dentatus *u.* Curius et Siccius
Dialis flamen 459, 13
Diana Auentinensis 333, 24; Ephesia 413, 16
dictamnus herba 55, 24
Diegylis *u.* *ad* 431, 21
dii Manes *u.* Manes
Dinocrates architectus 20, 9
Dio Syracusanus 160, 26. 171, 23
Dio *u.* Asinius
Diogenes cynicus 186, 24. 187, 3
Diogyris Thrax 431, 21

Diomedon unus e decem ducibus 14, 6
Dionysius Syracusanus maior 41,20. 187,4. 207,24. 284,6. 319, 4. 466, 1; eius mater 42, 11; eius sacrilegia 12, 3
Dionysius praecedentis filius (12, 25.) 171, 25. 319, 3
Diphilus tragoedus 282, 5
Dis pater 70, 11. 71, 6 et 15 et 23. 205, 20
Diues *u.* Licinius Crassus
Dodona 419, 11
Dolabella *u.* Cornelius
Cn. Domitius bouem habebat qui locutus esse fertur 27, 12
Cn. Domitius Ahenobarbus (cons. 122) censor (115) 102, 14. 444, 22
Cn. Domitius Ahenobarbus (cons. 96) tr. pl. (109 et 104) 299, 17; censor (92) 422, 6
Cn. Domitius Ahenobarbus a Sulla proscriptus in Africa a Cn. Pompeio occisus 281,10
L. Domitius Ahenobarbus praetor in Sicilia 288, 7
Cn. Domitius Caluinus (cons. 53 et 40) 401, 8
Doris Locrensis Dionysii maioris uxor 466, 14
Dotata *u.* Megullia
Dripetina (Tricipitina *codd.*) 609, 1; *u.* Drypetine
Drusus *u.* Claudius et Liuius
Drypetine Mitridatis filia 54, 19
C. Duellius (Duilius) consul (260) 141, 16. 343, 1
M. Duronius tr. pl. legem de coercendis conuiuiorum sumptibus abrogauit 100, 3
Dyrrachium 30, 28

Echecles Samius athleta 52, 2
Echecrates Pythagoreus 389, 2
Egeria dea 15, 3
Egnatius Mecenius (Metenius *Par.*) uxorem interemit quod bibisset uinum 289, 24
Elaea Asiae oppidum 116, 24
Eleates 131, 22
Elei 618, 12
Enna *u.* Henna
Ennius poeta 409, 26
Epaminondas Thebanus 127, 1. 151, 4
Ephesii 413, 20; *cf.* Diana
Ephialtes Atheniensis 160, 12
ephori a Theopompo instituti 173, 21
Epicurus philosophus 55, 10. 181, 11
Epidamnii 24, 27
Epidaurii 45, 3
Epidaurus 12, 14. 44, 27
C. Epidius Marullus tr. pl. (44) 260, 21
Epii (Helii *Par.*) gens Aetoliae 409, 3
Epimenides Cnosius 408, 29
Epiros 178, 9. 225, 16
Epirotae 608, 18; Epirotes uir 52, 6
Epirotica arma 184, 14
L. Equitius Ti. Gracchi filium se simulauit 119,12. 157, 1. 446, 3. 469, 19
equitum Rom. per urbem transuectio 66, 9
Equus saxum 58, 16
Er Pamphylius 51, 5
Erasistratus medicus 261, 28
Eretum uicus Sabinae regionis 70, 17
Erythraeum litus 275, 19
T. Etereius (Etherius *Par.*) eques Rom. inter usum ueneris absumptus 460, 10
Etpastus Hispanorum tyrannus 248, 14
Etruria 196, 5. 425, 15; disciplina sacrorum ab E. petita 2, 22; ludius ex E. arcessitus 69, 15
Etrusca disciplina 2, 11

Etrusci 46,23. 111,19. 129,23. 251, 8. 434, 1. 590, 3; *cf.* Tusci
Euander Arcas 66, 3
Euboeae coela 50, 2
Eucles olympionices 419, 15
Euclides geometres 405, 1
Eumenes (II) Asiae rex 61,24; *cf.* Attalus
Euphranor pictor 403, 1
Euporus C. Gracchi seruus 308, 1
Euripides poeta 138,1. 149,9. 461, 24
Europa 317, 26. 372, 18

Fabia familia 590, 24; gens 6,18. 139,18. 164,8. 268,11. (456, 25); Fabii 61, 5
Fabianae rei familiaris angustiae *u.* Fabius Maximus Verrucosus
Q. Fabius P. Rupilii consulis gener a socero prouincia decedere iussus 83, 20
Q. Fabius aedilicius Apolloniatarum legatis deditus 304, 11
C. Fabius Adrianus (Hadrianus *Par.*) Vticae uiuus combustus 452, 7
Q. Fabius Ambustus Maximi Rulliani pater ter consul et dictator 86, 32. 164, 4
C. Fabius Dorsuo 6, 15
Q. Fabius Labeo (cons. 183) 336, 1
Paulus Fabius Maximus (cons. 11) 589, 2
Q. Fabius Maximus Aemilianus Scipionis Africani minoris frater (cons. 145) 61, 11. 88, 14. (268, 11)
Q. Fabius Maximus Allobrogicus praecedentis filius (cons. 121 cens. 108) 139, 11. 312, 14. 350, 16. 415, 15. 444, 26
Q. Fabius Maximus Allobrogici filius degener 139, 12
Q. Fabius Maximus Gurges Rulliani filius (cons. 292 et 276 et 265) 63, 14 et (*errore*) 18. 164, 6. 182, 11. 260, 8
Q. Fabius Maximus Rullianus quinquies consul (322 et 310 et 308 et 297 et 295) 63, 12 et (*errore*) 18. 164, 3; magister equitum (325) 86, 18. 115, 19; censor (304) tribus urbanas instituit 66, 10; equitum transuectionem instituit 66, 9; Maximus cognominatus 66, 15; legatus filii sui 260, 6; eius funus 228, 22 (*ubi cum* Fabio Cunctatore *confusus uidetur*)
Q. Fabius Maximus Seruilianus (cons. 142 cens. 126) 272, 13
Q. Fabius Maximus Verrucosus Cunctator (cons. 233 et 228 et 215 et 214 et 209) dictator (221 et 217) 4, 8. 229, 4. 434, 30; augur 406, 14; eius filius 63, 18. 211, 5; Atilii Calatini socer 370, 9; Hannibalem ludificauit 343, 14; eius in patriam pietas 154, 4. 210, 26; Fabianae rei familiaris angustiae 211, 17; eius erga instituta publica reuerentia 63, 18; uafre factum 337, 24; eius funus 228, 22
Q. Fabius Maximus Cunctatoris filius consul (213) 63, 18. 211, 5
C. Fabius Pictor (cons. 269) 411, 14
N. Fabius Pictor (cons. 266) 182, 12
K. Fabius Vibulanus (cons. 484 et 481 et 479) 436, 13
M. Fabius Vibulanus (cons. 483 et 480) 251, 8
Q. Fabius Vibulanus praece-

dentis frater' (cons. 485 et 482) 251, 11
Fabricii 61, 5. 193, 4
C. Fabricius Luscinus consul (282 et 278 et 273) 47, 13; legatus ad Pyrrum missus 181, 4; iterum consul (278) 297, 22; censor (275) 99, 16; eius continentia 180, 20; eius paupertas 188, 29. 192, 11
Facula *u.* Cluuia
Falerii 296, 19
Falisci 296, 22. 297, 5; *cf. ad* 251, 8
Fannia Minturnensis 23, 6. 377, 6
A. Fannius 379, 19
Fannius Saturninus paedagogus 271, 27
fasti a Cn. Flauio uulgati 73, 5
Faucula *u. ad* 228, 5
M. Fauonius amicissimus M. Catonis 107, 1. 280, 21
Faustulus 66, 3. 587, 19
Faustus praenomen 589, 21; *u.* Cornelius Sulla
Febris templa 74, 17
Ferrugo *u.* Verrugo
Fertor *u.* Resius
C. Fescenninus *u. ad* 273, 27
fetiale ius 588, 8
fetiales 303, 28. 304, 13
Fidenae 345, 7
Fidenates 113, 1. 345, 22
Fides 304, 16 et 28; Fidei Publicae aedes 118, 27; fidei numen 302, 18
Figulus *u.* Marcius
filia matrem ubere aluit 247, 6
C. et L. Fimbria *u.* C. Flauius
Firmum Picenum 469, 19
Flacciana area 286, 7; *cf.* M. Fuluius Flaccus
Flaccus *u.* Fuluius et Valerius
Flamininus *u.* Quintius
Flaminius circus *u.* circus
C. Flaminius sequentis pater 246, 5
C. Flaminius Nepos tr. pl. (228) 245, 29; mag. eq. (221) 4, 9; consul (223 et 217) 27, 13
L. (*immo* C.) Flaminius consul (187) 303, 26
Flauia mulier nobilis prostituta 424, 9
Flauius Lucanus hospes perfidus 29, 3
C. Flauius eques Rom. 379, 26
Cn. Flauius ius ciuile et fastos uulgauit 73, 3; aedilis cur. factus 73, 5. 435, 25 (*ubi falso praeturam adeptus esse dicitur*); eius pater libertinus 73, 3
M. Flauius tr. pl. de Tusculanis puniendis retulit 451, 18
Q. Flauius accusatoris sui culpa absolutus 369, 13
C. Flauius Fimbria consul (104) 323, 25 (*ubi perperam* L. *codd.*). 380, 22
C. Flauius Fimbria Marianus 453, 24
Florales ludi 106, 25
Formianus 281, 3
Fortuna 49, 10. 50, 12. 214, 19; F. equestris 10, 16; F. Muliebris 46, 16. 227, 22; F. Praenestina 17, 2
forum boarium 27, 5. 72, 12; Romanum (73, 17.) 254, 4. 315, 17. (423, 18)
frater a fratre bello ciuili occisus 252, 21
Fregellani ad deditionem (125) compulsi 95, 13
Mettius Fufetius Albanorum dux 345, 11. 587, 24
fugitiuorum bellum 83, 20. 87, 6. 183, 5. 313, 29
Fuluia Clodii uxor (139, 23); *u. ad* 362, 11
Fuluiana stola 139, 23
A. Fuluius senatorius filium Catilinae socium interfecit 265, 9

Q. Fuluius mitis erga filium suspectum 266, 23
M. Fuluius Bambalio *u. ad* 362, 11
Fuluius Flaccus seruum habebat fidissimum 380, 4
Cn. Fuluius Flaccus triumphi honorem spreuit 95, 5
Cn. Fuluius Flaccus a fratre Quinto censore (231) senatu motus 84, 3
M. Fuluius Flaccus tr. pl. (281) 91, 27
M. (Q. *codd.*) Fuluius Flaccus consul (264) 72, 12
M. Fuluius Flaccus consul (125) 441, 3; cum C. Graccho interemptus 286, 5; *cf.* Flacciana area
Q. Fuluius Flaccus (cons. 237 et 224 et 212 et 209) censor (231) 84, 3; Capuam obsedit 67, 17. 228, 2; Capuam cepit et perfidiam Campanam uindicauit 95, 12. 125, 5. 153, 6; eius (?) uxor Sulpicia 418, 2
Q. Fuluius Flaccus (cons. 179) censor (174) 10, 14; eius mors (172) 10, 19; duo eius filii 10, 19
(Ser. Fuluius Flaccus praecedentis filius (cons. 135) grauiter affectus 10, 21)
M. Fuluius Nobilior (Flaccus *codd.*) (cons. 189) censor (179) 175, 5
Alius Fumusilleaticus 588, 5
Furius praediator 404, 11
Furius ab Antonio ad occidendum D. Brutum missus 206, 25. 464, 12
P. Furius tr. pl. (100) 372, 26
L. Furius Bibaculus praetor 5, 18; eius pater collegii Saliorum magister 5, 20
Cn. Furius Brocchus in adulterio deprehensus 275, 13
M. Furius Camillus censor (403) 98, 7; Veiorum expugnator 46, 6. 257, 3; Falerios circumsedet 296, 19; in exilium missus 234, 22; contra Tusculanos missus 344, 1; eius moderatio 163, 5; pia precatio 21, 23; eius filius mortuus 235, 2
P. (L. *codd.*) Furius Philus (cons. 223) censor (214) 101, 24
P. Furius Philus consul (136) 146, 13
furuae hostiae 71, 7 et 17

Gabii 346, 3
Gabini 346, 21
A. Gabinius 426, 19; consul (58) 176, 7; repetundarum reus 176, 5. 367, 13; Gabiniani milites 170, 11
gabinus ritus 6, 19
Gaditanus *u.* Arganthonius
Gaia praenomen 591, 8
Gaius unde dictus 590, 14
Galba *u.* Sulpicius
Galli 5, 31. 6, 17. 14, 11. 21, 11. 113, 7. 114, 2. 146, 7. 163, 8. 257, 6. 285, 9. 346, 26. 456, 25; Gallus 415, 24; Gallorum mos 79, 24
Gallia 8, 25. 27, 7. 78, 8. 146, 26; Galliae 151, 18
Gallicus ager 245, 31; peregrinatio 147, 1; praeda 411, 5 (Labieni); uictoria 163, 12 (Camilli). 312, 14 (Allobrogici)
Q. Gallius a Cicerone defensus 399, 6
Gallograeci 276, 4
Gallus Matris magnae 361, 5
Gallus *u.* Sulpicius
Gaurus spado Mitridati auctor Romanorum necandorum 431, 19
Gelensium equites 214, 17
Γελλίας u. ad 214, 1

C. Gellius (*alii* Gallius) in adulterio deprehensus 275, 9
L. Gellius Publicola (cons. 72) censor (70) 265, 26; eius filius (cons. 46) 265, 27
Gelo (Hiero 476, 20) tyrannus Syracusanorum 12, 10. 129, 3
Gemellus tribunicius uiator 424, 4
Geminus *u.* Maecius
Gemoniae scalae 287, 11. 315, 16
Gentius rex 130, 17
Genua 28, 12
Genucius Matris magnae Gallus 361, 4
Genucius Cipus praetor 254, 8
Germania 251, 22
Germanica tropaea 62, 25
Germanicus *u.* Claudius Drusus
Geta *u.* Licinius
Gillias (Callias *Par.*) Acragantinus 214, 1
gladiatorium munus primum Romae 72, 11
Glaucia *u.* Seruilius
Gnaeus praenomen 590, 7
Gobryas Darei socius *u. ad* 125, 24
Gorgias Epirotes 52, 6
Gorgias Leontinus Isocratis praeceptor 408, 3. 419, 1
Gracchana seditio 278, 20. 526, 11; tumultus 3, 4
Gracchus *u.* Sempronius
Graecia 32, 15. 62, 17. 78, 8. 97, 9. 122, 13. 127, 13. 178, 15. 200, 9. 205, 19. 212, 28. 229, 26. 240, 24. 241, 3. 242, 9. 258, 11. 276, 1. 301, 8. 330, 22. 388, 1. 419, 4. 423, 9. 439, 19. 443, 3. 453, 7; eius consuetudo 64, 5 (*cf.* 78, 8); mos 12, 18; Graecia maior 388, 6
Graeci 110, 20; eis responsa a Romanis latine data 62, 13; *adi.* actiones 62, 29; doctrina 295, 7; femina pudicitia excellens 275, 17; (gens ad fingendum parata 205, 24); industria 386, 14; libri 384, 21; libri de disciplina sapientiae Romae (181) reperti 7, 8; lingua 385, 22; litterae 384, 13; mos 2, 24; pronuntiatio 345, 4; sermo 220, 22; uersus 23, 28. 39, 21; *adu.* 388, 5. 589, 26
Graius sanguis 42, 14. 317, 24
Granius Puteolorum princeps 437, 24
Gratia 569, 13 (*at cf.* 402, 6)
M. Gratidius legatus C. Marii a Sullae militibus trucidatus 447, 14
Gryllus Xenophontis filius 269, 24
Gyges rex Lydiae 321, 19
gymnosophistae 506, 27
Gytheum Lacedaemoniorum oppidum nauale 301, 17

Hadrianus *u.* Fabius
Hadriaticum mare 448, 26
Hamilcar Karthaginiensium dux 42, 16
Hamilcar Barcas Hannibalis pater 303, 12. 438, 14
Hammon *u.* Iuppiter
Hannibal Gisconis filius a Duilio uictus 343, 1
Hannibal Hamilcaris filius 27, 14. 29, 8. 38, 20. 91, 14. 102, 3. 116, 11. 120, 16. 143, 13. 148, 23. 151, 12. 153, 7. 154, 6. 158, 8. 164, 26. 211, 3. 226, 2 et 6. 229, 8. 238, 31. 244, 19. 256, 5. 304, 22. 305, 2. 323, 18. 325, 4. 332, 19. 343, 14. 347, 12. 349, 15. 354, 25. 417, 29 (*ubi cum Hasdrubale confusus*). 422, 17. 424, 25. (427, 15.) 430, 24. 438, 19. 443, 10. 445, 20. 449, 11

Hanno Karthaginiensium dux pro Olbia fortissime dimicans occidit 217, 29
Hanno Karthaginiensium dux primo bello Punico certus Romanorum aestimator 303, 14
Hanno princeps factionis Hannibali inimicae 332, 12
Harma locus in Boeotia 608, 6
Harmodius interfector Hipparchi 107, 17
Harmonia Gelonis regis filia 129, 5
haruspices *u.* aruspices
Hasdrubal primo bello Punico Karthaginiensium dux Regulum cepit 8, 1
Hasdrubal Hamilcaris gener et successor a seruo interfectus 134, 7
Hasdrubal Gisconis filius Syphacis amicitiam petiit 319, 13
Hasdrubal Hannibalis frater 146, 6. 166, 17. 347, 13. 434, 29
Hasdrubal dux tertio bello Punico a Scipione uitam impetrauit 128, 24; eius uxor flammis se et filios immisit 128, 24
Haterius (Haturius 482, 12) Rufus eques Rom. 38, 7
Hegesias Cyrenaicus philosophus 397, 23
Helena 150, 4
Helenus regis Pyrri filius 225, 14
Helice urbs in Achaico litore 609, 29
Heliconii colles 34, 1
Heliorum gens 571, 14; *u.* Epii
Hellanicus Lesbius 409, 3
C. Heluius Cinna tr. pl. (44) 450, 5
Heluius Mancia Formianus libertini filius 281, 3
Henna Siciliae urbs 3, 5. 460, 21
Hephaestio Alexandri Magni amicus 209, 5
Heptachordus *u.* Valerius
Heraclides Syracusanus Dionis amicus 161, 1
Hercules 9, 11
Herculis liberi (= Heraclidae) 239, 25
Herculis portus Liguriae oppidum 28, 9
Herennius Pontius Samnitium dux 332, 24
Herennius Siculus aruspex C. Gracchi amicus 459, 18
Lar Herminius (cons. 448) 589, 19
Hermocles Pausaniae auctor interficiendi clari uiri 413, 8
Herodotus 408, 27
Herophilus medicus C. Marium auum sibi uindicauit 469, 23
(Herostratus 413, 16)
Hetereius *u.* *ad* 460, 10
Hiero Syracusarum rex 213, 16
Hiero (alter) Siciliae rector 407, 12
Hieronymus tyrannus 133, 15
Himera Siciliae oppidum 41, 21
Himeraea femina *u.* *ad* 41, 21
Himeraei 42, 6
(Hipparchus Pisistrati filius 223, 28)
(Hippias Pisistrati filius 223, 28)
Hippo femina Graeca 275, 17
Hippoclides Epicuri discipulus 55, 8
A. Hirtius (cons. 43) 231, 8
Hispalus *u.* Cornelius
Hispania 25, 19. 28, 5. 82, 14. 96, 6. 105, 16. 113, 17. 117, 14. 121, 16. 142, 19. 146, 16. 148, 21. 177, 21. 183, 17. 191, 25. 219, 10. 233, 9. 248, 10. 287, 14. 293, 3. 294, 28. 304,

20. 367, 2. 417, 2. 423, 2. 429, 26. 437, 9. 438, 20. 440, 2. 448, 15. 457, 1. 470, 3; horrida et bellicosa prouincia 423, 10; Scipioni Aemiliano sine sorte prouincia data 415, 18; Catonis censorii oratio pro Hispania (Lusitanis) 367, 3. 384, 13; Hispaniae ab Hannibale dereptae populo Rom. 151, 17; a P. Scipione Africano maiore reciperatae 95, 25
Hispanorum fratrum pietas 248, 8
Hispanus exercitus 16, 18; sagulum 220, 12
hister ludius appellabatur apud Etruscos 69, 19
histrio 9, 8. 69, 20. 386, 13; histriones 468, 2
Homericum 23, 30
Homerus 150, 11 et 13. 395, 5. 461, 21; Homericum praeconium 410, 7
Honori templum dicatum 5, 4; Honoris simulacrum 5, 12
M. Horatius Curiatiorum uictor 288, 20. 366, 16
Horatius Cocles 111, 20. 204, 1
M. Horatius Puluillus (cons. 509) 267, 27
Hortensia Q. Hortensii oratoris filia 379, 4
Hortensiana eloquentia 379, 12
L. Hortensius tr. pl. (422) 298, 11
Q. Hortensius orator 139, 30. 266, 7. 379, 4. 381, 9. 398, 19. 439, 21; *cf.* Hortensiana eloquentia
Q. Hortensius praecedentis filius 266, 9
Q. Hortensius Corbio oratoris nepos 140, 3
Hostilia curia 441, 22
Tullus Hostilius 135, 3. 345, 6. 366, 17. 458, 8
C. Hostilius Mancinus (cons. 137) 28, 3. 82, 27
Hostus praenomen 589, 13
Hybreas Mylasenus concitatae facundiae orator 468, 24
Hybrida *u.* Varius
Hymettius mons 33, 24; columnae 422, 7
Hypsaeus *u.* Plautius
Hypsicratea Mitridatis uxor 199, 25

Ianiculum 6, 1. 7, 4
Ianuarius Nepotianus 592, 3
Iason Argonauta 200, 13
Iason Pheraeus 52, 14. 452, 24
Idaea mater *u.* Mater deum
Illyricum 10, 20
Illyricum bellum 24, 27
Illyricus tractus 409, 8
imperatoris nomen bello ciuili non datum 96, 19
Indi 408, 29; Indorum feminae 80, 25; eorum patientia 133, 26; Indus uir 54, 1
Indibilis Celtiber 178, 1
Indicus Liberi patris triumphus 142, 7; rogus 81, 11
Intercatia Hispaniae oppidum 113, 18
Iones 75, 7
Iophon Sophoclis filius 392, 23
Ios insula 461, 22
Iphigenia 403, 9
Isauricus *u.* Seruilius
Isiacus 338, 11
Isidis fanum 17, 12
Isocrates 391, 15. 408, 3
Isthmicum spectaculum 212, 28
Italia 17, 7. 29, 11. 39, 1. 41, 28. 72, 18. 86, 8. 91, 3. 93, 5. 101, 26. 151, 23. 153, 8. 156, 13. 175, 24. 180, 13. 256, 6. 279, 2. 292, 10. 323, 19. 343, 17. 347, 12. 353, 14. 388, 5 et 26. 410, 3. 427, 17. 441, 5. 445, 25. 449, 14. 470, 9. 587, 17

Italicum bellum 250, 3. 287, 21; sanguis 277, 22; seueritas 69, 27
D. Iubellius tr. mil. Regium occupauit 91, 25
T. Iubellius Taurea Campanus 125, 9
Iudaei 17, 9
Iugurtha 83, 10. 313, 4. 316, 7. 351, 2. 410, 22
Iugurthinum bellum 83, 1; Iug. triumphus Marii 142, 6
Iulia gens 251, 18; *cf. ad* 271, 3; Iuliae idus 66, 9
Iulia Sulpiciae mater Cornelii Lentuli Cruscellionis socrus 306, 11
Iulia C. Iulii Caesaris filia Cn. Pompei uxor 198, 21. 221, 27
Iulia (Liuia Augusta) Tiberii et Drusi mater (179, 1. 251, 21.) 271, 3
Iulis insulae Ceae oppidum 78, 11
Vopiscus Iulius 589, 1
C. Iulius Caesar Strabo 149, 1. 237, 12. 429, 3 (*ubi cum fratre Lucio confusus*)
C. Iulius Caesar 34, 25. 117, 31. 283, 15. 308, 19; dictator perpetuus a praedonibus exceptus 316, 16; Cn. Dolabellam accusauit 396, 11; consul (59) 106, 20; iterum consul (48) 378, 22; in Britannia militauit 123, 9; cum Pompeio bellum 30, 27. 49, 17. 157, 13. 448, 20. 454, 13; Pompeium apud Pharsalum uicit 23, 16. 195, 12; corpus occisi aspexit 221, 26; Ateguam obsedit 429, 26; proeliatus est apud Mundam 356, 8; in hortos suos populum admisit 470, 3; Caesetium iussit filium abdicare 260, 18; eius statua Trallibus constituta 31, 15; augurium et praesagium ante caedem 31, 21. 401, 5; in curia trucidatus 195, 19; eius funus 450, 5; apparet Cassio in acie Philippensi 48, 25; Caesaris fortitudo 119, 25. 120, 7; militum eius fortitudinis exempla 122, 6 et 16. 123, 9; eius aequitas 471, 15; eius mansuetudo 282, 26; eius filia Iulia 198, 21. 221, 27; *cf.* Caesarianus
L. Iulius Caesar (cons. 90) consularis et censorius a Sulla trucidatus 429, 3; *cf.* Iulius Caesar Strabo
Iulius Paris 473, 5
D. Iunius Brutus (cons. 77) Antonii iussu interfectus 206, 18. 464, 11; *cf.* Brutiana ultio
L. Iunius Brutus primus consul (509) 188, 7. 253, 10. 334, 11; filios securi percuti iussit 263, 8; eius pater 334, 14
M. Iunius Brutus (cons. 178) tr. pl. (195) legem Oppiam defendit 421, 13
M. Iunius Brutus (tr. pl. 83) sequentis pater a Pompeio interfectus 281, 13
M. Iunius Brutus interfector Caesaris 20, 4. 23, 26. 34, 18. 117, 30. 199, 9. 205, 2. 222, 8. 294, 18. 338, 14. 450, 19
T. (*alii* P.) Iunius Brutus tr. pl. (195) legem Oppiam defendit 421, 13
C. Iunius Brutus Bubulcus (cons. 317 et 313 et 311) censor (307) 98, 21. 411, 15
D. Iunius Brutus Callaecus (cons. 138) 294, 28. 410, 10
D. Iunius Brutus Pera sequentis filius (cons. 266) 72, 13
M. Iunius Brutus Pera 72, 13
M. Iunius Brutus Pera praecedentis filius (cons. 230) dictator (216) 72, 13. 354, 2

L. Iunius Pullus consul (249) 19, 7
D. Iunius Silanus filius naturalis T. Manlii Torquati 263, 28
Iuno 9, 6. 11, 20. 57, 21. 248, 23; Iuno Capitolina 271, 2; Lacinia 10, 15. 56, 5; Moneta 46, 7. 285, 18; regina 268, 22
Iuppiter 1, 17. 9, 7. 15, 8. 16, 3. 30, 26. 36, 9. 37, 5. 38, 25. 41, 26. 57, 20. 73, 21. 145, 5. 164, 18. 176, 1. 202, 27. 252, 4. 267, 27. 268, 22. 347, 6 et 10. 388, 16. 403, 4. 414, 17. 459, 14; Capitolinus 15, 7; Dodonaeus 608, 23; Feretrius 112, 23 et 26. 113, 9 et 15; Hammon 419, 12. 442, 23; Olympius 12, 9. 150, 14. 269, 19; Sabazius 17, 9
ius ciuile a Cn. Flauio uulgatum 73, 1
ius fetiale 588, 8
ius praediatorium 404, 10
Iustuleius Cn. Pompei praefectus 122, 18
Iuturnae lacus 44, 18
M'. Iuuentius Thalna consul (163) 458, 24

Karthaginienses 8, 12. 9, 5. 12, 11. 102, 9. 105, 17. 142, 21. 158, 20. 164, 30. 215, 11. 217, 29. 229, 18. 258, 18. 303, 27. 304, 2. 305, 7. 314, 28. 325, 27. 431, 1; bellum cum Agathocle gesserunt 349, 3; classem Romanis bello aduersus Pyrrum in praesidium miserunt 148, 14; Hannibalem in exilium miserunt 238, 31; bello presserunt Masinissam 233, 4; eorum senatus 92, 7. 443, 18; eorum crudelitas 430, 14; eorum perfidia in Xanthippum 445, 12; *cf.* Poeni
Karthago 8, 6. 17, 23. 42, 16. 54, 24. 56, 24. 96, 5. 105, 19. 140, 21. 144, 26. 148, 18. 184, 3. 235, 12. 236, 6. 312, 4. 323, 15. 335, 14. 343, 5. 349, 11. 438, 26. 459, 4; Syphacis amicitiam petiit 319, 13; a Romanis oppressa 9, 22. 154, 23; deuicta et capta 88, 28. 128, 24. 219, 26. 279, 7. 332, 22; Catonis consilio deleta 415, 2; deleta Scipioni cognomen dedit 82, 13; contentio inter eam et Cyrenas 258, 14; maior *dicta* (*opp.* Karth. Noua) 177, 21; insolentissima 190, 3
Karthago Noua 177, 21. 455, 22
Κατωβασίλεια 23, 21
Κολωνός 392, 21
Κρονίων 150, 20

Labienus *u.* Atius
Lacedaemon 33, 1. 127, 2. 173, 21. 200, 9. 239, 6. 387, 22; *cf.* Sparta
Lacedaemonia classis 159, 20
Lacedaemonii 16, 9. 75, 28. 92, 14. 126, 18. 196, 15. 201, 2. 290, 28. 295, 28. 301, 17. 332, 4. 618, 15; Lacedaemonius 8, 2. 445, 12; *cf.* Spartani
D. Laelius tr. pl. (54) 367, 27
C. Laelius Scipionis Africani maioris familiaris (cons. 190) 250, 26. 319, 17
C. Laelius Sapiens praecedentis filius Scipionis Aemiliani amicissimus (cons. 140) 202, 23. 207, 8 (*ubi perperam* D. *pro* C.). 394, 8
Laenas *u.* Popilius
Laetorius C. Gracchi amicus 203, 19
M. Laetorius Mergus tr. mil. 274, 13
Laetorius *u.* *ad* 437, 1
Laeuinus *u.* Valerius

Lamia *u.* Aelius
Lamii 571, 18; *u.* Latmiorum insula
Lampsacena urbs 341, 13; Lampsacus 341, 19
Laodice Antiochi II uxor 452, 16. 468, 17
Laodice (Laudicia *Nep.*) uxor Mitridatis 54, 20
Lar praenomen 589, 18; *u.* Herminius et Porsenna et Tolumnius
lares familiares 70, 8. 589, 18
Larisa Thessaliae oppidum 195, 12
Laterensis 376, 9
Latini 35, 6. 89, 3. 109, 8. 120, 25. 292, 1. 436, 4; Latini et socii 109, 17; *adi.* annales 464, 1; bellum 35, 15. 85, 19. 255, 9; libri de iure pontificum Romae (181) reperti 7, 7; lingua 386, 15; litterae 32, 11. 137, 11. 384, 15; tumultus 311, 21; uia 46, 17; uox 62, 17
T. Latinius homo ex plebe 36, 8
Latium 86, 8. 109, 9
Latmiorum (Lamiorum *Par.*) insula incerta 409, 12
Laudicia 609, 1; *cf.* Laodice
Lauinium Latii oppidum 28, 6. 48, 13
Laurentina uia 382, 3
Laurentum Latii oppidum 394, 12
lectisternia 71, 8
Leda 150, 11
legio tertia 120, 22; decuma 122, 6; Martia 120, 7
Lemniorum insula 200, 14
Lentulus *u.* Cornelius
Leonicus Mitridatis salutis defensor 232, 11
Leonidas 33, 7. 126, 5
Leontinus *u.* Gorgias
Lepidus *u.* Aemilius
Leptines mathematicus 261, 27
Λητώ *u.* Apollo
Letus mons 24, 14
Leuctra Boeotiae oppidum 127, 4
Liber pater 58, 24. 142, 7. (215, 9)
Libo *u.* Scribonius
Licinia Claudii Aselli uxor 289, 16
Licinius Bucco senator 378, 14
C. Licinius Caluus orator et poeta 459, 25
Licinius Crassus Diues P. Licinii Crassi Diuitis (cons. 97) nepos decoctor cognominatus 315, 4
L. Licinius Crassus orator Q. Scaeuolae gener 195, 7. 394, 13 (*ubi* P. *codd.*); consulatum petens 195, 4; consul (95) 416, 6; pro cons. Galliae 146, 24; censor (92) 422, 6; Cn. Carbonem accusauit 300, 5; Sergium Oratam defendit 420, 18; testis in M. Marcellum 381, 1; eius libere dictum 278, 12
M. Licinius Crassus a Parthis deuictus (cons. 70 et 55) 30, 4. 314, 10; heres L. Minucii Basili 439, 21
P. Licinius Crassus Diues (cons. 205) pontifex maximus (212) 4, 11. 312, 8
P. Licinius Crassus Mucianus quaestor (153) 61, 14; consul (131) cum Aristonico bellauit 116, 21. 139, 7. 385, 20
Licinius Cyriacus 473, 5
L. Licinius Damasippus (praet. 82) 429, 17
C. Licinius Geta (cons. 116) censor (108) 102, 14
C. Licinius Hoplomachus 382, 16
C. Licinius Lucullus consul (151) 105, 15. 113, 18. 233, 8

L. Licinius Lucullus (cons. 74) (72, 8.) 364, 3. 381, 8; eius frater *u.* Terentius
M. Licinius Lucullus eius qui bellum Mitridaticum gessit filius ab Antonio occisus 205, 1
C. Licinius Macer Calui pater praetorius interiit (66) 459, 24
C. Licinius Sacerdos eques Rom. 167, 16
C. Licinius Stolo consul (364 et 361) 69, 2; lege sua agraria condemnatus 383, 6
Ligures 91, 6. 146, 8
Liguria 24, 13. 151, 18
Lilybaeum Siciliae promunturium 54, 24
Liparae insulae 314, 24
Liparensis 476, 30
Liparitana obsidio 83, 24
Liparitani 13, 1
Liternina uilla Scipionis 104, 3
Litorius e gente Epiorum 409, 6
lituus Romuli 50, 10
Liuia Augusta *u.* Iulia
Liuia (Siluia *Par.*) Rutilii uxor 407, 5
Liuius poeta 69, 22
T. Liuius historicus 56, 15
C. Liuius Drusus ICtus 385, 5
M. Liuius Drusus Catonis auunculus tr. pl. (91) 109, 7. 441, 14
M. Liuius Salinator Hasdrubalis uictor (cons. 219 et 207) 100, 16. 146, 5. 166, 16. 175, 12. 325, 4. 347, 16. 434, 29
Locrenses 11, 12. 16, 11. 301, 26; Locrensis (femina) 466, 14
Locri oppidum 10, 22. 12, 6. 389, 2
Cn. Lollius IIIuir noct. 373, 16
M. Lollius Palicanus (tr. pl. 71) 154, 28
Longinus *u.* Cassius
Longus *u.* Sempronius
Lucani 28, 20. 47, 11. 226, 9. 347, 18
Lucania 479, 27
Lucanus eques 337, 27
Lucia praenomen 591, 8
Lucii unde dicti 590, 1
Lucretia Sp. Lucretii Tricipitini (cons. 509) filia 271, 9
Lucretius aed. pleb. Ti. Gracchi corpus in Tiberim abici iussit 19, 28
Q. Lucretius a IIIuiris proscriptus 306, 3
Hostus Lucretius Tricipitinus (cons. 429) 589, 15
Sp. Lucretius Tricipitinus (cons. 509) 162, 21
Lucrinus lacus 420, 14
Luculli 72, 8
Lucullus *u.* Licinius et Terentius
Lucumones Etrusci 590, 2
ludi Apollinares 282, 5; circenses 9, 6. 36, 10. 69, 9; Florales 106, 25; nocturni 71, 8; plebei 36, 5; saeculares instituti 70, 2; ludorum scaenicorum origo 69, 1; eorum lautitia 71, 27
ludius ex Etruria arcessitus 69, 15
Lupercalia 65, 25
Lupus *u.* Cornelius Lentulus et Pontius
Lusitani 337, 6. 367, 1. 423, 12; Lusitanae manus 430, 9
Lusitania 15, 12. 294, 29. 444, 17
C. Lusius tr. mil. filius sororis C. Marii 275, 4
Lutatia gens 428, 17
C. Lutatius Catulus consul (242) 93, 31
Q. Lutatius Catulus Cimbrorum uictor (cons. 102) 264, 27. 286, 8. 459, 5
Q. Lutatius Catulus consul

(78) 71, 27. 72, 7. 96, 26. 312, 18. 417, 10
Q. Lutatius Cerco (cons. 241) confector primi belli Punici 17, 1. 297, 1
M. Lutatius Pinthias eques Rom. 324, 1
Lycii 80, 21. 81, 10
Lycon Molossus 224, 22
Lycurgus 16, 9. 75, 1. 239, 5. 332, 5
Lydi 69, 17
Lydia 321, 20
(Lyncestis Macedoniae flumen 56, 7)
Lysias orator 295, 9
Lysimachus Alexandri Magni dux postea rex Thraciae 284, 23. 438, 9
Lysippus sculptor 401, 25

(Macareus Perinthius 402, 8)
Macedones 53, 19. 161, 7. 225, 12. 259, 14. 264, 1. 330, 16. 339, 19; Macedo 331, 2; Macedo miles 222, 24
Macedonia 39, 12. 56, 7. 105, 1 et 9. 194, 7. 212, 27. 222, 18. 263, 27. 352, 9. 421, 12. 461, 25; Macedoniae mos 131, 1
Macedonicum bellum 44, 7. 216, 10; cultus 442, 24; mores 331, 3. 442, 24; opes 182, 4; pugna (*i. e.* Philippensis) 24, 9; triumphi 105, 5; uictoria (*i. e.* Pauliana uictoria) 279, 7
Macedonicus *u.* Caecilius Metellus
Macer *u.* Licinius
Maecia tribus 101, 8
Geminus Maecius dux Tusculanorum 85, 20
Sp. Maelius ab Ahala occisus 237, 2. 285, 28
maenianum 459, 26
P. Maenius in libertum suum seuerus 272, 3
Maesia (Maesta *Par.*) Sentinas 378, 7
Maeuius Augusti centurio 157, 20
magi 125, 25. 340, 9. 387, 18. 432, 24; a Xerxe consulti 33, 5
magistratuum Rom. abstinentia 65, 11; eorum instrumenta 65, 7
P. Magius Chilo M. Claudium Marcellum interfecit 454, 12
Mago Hannibalis frater 29, 4. 332, 13
Maharbal Himilconis filius 443, 13
Maleuentanus *u.* Otacilius
Cn. Mallius Maximus consul (105) 67, 9
Mamilius Octauius Tusculanorum dux 44, 2
Mancinus *u.* Hostilius
Mandane Astyagis filia 41, 9
Manes dii 35, 19
Manii unde dicti 590, 3
M'. Manilius (cons. 149) pro cons. Africae 233, 14
C. Manilius Crispus (tr. pl. 67) auctor legis de bello Mitridatico 279, 18
L. Manlius (188) Karthaginiensibus deditus 303, 27
M. Manlius Capitolinus (cons. 392) 285, 9
L. Manlius Imperiosus sequentis pater (dict. 363) 245, 2. 311, 16
T. Manlius (Mallius 602, 14) Imperiosus Torquatus (cons. 347 et 344 et 340) a patre rus relegatus 245, 6. 311, 14; Pomponium coegit a patris accusatione desistere 245, 7; Gallum ducem interemit 113, 12; tertium consul (340) 35, 15 (*cf.* 292, 5); eius seueritas in filium 85, 3. 264, 20. 311, 19. 436, 7; redux ex bello Latino 436, 3

T. Manlius praecedentis filius 85, 19. 311, 19. 436, 7
T. Manlius Torquatus (cons. 235 et 224) 292, 5 (*ubi non solum cum* Torquato cons. 340, *sed etiam cum huius filio confusus est*). 292, 14
T. Manlius Torquatus D. Silani pater (cons. 165) 263, 23
Cn. Manlius Vulso consul (189) 276, 5
Mantinea 127, 5. 269, 25
manus (= bonus) 590, 4
Marathon 240, 14. 242, 10. 411, 29
Marcelli 61, 5
Marcellus *u.* Claudius
Marci unde dicti 590, 15
Ancus Marcius rex 25, 14. 179, 8. 589, 25
L. Marcius eques Rom. trib. mil. (*immo* primi pili centurio) P. et Cn. Scipionibus in Hispania exstinctis dux creatus 25, 18. 89, 25. 417, 26
L. (P. *Par.*) Marcius tr. pl. (62) legem de iure triumphandi tulit 93, 21
L. Marcius Censorinus (cons. 149) censor (147) 314, 17
Cn. Marcius Coriolanus 46, 18. 179, 8. 227, 11. 235, 22. 243, 16
C. Marcius Figulus consul (162 et 156) 3, 25. 435, 16
C. Marcius Figulus praecedentis filius 435, 13
L. Marcius Philippus consul (91) 278, 9. 441, 16; censor (86) 406, 20
Q. Marcius Philippus consul (186 et 169) 289, 7
Q. Marcius Rex consul (118) 269, 2; eius filii mors 269, 3
C. Marcius Rutilus Censorinus (cons. 310) iterum censor (265) 163, 17
Marea *u. ad* 388, 24
Mareotis *u. ad* 388, 24
Mariana gloria 459, 11; monumenta 37, 5 (aedes Iouis). 74, 19. 190, 29; mucrones 395, 25
C. Marius (cons. 107 et 104 et 103 et 102 et 101 et 100 et 86) 62, 24. 97, 3. 110, 12. 184, 24. 255, 6. 469, 24; eius incrementa 315, 19 sqq.; sub Africano minore apud Numantiam stipendia meruit 416, 13; consul (107) bello Iugurthino 312, 28. 410, 23; Teutonorum uictor 276, 20. 316, 8; sextum consul (100) 119, 15; Saturninum oppressit 382, 23. 446, 5; prouincia Asia ei decreta 447, 12; hostis iudicatus 23, 5. 156, 5; Minturnis clausus 23, 4. 106, 1. 377, 18; eius funus 453, 26; eius cineres a Sulla eruti 428, 25; Ciceroni per somnum oblatus 36, 28; capite censos milites legit 66, 23; eius triumphi 144, 7; eius crudelitas 429, 1. 459, 6; insolens factum 142, 5; grata mens 230, 16; iustitia 275, 3. 377, 5; religio simulata 16, 16; *cf.* Marian*us*
C. Marius praecedentis filius (cons. 82) 307, 13. 355, 22
M. Marius Gratidianus praetor a Sulla occisus 428, 16
T. Marius Vrbinas ab Augusto ad summos castrenses honores perductus 364, 14
Mars 3, 16. 47, 9. 86, 12. 152, 5. 298, 1. 323, 5
(Martha *u.* Syra mulier)
Martius campus 70, 18. 427, 20; certamen 3, 15; idus 401, 7; legio 120, 7; mensis 590, 15
Marullus *u.* Epidius
Masinissa rex 11, 18. 105, 17. 216, 11. 220, 7. 232, 23. 325,

25. 407, 12. 465, 7; eius 54 filii 233, 13
Massilienses 122,8; eorum instituta 76, 22 sqq. 79, 18; eorum senatus 77, 25
Mater deum 3, 7. 50, 13. 68, 22. 415,8; mater Idaea 351, 3; Mater magna 361, 4
matronae 58, 19; earum honos 227, 16
Mauritania 325, 31
Mausolus rex 199, 17
Maximus *u.* Fabius et Valerius
Mecennius *u.* Egnatius
Medi 41, 11. 609, 19
Mediolanum 471, 19
Megara 48, 3. 171, 25
Megullia Dotata 192, 9
Melissa Carneadis philosophi amica 389, 24
Melita insula 11, 19
Memmia lex 148, 7
C. Memmius L. Octauium adulterum pernis contudit 275, 10
C. Memmius (tr. pl. 111) repetundarum reus 380, 21
C. Memmius (tr. pl. 54) accusator A. Gabinii 367, 15
Memphites Ptolomaei Physconis filius 432, 7
Menelaus 403, 11
Menenius Agrippa (cons. 503) 188, 17. 567, 19
L. Menenius Agrippa Aebutiae maritus 362, 17
Menogenes Pompei Strabonis cocus ei simillimus 467, 16
Menogenes scaenicus M. Messalae simillimus 468, 7
Mercurius 79, 8. 437, 1
Merula *u.* Cornelius
Messala *u.* Valerius
Messalla *u. ad* 68, 11
Messana 83, 25
Messenius *u.* Aristomenes
C. Messius (tr. pl. 57) aed. ludos Florales fecit 106, 25
Metapontini *u. ad* 418, 21
Metapontus 170, 21. 388, 9
Metaurum flumen Vmbriae 347, 21
Metellus *u.* Caecilius
Methymnus Masinissae regis filius 407, 28
Mettius *u.* Fufetius
Mettus *u.* Curtius
Midas rex Phrygiae 33, 9 et 18. 34, 6
Milesia Ceres 13, 10; regio 173, 1
Milesii 173, 13
Miletus 13, 10
milites Rom. arma tractare docti 67, 8
Milo Crotoniates 462, 24
Miltiades 240,13. 242,15. 248, 2. 411, 29
mimae 106, 26; mimorum argumenta obscena 77, 4; mimi Sophronis 389, 7
Minerua 14, 3. 16, 6 et 11. 34, 12. 57, 21. 110, 27. 242, 23. 268, 23. 411, 21
Minos Cretensium rex 16, 1. 239, 23
Minturnae 23,6. 106,4. 377,20
Minturnenses 106, 12; Minturnensis 377, 6
L. Minucius Basilus 439, 18
L. Minucius Esquilinus Augurinus consul (458) 85, 28. 228, 15
L. Minucius Mirtylus (188) Karthaginiensibus deditus 303, 26
M. Minucius Rufus (cons. 221) mag. eq. (217) 154,7. 229,6
Minyae 200, 13
Misagenes *u. ad* 216, 10
Mitridates (Mithridates *Par.*) 54, 19. 147, 14. 199, 25. 221, 11. 232, 10. 313, 4. 393, 23. 417, 7. 431, 12. 447, 13. 456, 1. 463, 21 (Mithr.)
Mitylenae *u.* Mytilenae

Mitylenaei 300, 28. 513, 8 et 11; Mitylenaeus 300, 23. 410, 15
Septimus Modius Aequiculorum rex 588, 7
Μοῖρα 24, 1
mola 74, 11
Molo rhetor 62, 30
Molossos 224, 22
Moneta *u.* Iuno
monumentum seruo fido fecit dominus grato titulo inscripto 309, 27
mortis uoluntariae causa reddita apud Graecos et Massilienses 77, 24 sqq.
P. Mucius tr. pl. (485) nouem collegas cremasse dicitur 286, 17
C. Mucius Scaeuola dexteram exuri passus 129, 22
P. Mucius Scaeuola pont. max. consul (133) 118, 28. 394, 16 (*ubi cum seq. confusus*)
Q. Mucius Scaeuola augur L. Crassi socer (cons. 117) 156, 1. 195, 6. 394, 14. 404, 9
Q. Mucius Scaeuola pont. max. consul (95) 167, 23. 416, 6. 453, 26. 589, 8
M. Muluius (Mundius *Par.*) IIIuir noct. 373, 16
L. Mummius Achaicus consul (146) 352, 5; censor (142) 292, 25
Munatia *u.* Munia
L. Munatius Flaccus Pompeianus 429, 24
L. Munatius Plancus (cons. 42 suff. 36) consularis et censorius 308, 25
Munatius Rufus Catonis Vticensis amicus et scriptor expeditionis Cypriacae 178, 17
Munda oppidum 356, 9
Mundicius *u. ad* 373, 16
Mundius *u.* Muluius
Munia (*an* Munatia?) mulier nobilis prostituta 424, 9
Murrula (Murtulla?) praenomen muliebre 591, 6
Musae 34, 1. 149, 29
Musochanes (Musophanes *Par.*) Masinissae filius 216, 10
Mutina 206, 19
Mycalensis (Mycales *Par.*) mons 318, 25
Mycon (Cimon *codd.*) filiae lacte alitus 247, 18
Mylasenus *u.* Hybreas
myoparones 96, 3. 316, 21
Myrina *u. ad* 116, 24
Mytilenae 454, 16

M. Naeuius tr. pl. diem dixit Africano maiori 144, 23
Naeuius Anius Surdini libertus 361, 6
Naeuius Surdinus praecedentis dominus 361, 8
Naeus Gnaei praenominis scriptura 590, 6
Namantabagius Tiberii Caesaris comes in itinere Germanico 251, 27
Nasica *u.* Cornelius Scipio
Attus Nauius augur 18, 3
Q. Nauius centurio 67, 20
Nausimenes Atheniensis 51, 23
C. Nautius Rutilus (cons. 475) iterum consul (458) 228, 15
Neapolis 141, 14
Neapolitani 336, 3
Nearchus tyrannus 132, 19
Necessitas 354, 24
Negilia *u. ad* 192, 9
Negullia 517, 4
Nepos *u.* Caecilius Metellus
Nepotianus *u.* Ianuarius
Neptunus 126, 9. 318, 27. 403, 2. 420, 8. 431, 2
Nero *u.* Claudius
Neruii 120, 2
Nicocreon Cypriorum tyrannus 132, 28

Nilus flumen 388, 23
Ninnius *u.* Nunnius
Nolani 336, 3; *adi.* ager 26, 16; moenia 29, 9; pedes 337, 25
nomen gentilicium 588, 16. 589, 5
Νώνιος u. ad 446, 22
C. Norbanus (cons. 83) 380, 23
Nucerini 445, 20
Numa Pompilius 7, 6. 15, 2. 588, 2
Numantia 82, 25. 184, 3. 236, 6. 278, 22. 416, 15. 459, 3
Numantini 128, 15. 357, 5; Numantina uictoria 279, 7; urbs 82, 15
Numeria praenomen muliebre 591, 8
Numerii unde dicti 590, 23; *u.* Fabius Pictor et Otacilius
Numidae 158, 27; Numida 448, 16; N. miles 116, 14; puer 220, 6
Numidia 216, 1. 326, 1. 407, 13
Numidiae regum mos 82, 1
Numidica castra 423, 13; exercitus 233, 7; tropaea 62, 25
Numitor Siluius Albanorum rex 66, 1. 587, 21
A. Nunnius (*alii* Ninnius *uel* *Νώνιος*) Saturnini competitor 446, 22

Q. Occius Achilles cognominatus 121, 11
T. Occius *u. ad* 157, 12
Oceanus 123, 10
Ochus *u.* Artaxerxes; *perperam* Dareus Hystaspis antea Ochus appellatus esse dicitur 432, 22
Octauia Augusti soror 470, 17
Octauianus 485, 15; *cf.* Augustus
Octauius *u.* Mamilius
Cn. Octauius consul (87) 29, 23. 206, 4
L. Octauius a C. Memmio in adulterio deprehensus 27 10
Octauius Balbus a IIIuir proscriptus 261, 4
Oebares equiso Darei reg 340, 16
Oedipus 242, 20; Oed. *ἐπὶ Κ λωνῷ* 392, 20
Ofilius *u. ad* 362, 11 et 407
Q. Ogulnius Aesculapii a guem ab Epidauro aduex 45, 17
Q. Ogulnius Gallus (cons. 26 182, 12
Olbia oppidum 217, 28
Olympia 419, 15; Olympicu certamen 387, 23
Ὄλυμπος 151, 2
Olympus mons Asiae 40, 1 Thessaliae 276, 5
L. Opimius praetor 95, 1 consul (121) 96, 25. 440, 1
Opiter praenomen 589, 11; Verginius
Oppia *u.* Vestia
Oppia lex 421, 15
Oppius (Orius *Par.*) Gallu 365, 19
Orata *u.* Sergius
Orcus 603, 6
Orestes Agamemnonis filiu 202, 8
Cn. Orestes *u.* Aufidius
Orestilla M. Plautii uxor 19 7; *u.* Aurelia
Orgiagon (Orgiacon *Par.*) re Gallograecorum 276, 6
Orius *u.* Oppius
Orontes Darei regis praefe tus 318, 24
Ὀρτιάγων u. ad 276, 6
Osci 69, 26
Ostia 70, 18. 148, 15
Otacilia Laterensis uxor ad tera cum C. Visellio Va rone 376, 9
Numerius Otacilius Maleue tanus 591, 2

T. Otacilius Crassus pro praet. Siciliae (216) 354, 11
Othryades Spartanus 126, 21

Paciaeci Hispani 248, 13
Pacula *u.* *ad* 228, 5
Padus flumen 113, 7
Paediculi 353, 15
Paeligna cohors 120, 17
Palaepharsalus 517, 25
Palatinus mons 66, 3
Palatium 59, 12. 74, 18. 271, 2
Palicanus *u.* Lollius
Palladium 19, 14
pallium 140, 23
paludamentum 30, 9
Pamphilus tertiarum actor 468, 5
Pamphylius (*perperam* Pamphylus *Par.*) 51, 5
Panapio *u.* Vrbinus
Παναθηναϊκὸς Isocratis 391, 16
Pansa *u.* Vibius
Paphus Cypri oppidum 23, 18
Papia lex 137, 1
Papiria tribus 451, 25
C. Papirius Carbo (cons. 120) 146, 27. 278, 19. 300, 6 (*p.* 146 *praenomine non apposito, p.* 278 *et* 300 Cn. *codd.*)
C. Papirius Carbo Aruina praecedentis filius praetorius a Damasippo (82) occisus 146, 26. 429, 20
C. Papirius Carbo sequentis frater a militibus occisus 448, 4
Cn. Papirius Carbo (cons. 85) 245, 25; iterum consul (84) 282, 16; tertium consul (82) 281, 17. 355, 22. 448, 4; iussu Pompei occisus 238, 24. 281, 15. 463, 25
L. Papirius Cursor (cons. 333 et 320 et 319 et 315 et 313) dictator (325 et 309) 86, 17. 115, 22
L. Papirius Cursor consul (293 et 272) 324, 9
C. (*falso* M. 508, 3) Papirius Masso (Maso *fast.*) consul (231) 141, 22. 297, 3
Papus *u.* Aemilius
Parmenion Alexandri Magni amicus 161, 21. 295, 22
Parthi 30, 8. 314, 9. 356, 17
Paterculus *u.* Sulpicius
Pauliana uictoria 400, 23; *cf.* Macedonica uictoria
Paulus *u.* Aemilius et Fabius Maximus
Pausanias Philippi regis interfector 53, 24. 413, 7
Pausanias Lacedaemoniorum rex 75, 15
T. Pedanius centurio 121, 3
Pelasgi 200, 16 (Pelasgicus)
Pelorus gubernator 449, 19
penates dei 606, 10
Pera *u.* Iunius Brutus
Pergamum 31, 14. 236, 14
Pericles 76, 10. 110, 23. 185, 7. 269, 12. 329, 19. 397, 3. 401, 18
(Perillus aenei tauri artifex 433, 21)
Pero patrem lacte suo aluit 247, 17
M. Perpenna consul (130) 136, 19
M. Perpenna (cons. 92) censor (86) 406, 18
M. Perpenna praetorius a Cn. Pompeio occisus 281, 21
Persa (Macedo *Nep.*) catellus 22, 12
Persae 13, 12. 41, 12. 125, 25. 152, 16. 209, 9. 223, 1. 240, 14. 249, 26. 258, 7. 340, 22. 387, 17. 432, 23. 433, 13. 452, 24; Persarum institutum 81, 20
Perses rex 22, 9. 44, 11. 61, 25. 89, 14. 182, 4. 191, 6. 216, 4. 217, 1. 220, 18. 279, 9. 400, 18

Persica dominatio 291, 12; instituta 442, 25; salutatio 331, 2; sermo 393, 18; tropaea 242, 10; uestis 442, 24
personarum usus in scaena 74, 1
C. Pescennius (Fescennius *Par.*) IIIuir capitalis 273, 27
Pessinus 3, 9. 415, 7
Petelia Bruttiorum oppidum 305, 13
Petelini 305, 1
Petilia Lucaniae oppidum 449, 12
Petilii duo tr. pl. Africano maiori diem dixerunt 144, 23
L. Petilius scriba 7, 3
Q. Petilius Spurinus praet. urb. (181) 7, 11; consul (176) 24, 13. 91, 5
Petreius scaenam auro praetexuit 72, 6
Petronia Tettii uxor 359, 24
L. Petronius eques Rom. 205, 26
Petronius Sabinus 7, 20
Phaenarete Socratis mater 137, 17
Phalaris tyrannus Agrigenti 132, 2. 433, 24
Pharmacusa insula 316, 19
(Pharnaces Mitridatis filius 456, 1)
Pharsalica pugna 23, 15. 50, 7. 195, 11
Pheraeus *u.* Iason
Pheres 486, 10 (*at cf.* 51, 5)
Phidias sculptor 14, 2. 150, 13. 411, 21
Philaeni fratres 258, 19
Philemon poeta comicus 462, 4
Philippensis acies 24, 2. 48, 28; proelium 308, 9
Philippi 199, 8. 450, 16; *cf.* Macedonica pugna et Philippensis acies
Philippii campi 34, 11. 222, 15
Philippus Macedonum rex Alexandri Magni pater 58, 19. 283, 20. 295, 29. 330, 1[illegible] 413, 12. 442, 23
Philippus (III) Mac. rex [illegible] Flaminino uictus 99, 15. 1[illegible] 7. 212, 27. 229, 23. 421, 1[illegible]
Philippus Alexandri Mag[illegible] medicus 161, 19
Philippus Fuluii Flacci seru[illegible] 380, 4
L. Philippus *u.* Marcius
Philo architectus 405, 5
Philocrates C. Gracchi seru[illegible] 307, 25
Philus *u.* Furius
Phintias (Pinthias *Par.*) Py[illegible]thagoricus Damonis amic[illegible] 207, 22
Phocion 159, 1. 241, 7. 242, 1[illegible]
Phraates Parthorum rex 35[illegible] 17
Phrygia 33, 9; Phrygiae sed[illegible] 351, 3
Phryne 185, 21
Phye mulier 16, 7
Physcon *u.* Ptolomaeus
Picena regio 237, 29
Picenum 27, 7; *cf.* Firmum
Pietatis aedes 72, 19
Pindarus poeta 462, 12
Pindarus C. Cassii libertus 308, 9
Pinnensis iuuenis 250, 3
Pinthias 520, 12; *u.* Phintias
(Piraeus 454, 17)
Pirithous Thesei amicus 205, 19
Pisistratus tyrannus 16, 5. 223, 12. 240, 8. 396, 20. 397, 15; eius uxor 223, 15; filii 223, 28; filia 223, 14
Piso *u.* Calpurnius
Pittacus Mitylenaeus 172, 24. 173, 14. 300, 23
Placentia 206, 5. 282, 15
Placentini 282, 17
Plaetoria *u. ad* 362, 19
M. Plaetorius (Laetorius *Liu.*) centurio aedem Mercurii dedicauit 437, 1

M. Plaetorius a Sulla occisus 428, 20
Plancus *u.* Munatius
Plato philosophus 33, 18. 34, 6. 51, 6. 170, 30. 171, 6. 269, 22. 329, 1. 388, 12 (Platon). 404, 19
M. Plautius uxore mortua se ipse interfecit 198, 5
M. Plautius Hypsaeus consul (125) 441, 3. 443, 22
P. Plautius Hypsaeus bello Mitrid. quaestor Pompei ambitus reus 442, 2
C. Plautius Numida uir senatorius uxore mortua mortem sibi consciuit 197, 20
C. Plautius Venno consul (347 et 341) 277, 27
plebei ludi *u.* ludi
Pleminius Scipionis legatus 11, 1
Pletonia (*?*) Aebutiae filia 362, 19
C. Plotius manipularis miles C. Lusium Marii sororis filium tr. mil. cecidit 275, 5
P. Plotius cui se nexum dedit T. Veturius 273, 20
C. (*alii* L.) Plotius (Munatius *Par.*) Plancus Munatii Planci frater 308, 24
Poeni 8, 5. 29, 4 et 11. 42, 21. 89, 1. 116, 18. 121, 6. 143, 15. 146, 7. 148, 24. 154, 15. 177, 23. 219, 28. 226, 13. 303, 10. 338, 6. 349, 6. 353, 14. 414, 13; Scipionem Asinam apud Liparas ceperunt 314, 24; Duellius primus naualem triumphum ex eis retulit 141, 17; eorum classis a Lutatio deleta 94, 2; Mago eorum senatui cladem Cannensem nuntiauit 332, 14; eorum mos 616, 3; *cf.* Karthaginienses et Punic*us*
póetarum collegium 149, 3
Polemo Atheniensis 316, 28
Pollia tribus 100, 21. 287, 29. 451, 23
Pollux 44, 4 et 16. 252, 14. 486, 30
Polycrates Samiorum tyrannus 318, 12
Polydamas athleta 463, 1
Polystratus Epicuri discipulus 55, 8
Pompeiana militia 454, 14; nomen 429, 24
Pompeius legatus ad regem Gentium missus 130, 16
Cn. Pompeius Magnus honoratus a Sulla 230, 26; Cn. Carbonem interfici iussit 238, 19. 464, 2; noua in eum a populo congesta 416, 28; in Hispania bellum gessit 252, 19. 357, 16. 417, 2; suasio legis Maniliae 417, 12; Mitridatis uictor 54, 21. 200, 1. 417, 7; Ariobarzanis filium diadema sumere iussit 262, 17; eius clementia erga Tigranem 221, 9; uxore Iulia orbatus 198, 22; tertium consul (51) 283, 2. 417, 6; Scipionis Metelli gener 117, 13. 157, 15. 442, 7; bellum ciuile cum Caesare 49, 17. 122, 18; Pharsalica uictus acie 195, 11; omina oblata ante eam pugnam 30, 26 et post eam 23, 15; in Aegypto interemptus 49, 8. 221, 19; eius nimia potentia 279, 15. 280, 8 sqq.; eius insolentia 442, 1; crudelitates ei ab Heluio Mancia obiectae 281, 5; eius familiaris Tullianus 359, 8; Diphili tragoedi cauillatio 282, 8; Theophanen ciuitate donauit 410, 14; eius theatrum 72, 2; similitudo cum Vibio et Publicio 467, 7; eius pater 314, 7 (*u.* Pompeius Strabo); *cf.* Pompeian*us*

Cn. Pompeius Magni filius 470, 3
Q. Pompeius praet. urb. Fabio Allobrogici filio bonis paternis interdixit 139, 15
Sex. Pompeius (cons. 14 p. Chr.) 78, 10. 209, 21
Pompeius Reginus (Beginus *Par.*) uir transalpinae regionis 363, 11
Q. Pompeius A. f. Rufus (cons. 141 a. Chr.) successor Metello Macedonico in Hispaniam missus 146, 15. 437, 11; repetundarum reus 380, 16
Q. Pompeius Rufus consul (88) 447, 21
Q. Pompeius Rufus (tr. pl. 52) 176, 27
Cn. Pompeius Strabo Magni pater (cons. 89) (231, 3.) 281, 16. 314, 7. 447, 22. 467, 15
Pompius Pompilius Numae pater 588, 3
M. Pomponius tr. pl. L. Manlio Imperioso diem dixit 245, 3
M. Pomponius C. Gracchi amicus 203, 19
T. Pomponius Atticus Ciceronis amicus 364, 7
Pomponius Rufus scriptor 187, 9
pons sublicius 6, 11. 111, 19. 203, 26
Ponticus sinus 93, 7. 200, 8; supplicium 463, 22
pontificum collegium 5, 6. 73, 3; ius 7, 8
Pontius a Cerennio in adulterio deprehensus castratus est 275, 12
Pontius Aufidianus eques Rom. 271, 25
Pontius Herennius *u.* Herennius
Pontius Lupus eques Rom. ICtus 385, 12
Pontius Telesinus C. Marii filii amicus 307, 15
T. Pontius *u. ad* 157, 12
Pontus 221, 12
M. Popilius senatorius 365, 19
P. Popilius tr. pl. (168) 298, 22
P. Popilius heres M. Annei Carseolani 359, 13
C. Popilius Laenas (cons. 172 et 158) a senatu legatus ad Antiochum missus 293, 10
C. Popilius Laenas Ciceronis interfector 237, 28
M. Popilius Laenas (cons. 359 et 356 et 350 et 348) C. Licinium Stolonem damnauit 383, 11
M. Popilius Laenas praet. urb. (147) 374, 10
M. Popilius Laenas consul (139) 17, 5
P. Popilius Laenas consul (132) 202, 21
Q. Poppedius Latii princeps 109, 9
Porcia familia 118, 12; nomen 169, 22
Porcia Catonis Vtic. filia M. Bruti uxor 117, 29. 199, 6
M. Porcius Cato censorii pater 375, 18
M. Porcius Cato censorius (cons. 195) 375, 18; eius incrementa 137, 8; in Hispania militauit 183, 21; censor (184) 99, 4. 194, 4; actionis Libonis tr. pl. in Galbam subscriptor 367, 3; eius fiducia in se 147, 4; accusatus 384, 4; eius industria 384, 13; effigies in curia posita 414, 21; eius Origines 367, 4; *idem confusus cum filio* 118, 11 *et cum nepote* 269, 2
M. Porcius Cato censorii filius 118, 11
M. Porcius Cato censorii nepos consul (118) 269, 2

M. Porcius Cato Vticensis altum spiritum iam puer prodidit 109,6 et 23; tr. pl. (62) 93, 22; a Caesare consule in carcerem duci iussus 106, 18; ex Cypro redux 417,19; praeturae candidatus 352, 22; praetor (54) 142, 11; Vticae in gladium incubuit 117, 22. 222, 2; eius indulgentia in populum cum ludos Florales spectaret 106, 25; eius liberi 222, 4; filius 183, 27; filia 199, 6; eius abstinentia 178, 9. 183, 25; doctrinae cupiditas 384, 19; libertas 280, 5; moderatio 169, 24; familiae Porciae maximum decus 137, 14
Porcius Cato Vticensis filius 183, 27
Lar Porsenna 112,11. 129,23. 588, 6
porta trigemina 203, 22
Postumius aruspex 26, 18
A. Postumius dictator (496) 44,1
A. Postumius Albinus consul (242) et flamen Martialis 3,10
A. Postumius Albinus legatus a militibus interfectus 449,4
L. Postumius Albinus consul (154) ab uxore necatus 289,15
M. Postumius Albinus censor (403) 98, 7
Sp. Postumius Albinus consul (186) 289, 7
Sp. Postumius Albinus cons. (110) 83, 1
A. Postumius Tubertus dictator (431) filium securi feriri iussit 85, 3
A. Postumius praecedentis filius 85, 8
Postumus olim praenomen postea cognomen 589, 10; *u.* Aebutius et Cominius
Potitii 9,13; Potitium nomen 9, 18
Praeneste 446,14; Praenestina obsidio 307, 13
Praenestini 355, 12. 427, 25
praenomen 588, 17; praenominum numerus 589, 6; quando pueris et puellis ea imponi moris fuerit 589, 6; praenomina in cognomen uersa 589, 9
Praxiteles sculptor 402, 6
Priene Ioniae oppidum 328, 19. 341, 4
Prienenses 24, 19
Priuernates 277, 18. 451, 19; Priuernas 278, 8
Priuernum Latii oppidum 277, 15
Proculus olim praenomen postea cognomen 589, 10
propylaea Athenis 110, 26
Proserpina 11,2. 12,5. 70, 12. 71, 6 et 15 et 24
Protagoras philosophus 13,14
(Protogenes pictor 403, 18)
Prusias Bithyniae rex 54, 15. 151,12. 216,26. 431,9; eius filius eodem nomine 54, 16
Pseudophilippus (Andriscus) 352, 2
Psophidius *u.* Aglaus
Ptolemais (Ptolomais *Par.*) 31, 12
Ptolomaeus (II) Philadelphus 182, 13 et 23. 397, 28
Ptolomaeus (V) Epiphanes 302, 23
Ptolomaeus (VI) Philometor praecedentis filius 217, 10. 426, 15; *cf.* 302, 24
Ptolomaeus (VII) Euergetes II siue Physcon praecedentis frater minor 217, 10. 293, 11 et 22 (Ptolemaeus). 426, 12. 432, 3; *cf.* 302, 24
Ptolomaeus (XIII) Auletae filius 49, 8
Ptolomaeus rex Cypri Auletae frater 440, 17

Ptolomais *u.* Ptolemais
Publia praenomen muliebre 591, 8
Publicia L. Postumii Albini uxor 289, 15
Publicius senex Septiciam in matrimonium duxit 360, 3
Publicius libertinus Cn. Pompeio simillimus 467, 8
Publicolae 193,4; *cf.* Valerius
Publilius senator caecus 385, 12
Volero Publilius Philo (tr. mil. 399) 589, 17
Publius praenomen 590, 16
Pudicitia 270, 22
Pulcher *u.* Claudius
pullarius 19, 19
pulli quibus auspicia petuntur 74, 12
puls 74, 10
Pulton iuuenis Pinnensis 250,4
Punica acies 142, 20; arma 89,27. 349,8; astus 226, 27; bella 229, 25; primum cum Romanis 17,1. 19,3. 190,2. 217, 27. 445, 13; secundum 27, 11. 100, 17. 143, 11. 191, 24. 228, 1. 235, 11. 256, 14. 312, 6. 332, 21. 353, 6. 421, 11; tertium 8, 13. 61, 13. 332, 22; calliditas 348, 1; classis 94, 8. 116, 7; exercitus 140,24; feminae 81, 14; feritas 355, 8. 425, 6; fortitudo (*i. e.* perfidia) 350, 1; gazae 144, 8; imperium 89, 11. 258,29; iniuriae 215,17; opes 25, 23; praesidium 158, 6; sanguis 11, 26; temeritas 449, 19; tropaea 312,4; uallum 120,18; uictoria 151,21; uincula 315,1; uires 175, 25; uis 304, 23
Punicani lectuli 350, 18
Pupinia 189, 9. 190, 7. 211, 8
Pustulanus Lauranus 588, 4
Puteoli 339, 5. 437, 23
Pylades Orestis amicus 202, 8
Pyrresus Celtiber 121, 24
Pyrrus rex Epiri 11,11. 90,11. 148, 13. 180, 13. 181, 4. 184, 13. 224, 8 et 23. 225, 4. 297, 28. 406, 28. 422, 16. 608, 18 (Pyrrhus)
Pythagoras 80, 2. 170,20. 387, 10. 389, 2. 418, 12
Pythagorica prudentia 207, 22; Pythagorici *u.* Archytas et Arion et Echecrates et Timaeus et Xenophilus
Pythica cortina 419,11; uaticinatio 49, 16
Pythius *u.* Apollo

Quadriga locus in Boeotia 53, 22
quaestores aerarii 65, 12
quaestores urbani 93, 26
K. Quintius Cincinnatus sequentis filius 190, 20
L. Quintius Cincinnatus consul (460) 163, 25; dictator (458 et 439) 85, 26; eius paupertas 190, 17
T. Quintius Crispinus a Badio hospite ad pugnam prouocatus 218, 5
L. Quintius Flamininus (cons. 192) 99, 4. 194, 3
T. Quintius Flamininus (cons. 198) praecedentis frater 99, 10. 194, 6. 212, 29. 229, 23
Quirinalis collis 6, 20
Quirinalis flamen 5, 32
Quirites 100, 8. 144,26. 145,29. 147, 16. 268, 21. 280, 17. 292, 17

Raudera (= aera) 254, 17
Rauduscula porta 254, 17
Rea Siluia 587, 21
Reatina praefectura 44, 7
Reatina uilla 309, 16
Regillus lacus 44, 1
Reginus *u.* Antistius et Pompeius

Regium 91, 24
Remus 18, 16. 65, 25. 587, 19
repudia 58, 11
Fertor Resius ius fetiale constituit 588, 7
Restio *u.* Antius
Rhamnus 50, 4
Rhenus flumen 251, 25
Rhodanus 623, 20
Rhodii 24, 5. 107, 21. 232, 12
Rhodus 399, 20
Rhoetogenes Centobrigensis 219, 14
Rhoetogenes Numantinus 128, 12
Rodacilla praenomen muliebre 591, 6
Roma urbs 1, 1. 3, 25. 10, 17. 11, 4. 16, 21. 17, 20. 18, 15 et 24. 20, 19. 27, 12. 46, 10. 72, 11. 105, 2. 111, 18. 137, 10. 154, 24. 174, 2. 217, 3 et 12. 304, 11. 314, 9. 315, 22. 319, 12. 332, 20. 334, 3 et 24. 344, 17. 381, 17. 438, 26. 443, 15. 445, 2. 446, 15. 451, 21. 469, 7. 616, 2; *praeterea urbs saepissime memoratur nomine non apposito*
Romani 13, 5. 15, 18. 16, 26. 25, 25. 27, 21. 46, 25. 47, 9. 50, 1. 69, 18. 88, 18. 91, 14. 103, 22. 112, 7. 114, 2. 116, 11. 120, 25. 122, 3. 137, 15. 148, 15. 158, 6. 178, 6. 213, 17. 216, 12. 218, 16. 220, 8. 224, 20. 228, 3. 243, 19. 278, 2. 292, 9. 296, 21. 297, 5. 332, 18. 337, 7. 338, 6. 343, 7 et 25. 344, 12. 346, 28. 349, 29. 355, 4. 451, 9. 588, 10. 618, 17; *adi.* acies 255, 9; aetas 190, 16; ager 244, 10; amicitia 205, 23. 465, 11; animus 303, 15; arma 86, 5; auspicia 17, 22; castra 57, 1; ciues 92, 1. 97, 10. 229, 24. 431, 13. 452, 7; ciuis 137, 2. 162, 24; ciuitas 255, 22; clades 225, 25; concordia 188, 28; corpora 430, 26; duces 226, 24; eloquentia 63, 3. 238, 10. 266, 8; eques 271, 26. 281, 20. 324, 2. 359, 5. 379, 26. 385, 13. 417, 2 et 27. 460, 11; equites 101, 25. 264, 26; exempla 124, 9. 130, 25. 158, 1. 245, 1; exemplum 222, 18; exercitus 34, 12. 47, 7. 67, 5. 120, 16. 345, 13. 423, 12; feminae 58, 22; fides 303, 9; forum 254, 4. 315, 17; frugalitas 179, 21; gens 68, 17. 215, 19; humanitas 217, 9; imperator 117, 5. 250, 6. 304, 7; imperium 28, 1. 30, 5. 82, 8. 93, 5. 119, 3. 135, 5 et 10. 148, 21. 154, 13. 167, 8. 220, 20. 221, 31. 227, 13. 234, 14. 236, 6. 252, 4. 274, 22. 291, 30. 346, 5. 410, 2. 456, 21. 463, 22. 471, 16; iussu 430, 9; iuuentus 115, 7. 228, 14. 353, 7; leges 73, 11; legio 349, 23; legiones 332, 27; liberalitas 212, 25; libertas 263, 9; maiestas 418, 10; mansuetudo 226, 27; manus 602, 4; miles 83, 15. 425, 1; militia 30, 18; mores 17, 10. 73, 11; nomen 21, 20. 226, 5; oculi 123, 24; ostenta 32, 8; partes 44, 4; pedites 335, 7; plebs 279, 13; populus 8, 4. 15, 2. 21, 25. 26, 9. 27, 20. 44, 17. 61, 25. 62, 10. 65, 13. 76, 24. 95, 20. 97, 22. 128, 23. 130, 22. 136, 13. 142, 25. 147, 21. 148, 17. 151, 18. 166, 12. 167, 2. 174, 13. 182, 7. 184, 15 et 26. 188, 8. 189, 16. 211, 21. 212, 11 et 31. 217, 24. 219, 24. 220, 10. 221, 10. 228, 19. 229, 22. 232, 16. 233, 21. 235, 8. 236, 1. 253, 14. 268, 24. 271, 16. 285, 23. 286, 18. 297, 3.

302, 23. 322, 21. 323, 20. 325,29. 336,10. 338,15. 344, 26. 349, 15. 352, 19. 364,10. 366, 5 et 25. 375, 1. 407, 11. 417, 10 et 22. 427, 14. 429, 23 (? *cf. not.*) 435, 22. 436, 13 et 26. 438, 18 et 23. 445, 25. 457, 15. 581, 15; prudentia 326, 7. 348, 1; pudicitia 271, 9; sanguis 38, 20. 89,7. 102,6. 273,25. 304,21; senatus 8, 4. 212, 31. 285, 23. 286,18. 417,22; seueritas 290,26; societas 305, 12; stilus 408,22; templa 73,25; transfugae 89, 2; triremis 45, 16; uires 8, 19. 234, 21; uirtus 347, 6; urbs 207, 21. 233, 3. 235, 22. 263, 9. 343, 20. 401, 4

Romulus 18, 2 et 16. 50, 10. 65, 25. 69, 10. 93, 9. 111, 13. 112, 16. 193, 8. (234, 12.) 263, 8. 444, 5. 587, 18

Rosacilla *u. ad* 591, 6

Q. Roscius comoedus 386, 4. 398, 25

Rubria mulier Mediolanensis 471, 20

Rufus *u.* Caesetius et Haterius

P. Rupilius consul (132) 83, 19. 202, 21. 313, 25. 460, 20

Rutila praenomen muliebre 591, 6

Rutilius uxorem longaeuam habuit 407, 5

Rutilius P. Popilii tr. pl. necessarius 298, 25

P. Rutilius Rufus consul (105) 67, 8. 293, 27; exul 105, 25. 294, 14

Sabazius Iuppiter 17, 7

Sabelli 137,3; Sabellus 507,5

Sabini 334, 4. 444, 7. 588, 1 et 11. 589,24; Sabinus ager 333, 21; nomen (?) 590, 19; regio 70,17; uirgines 69, 11

sacer collis *u.* collis

Sacerdos *u.* Licinius

saeculares ludi 70, 2

Saguntini 304, 22

Salamis 240, 7 (Salaminam). 242, 10. 412, 1

Salapia . Apuliae oppidum 158, 5

Salassus *u.* Vettius

Salernitana (Salonitana *Par.*) regio 308, 26

Salinator *u.* Liuius

Saliorum collegium 5, 21; sacrarium 50, 10

Salonitana regio *u.* Salernitana

Salutis aedes 411, 15

Samii 24, 19. 232, 6. 318, 12; Samia uasa 350, 19; uir 52, 2. 232, 2

Samiramis Assyriorum regina 439, 5

Samnites 26,20. 63,15. 86, 20. 115,20. 179,23. 180,22. 225, 19. 273, 17. 332, 23

Samnium 180, 24. 229, 7

Samos insula 319, 1; *cf.* 232, 6

sapientes septem 172, 29. 388, 3

Sardanapallus 202, 7

Sardes 249, 26

Sardinia 27, 8. 354, 12 et 21. 446, 13

Sariaster Tigranis filius 456, 7

Sarpedon paedagogus Catonis Vticensis 109, 26

saturae 69, 21

Saturninus *u.* Apuleius et Sentius

Saturninus puer nobilis in Gemelli conuiuio prostitutus 424, 10

Satyriscus 42, 13

Scaeua *u.* Caesius

P. Scaeuius centurio 123, 5

Scaeuola *u.* Mucius

C. Scantinius Capitolinus tr. (*immo* aed.) pl. a M. Marcello aed. cur. accusatus 272, 28

Scauri 193, 5; *cf.* Aemilius
Scaurus *u.* Aemilius et Aurelius
(sceleratus uicus Romae 453, 22)
Scipio *u.* Caecilius Metellus et Cornelius
Scipiones 61, 4. 145, 20. 166, 6 (Africanus maior et Asiaticus). 193, 5 (Cn. Scipio Caluus). 259, 4 (Africanus maior et Africanus minor). 304, 20 et 457, 1 (P. et Cn. in Hispania occisi). 415, 12
Scopas Thessalus 52, 21
C. Scribonius Curio (cons. 76) 423, 18. 468, 8
C. Scribonius Curio praecedentis filius (tr. pl. 49) 423, 19
L. Scribonius Libo aed. cur. (194) 68, 21
L. Scribonius Libo tr. pl. (149) 366, 26
L. Scribonius Libo (cons. 34) 281, 4
Scyros insula 240, 2
Scythae 249, 3
Scythia 295, 13
(Seianus *u.* Aelius)
Seleucus Nicator 107, 20. 261, 17
Semiramis *u.* Samiramis
Sempronia gens 157, 1
Sempronia Ti. et C. Gracchi soror Scipionis Aemiliani uxor 156, 19. 278, 25
A. Sempronius Asellio praet. urb. (89) 447, 8
C. Sempronius Atratinus consul (423) 115, 8. 298, 8 (*ubi* L. *codd. et Par.*)
C. Sempronius Gracchus tr. pl. 459, 19; orator eximius 398, 9; mors per quietem denuntiata 37, 7; fides amicorum ante caedem 203, 17; eius caedes 236, 20. 286, 10. 307, 24. 440, 9; eius oratio in Plautium 443, 22; eius mater 305, 18; eius soror 156, 19. 278, 25
Ti. Sempronius Gracchus consul (215) 256, 20. 353, 8; iterum consul (213) 28, 20. 226, 9
Ti. Sempronius Gracchus praecedentis filius consul (177 et 163) 3, 19. 147, 8. 165, 20. 175, 26. 197, 5. 204, 3. 286, 14. 458, 25; censor (169) 298, 20
Ti. Sempronius Gracchus praecedentis filius 446, 4. 469, 21; tr. pl. agrariam legem promulgauit 325, 19; eius mors 18, 9. 96, 25. 118, 23. 236, 11. 278, 24. 286, 10; Gaio fratri per somnum oblatus 37, 9; eius mater 305, 18; eius soror 156, 19. 278, 25; eius filiorum sors 446, 12; eius amicus C. Blossius 202, 14
Ti. Sempronius Longus affinis Tuditani 362, 12
Ti. Sempronius Longus consul (194) 193, 23
Sempronius Musca (*alii* Musa) C. Gellium in adulterio deprehensum flagellauit 275, 9
P. Sempronius Sophus (cons. 304) 290, 22
P. Sempronius Sophus (cons. 268) 101, 18
Sempronius Tuditanus 362, 7
senaculum antiqua senatus statio 64, 19
senatus arcana consilia 61, 10 sqq.; eius in theatro loci a populi discreti 68, 23
senectutis honos 60, 6
Senones 285, 13
Sentinas *u.* Maesia
Sentius *u.* Siccius
Sentius Saturninus Vetulo a IIIuiris proscriptus 338, 20
Seplasia Capuae platea 425, 6
Septicia mater Trachalorum Ariminensium 360, 1

L. Septimuleius familiaris et proditor C. Gracchi 440, 8
Septimus *u.* Modius
Serapion uictimarius 467, 23; *cf.* Cornelius Scipio Nasica
Serapis fanum 17, 12
L. Sergius Catilina 97, 2. 211, 26. 265, 13. 424, 14. 454, 7; eius filius 424, 17
L. Sergius Fidenas consul (437 et 429) 589, 16
Sergius Galba *u.* Sulpicius
C. Sergius Orata homo luxuriosus 420, 5
Cn. Sergius Silus 273, 11
Sertor praenomen 589, 23
Sertorianus miles a fratre in proelio occisus 252, 20
Q. Sertorius 15, 12. 337, 4. 357, 15. 417, 2. 423, 11. 471, 1. 623, 19
serui secundo bello Punico 353, 8
Seruilia lex de repetundis 369, 22
C. Seruilius Ahala mag. eq. (439) 237, 2
Cn. Seruilius Caepio (cons. 141) 380, 12
Q. Seruilius Caepio consul (140) 380, 12. 445, 8
Q. Seruilius Caepio consul (106) 204, 15. 315, 11
M. Seruilius Geminus consul (3 p. Chr.) 50, 15
C. Seruilius Glaucia praetor (100 a. Chr.) 119, 11
P. Seruilius Priscus Structus (cons. 495) 437, 4
P. Seruilius Vatia Isauricus (cons. 79) 381, 23
P. Seruilius Vatia Isauricus praecedentis filius consul (48 et 41) 378, 22
Seruius praenomen 590, 21; *u.* Tullius
Sextilius C. Iulii Caesaris Strabonis proditor 237, 11
L. Sextilius (Sextius *Par.*) IIIuir noct. 373, 16
L. Sextilius heres M. Annei Carseolani 359, 13
sibulla 24, 21
Sibyllini libri 3, 4. 44, 26. 418, 3
Sicca Africae oppidum 81, 15
L. Siccius (*alii* Sicinius *uel* Sentius) Dentatus 124, 8
Sicilia 41, 28. 96, 6. 101, 19. 165, 16. 236, 27. 288, 8. 313, 25. 319, 4. 407, 11. 461, 15. 464, 2. 469, 3; ab Agathocle Punicis armis liberata 349, 8; primo bello Punico 94, 2. 303, 10; secundo b. P. 140, 19. 143, 8. 335, 6. 354, 12. 449, 14; tertio b. P. 219, 27; proscriptorum perfugium 306, 13. 339, 6; urbis Romanae nutrix 354, 20; bellum in ea fugitiuorum 83, 20. 87, 5. 183, 6. 313, 25
Sicinius *u.* Siccius
Siculi 42, 21. 165, 5; a P. Rupilio leges acceperunt 313, 28; Sicula arma 349, 8
Siculus *u.* Cloelius et Herennius
Sidonius *u.* Antipater
Sigeum Troadis oppidum 300, 26
Silanus *u.* Iunius
Silius unus e coniuratis in Q. Cassium 440, 2
Siluanus 47, 5
Siluia Rutilii uxor 570, 27; *u.* Liuia
Siluius Numitor *u.* Numitor
Simonides poeta 39, 25. 52, 19. 392, 25
Sisenna A. Gabinii filius 367, 22
Smyrna *u.* Zmyrna
sociale bellum 26, 16. 313, 5
Socrates 14, 1. 137, 15. 159, 16.

295, 7. 326, 10. 327, 1 et 6 et 17. 388, 13. 391, 5. 395, 2
Socratica disciplina 269, 24
Sol 24, 6
solitaurilia 166, 26
Solon 173, 16. 240, 4. 242, 17. 327, 26 (Solo). 328, 4. 393, 3. 396, 23 (Solo)
sophistae 53, 8
Sophocles 185, 8 et 15. 392, 16. 461, 29
Sophron mimorum scriptor 389, 6
Sophroniscus Socratis pater 137, 18
Soranorum oppidum 370, 7
sortes Fortunae Praenestinae 17, 2
Spartana ciuitas 75, 1. 127, 14. 200, 18; eius exercitus 75, 19. 93, 1; uirtus 126, 26
Spartani 33, 8. 126, 5. 173, 19. 616, 24. 618, 10; Spartanorum quorundam dicta nobilia 152, 13 et 18. 296, 5; *cf.* Lacedaemonii
Speusippus Platonis amicus 171, 2
Spinther secundarum actor 468, 3; *cf.* Cornelius Lentulus
spongea pictoria 403, 23
Spurii unde dicti 590, 22
Spurinna Etruscus adulescens pulchritudine excellens 196, 7
Spurinna aruspex 32, 2. 401, 3
(Stagira Aristotelis patria 259, 12)
Stasippus Tegeates 172, 15
Statius praenomen 589, 20
Statius Statilius Bruttiorum Lucanorumque dux 47, 27
statuae auratae 72, 17; st. chlamydata 141, 9
Stolo *u.* Licinius
Strabo eximia oculorum acie 54, 23
strategemata 345, 5
Stratonice Seleuci Nicatoris uxor 261, 17
sublicius pons 5, 33. 111, 19. 203, 26
Sucronensis *u.* Varius
Suessa Pometia 63, 18
Sufenas M. Annei Carseolani filii auunculus 359, 5
Sulla *u.* Cornelius
Sullana crudelitas 307, 17; proscriptio 337, 6; uictoria 294, 13; uiolentia 471, 15
Sulpicia lex de bello Mitridatico 447, 12
Sulpicia Cornelii Lentuli Cruscellionis uxor 306, 11
Sulpicia Ser. Paterculi filia Q. Fuluii Flacci uxor 418, 1
Q. Sulpicius flamen 4, 6
Ser. Sulpicius Camerinus consul (461) 26, 24
Ser. (Sergius *Par.*) Sulpicius Galba orator consul (144) 293, 1; eius perfidia 444, 16; accusatus 366, 26. 384, 12
Ser. (Sergius *Par.*) Sulpicius Galba sponsor pro Cn. Pompeio 282, 25
C. Sulpicius Gallus seuerus in uxorem 290, 7
C. Sulpicius Gallus (cons. 166) 367, 6. 400, 15
Ser. Sulpicius Paterculus Q. Fuluii Flacci socer 418, 2
C. Sulpicius Peticus consul (364 et 361 et 355 et 353 et 351) 69, 2
P. Sulpicius Rufus tr. pl. (88) Sullae inimicus 300, 15
Sura *u.* Cornelius Lentulus
Surdinus *u.* Naeuius
Syloson Samius 232, 2
Syphax Numidiae rex 215, 23. 279, 8. 319, 11. 448, 15
Syra mulier (Martha) sacricola in castris Marii 16, 16
Syracusae 5, 5. 12, 3. 29, 8. 38, 9. 42, 3 et 17. 90, 26.

95, 26. 96, 6. 129, 3. 165, 4. 187, 3. 213, 16. 219, 1. 284, 5. 349, 1. 390, 17. 402, 13
Syracusana ciuitas 219, 6
Syracusani 42, 21. 319, 4. 466, 1; Syracusana 466, 13; Syracusanus 41, 20. 160, 26. 171, 23. 207, 24
Syria 170, 10. 293, 25. 426, 5

Tabernaculum uitio captum 3, 22
taedae auspices dictae 610, 5
Tanaquil 25, 15
Tarentini 170, 20. 224, 9; eorum iniuriae in legatos Rom. 64, 3; *adi*. bellum 90, 9; ciuitas 64, 12; petulantia 184, 20
Tarentum 64, 2. 70, 11. 198, 6. 389, 1
Tarentum locus ad campum Martium 70, 22. 71, 18
Tarpeia Sp. Tarpei filia arcem Sabinis prodidit 444, 6
Tarpeium saxum 300, 19
Sp. Tarpeius 444, 5
Tarquiniensis fundus 237, 15
L. Tarquinius Priscus rex 18, 2. 135, 9. 591, 10
Tarquinius Superbus rex 7, 17. 46, 24. 188, 5. 253, 11. 263, 10. 271, 11. 334, 12. 346, 2. 453, 20
Arruns Tarquinius Superbi filius 253, 10; *cf*. 334, 17
Sex. Tarquinius Superbi filius 271, 11. 346, 2; *cf*. 334, 17
Tarracina 372, 1
Tarsos Ciliciae urbs 161, 10
T. Tatius Sabinus 444, 7. 588, 2
Taurea *u*. Iubellius
Tauromenitana arx 83, 21
Taurus mons 93, 8. 174, 10. 295, 20. 372, 19
Taxillus (*uel* Taxippus) Iasonis gymnasiarchus 452, 26
Taygeti montes 200, 17
Teana custodia 153, 13
Teanum Campaniae oppidum 153, 18
Tegeates *u*. Stasippus
Telesinus *u*. Pontius
Τελλίας u. ad 214, 1
Tellus 335, 2; eius aedes 285, 25
tensa Iouis 9, 7
Terentia Ciceronis uxor 407, 6
Terentius a filio in adoptionem dato exheredatus 360, 18
Ser. Terentius D. Bruti amicus 206, 14
Q. Terentius Culleo ab Africano maiore liberatus 229, 15
C. Terentius Varro consul (216) 9, 4. 136, 7. 194, 9
M. Terentius Varro Lucullus (cons. 73) (72, 8.) 381, 8
M. Terentius Varro Reatinus 124, 11. 384, 24. 587, 17. 588, 8. 589, 5 et 24
Terra mater 35, 20. (431, 2)
Tertia *u*. Aemilia
C. Tettius a patre exheredatus 359, 23
Teutoni 204, 17. 316, 8; Teutonorum mulieres 276, 20
Teutonica uictoria 277, 2; triumphus Marii 142, 6
Thales 173, 13. 330, 3
Thalna *u*. Iuuentius
theatrorum incrementa 68, 5 sqq.; theatrum Graecorum 64, 5; loci in theatro Rom. olim promiscui 193, 24
Thebae 127, 2 et 12. 151, 11. 239, 24
Thebani 618, 12
Thebe Alexandri Pheraei uxor 465, 15
Themistocles 241, 1. 242, 16. 258, 6. 301, 6. 317, 21. 330, 9. 393, 13. 411, 25
Theodectes Aristotelis discipulus 412, 15

Theodorus Cyrenaeus 284, 21
Theodorus Megarae princeps 171, 26
Theodotus ab Hieronymo tyranno tortus 133, 15
Theophanes Mitylenaeus 410, 15
Theopompus Spartanorum rex 173, 19; eius uxor 174, 3
Theopompus historicus 409, 1. 413, 21
Theramenes Atheniensis 127, 21
Thermopylae 72, 22. 126, 7
Theseus 205, 19. 239, 18. 242, 14
Thessalia 52, 22. 197, 13; Thessalus 181, 5. 452, 24
Thraces 116, 23
Thracia 80, 13. 81, 9. 152, 10. 431, 21; Thraciis notis compunctus barbarus 465, 17
Thrasippus Pisistrati amicus 223, 21
Thrasybulus 172, 4. 257, 25
Thrasymenus lacus *u.* Trasimennus
Thurina urbs 47, 12
Thurius (*uel* Thurinus) 302, 4
Thyreates 126, 22
Tiberis flumen 19, 28. 46, 1. 70, 10 et 15. 111, 24. 112, 10. 203, 30. 334, 8. 368, 22. 427, 23. 590, 18
Tiberius praenomen 590, 18
Tiberius Caesar 1, 14. (57, 7. 100, 30. 178, 25. 251, 19. 405, 24. 456, 22)
tibicinum collegium 73, 17
Tibur 73, 22. 216, 1
Tiburtes 73, 24
Ticinum oppidum 251, 20
Ticinus flumen 244, 18
Tigranes rex Armeniae 221, 9. 417, 7. 456, 8
Timaeus Pythagoreus 389, 1
Timagoras Atheniensis 291, 9
(Timanthes pictor 403, 8)
Timasitheus Liparitanorum princeps 13, 1
Timochares (Timocrates *Par.*) Ambraciensis 297, 22
Titinius centurio 450, 17
C. Titinius Minturnensis Fanniae maritus 377, 6
Titius (*alii* Totius) miles Caesarianus a Q. Metello Scipione captus 157, 12
C. Titius equitum praef. bello fugitiuorum in Sicilia 87, 6
L. Titius praetor 378, 7
Sex. Titius tr. pl. (99) 373, 3
C. Titius Probus *u. ad* 591, 12
Titus praenomen 590, 19
Titus Tatius *u.* Tatius
Lar Tolumnius rex Veientium 451, 7
Tomyris Scytharum regina 452, 12
C. Toranius patrem a IIIuiris proscriptum prodidit 454, 23
Torquatus *u.* Manlius
Totius *u.* Titius
Trachali Ariminenses 360, 1
Tralles Lydiae oppidum 31, 15. 169, 12
Trasimennus lacus 27, 14. 151, 20. 213, 17. 457, 1. 458, 17
Trebellius Calca 471, 4
tribuni pl. antiquis temporibus in curiam non admissi 64, 27; nouem tr. pl. cremati 286, 19; quattuor tribunorum pl. iustitia 298, 7; tribunus pl. in magistratu accusatus 272, 28
tribus urbanae 66, 13
tributum 182, 7
Tricipitina *u.* Dripetina; Tricipitinus *u.* Lucretius
trigemina porta 203, 23
triumphus ob bellum ciuile non concessus 96, 22; in Albano monte 142, 2
Τρῶες 150, 7
Troia 48, 12

V

Tubero *u.* Aelius
Tuccia Caesonis filia 192, 8
Tuccia uirgo Vestalis 368, 16
Tuditanus *u.* Sempronius
Tullia Ser. Tullii filia 453, 13
Tullianus Pompei Magni familiaris 359, 7
Ser. Tullius rex 25, 12. 50, 11. 135, 23. 333, 20. 453, 18
M. Tullius Cicero (cons. 63) 19, 15. 36, 25. 62, 31. 176, 4. 237, 28. 381, 14. 399, 4. 407, 6 et 16. 454, 7. 459, 27
Tullus praenomen 589, 21; *u.* Hostilius
Tullus *u.* Attius
tunicae punicae Spartanorum 75, 25
Turia (Tyria *Par.*) Q. Lucretii uxor 306, 4
Turullius (Caruilius *Par.*) praefectus M. Antonii 10, 3
Tusci 47, 6. 69, 17. 588, 6; Tuscum praenomen 589, 19; *cf.* Etrusci
Tusculani 44, 2. 85, 20. 228, 16. 343, 23. 451, 18. 452, 1
Tusculanum 19, 10
Tusculanus ager 20, 16
Tusculum 137, 9
Tutor Cloelius 587, 24
Tyndaridae 200, 18
Tyrii 54, 7

Valensius *u.* Volesus
C. Valerius aedilis Q. Flauium reum egit 369, 13
Valerius Antias 589, 25
M. Valerius Coruinus sexiens (348 et 346 et 343 et 335 et 300 et 299) consul 113, 12. 406, 1. 415, 22
Q. Valerius Falto praetor (242) 94, 1
Valerius Flaccus tr. mil. tertiae legionis 120, 22
C. Valerius Flaccus flamen Dialis 312, 6
L. Valerius Flaccus (cons. 195 censor (184) 194, 5
L. Valerius Flaccus (cons. 100 et 86) censor (97) 100, 3
L. Valerius Heptachordus 364, 23
M. Valerius Laeuinus consul (210) 165, 6
Valerius Maximus scriptor (78, 11. 209, 20.) 473, 7. 592, 7
Valerius Maximus procurator Caninii Galli 514, 2 (*at cf.* 176, 24)
M. Valerius Maximus (cons. 332) censor (307) 98, 20
M'. Valerius Maximus Messala (cons. 263) censor (252 101, 18
M. Valerius Messala (cons. 161) censor (154) 68, 11. 102, 16. 468, 7
M. Valerius Messala Hortensii oratoris sororis filius (cons. 53) 266, 11
P. Valerius Publicola primus consul Romae 46, 22. 71, 20. 162, 14. 188, 6. 395, 15 (*ubi cum* Menenio Agrippa *confusus*)
Valerius Valentinus poeta C. Cosconii accusator 369, 24
Valesius uir locuples rusticae uitae 70, 5
Volesus Valesius *u.* Volesus
Q. Varius Seuerus Hybrida Sucronensis tr. pl. (91) 147, 19. 383, 14. 429, 7
Varro *u.* Terentius et Visellius
P. Vatinius (Vatienus 604, 18) Reatinae praefecturae uir 44, 7
P. Vatinius (cons. 47) 176, 3. 352, 27
Vecillus leno 361, 18
Vei 21, 12. 26, 8. 46, 6. 163, 9. 257, 2
Veiens ager 191, 1

Veientana praeda 234, 25; triumphus 163,12; urbs 21,21
Veientes 25, 25. 46, 23. 251, 9. 451, 7
Velia Lucaniae oppidum 2, 25
Veliterni 451, 19
uelitum usus institutus 67, 16
ueneficii quaestio 73, 11
P. Ventidius (cons. 43) de Parthis (38) triumphauit 314, 7
Venus 81, 16; (Cnidia) 402, 6; Verticordia 418, 4
Vergellus (*an* Cerbalus?) flumen 430, 25
(Verginia 271, 20)
D. Verginius filiam interfecit 271, 17
Opiter Verginius Tricostus 589, 1
T. Verginius Tricostus (cons. 448) 589, 20
Verrugo 115, 9. 298, 9 (*ubi* Ferrugo *codd. et Par.*)
Verticordia *u.* Venus
Vescia *u.* Vestia
Veseris flumen 292, 5
Vesta 4, 16. 19, 13. 176, 18. 193, 9. 246, 15. 271, 1. 368, 20
Vestales uirgines 5, 32. 276, 21; V. uirgo 4, 12. 246, 10. 368, 16
Vestia (Vescia *Par.*) Oppia mulier Campana 228, 4
Vesuuius mons 35, 16
C. Vettienus sinistrae manus digitos sibi abscidit ne bello Italico militaret 287, 20
Vettius Salassus proscriptus ab uxore proditus 455, 16
Vetulo *u.* Sentius
Veturia Coriolani mater 227, 14. 244, 4
T. Veturius Caluinus consul (334 et 321) 273, 17
T. Veturius praecedentis filius 273, 16
uia Laurentina 382, 3
Vibienus Attienum Carbonem in adulterio deprehensum castrauit 275, 12
Vibienus Vecillum lenonem heredem instituit 361, 19
Vibius Pompeio Magno simillimus 467, 7
Vibius Accaus Paelignae cohortis praef. 120, 17
C. Vibius Pansa consul (43) 231, 9
uictimarii 7, 12; uictimarius 467, 23
Victor 592, 3
Victoria 12, 20. 31, 15. 213, 21
uicus longus Romae 74, 20; (sceleratus 453, 22)
L. Villius Annalis proscriptus a filio proditus 455, 8
P. Villius IIIuir noct. 373, 20
M. Vipsanius Agrippa (cons. 37 et 28 et 27) 207, 8
Viriathus 293, 2. 445, 6
Viriplaca dea 59, 11
Virtuti templum dicatum 5, 4; Virtutis simulacrum 5, 12
C. Visellius Varro C. Aculeonis filius 376, 8
uittae matronarum 227, 20
Vlixes 403, 10
Vmbria 146, 7. 347, 21
Volcanus Alcamenis 401, 26
Volero praenomen 589, 16
Volesus Valensius 588, 4
Volsci 115, 9. 179, 9. 227, 13. 243, 18. 298, 10. 344, 11; Volscus miles 243, 26; populus 344, 27
Volsiniensium urbs 425, 13
Volumnia Coriolani uxor 227, 14. 244, 5
Volumnius ab Antonio interfectus 204, 28
C. (*immo* P.) Volumnius Amintinus Gallus cons. (461) 26, 24
M. Volusius aed. pl. proscriptus 338, 10
Vopiscus praenomen 589, 12; *u.* Iulius

Vrbinas *u.* T. Marius
Vrbinus Panapio a Illuiris proscriptus 309, 13
Vtica 117, 22. 452, 8
Vulcanus *u.* Volcanus

Xanthippe Socratis uxor 327, 20
Xantippus Lacedaemonius Poenorum dux 8, 1. 445, 12 (Xanthippus)
Xenocrates philosophus 108, 1. 171, 6. 185, 19. 317, 3. 329, 12
Xenophilus Chalcidensis Pythagoricus 408, 12
Xenophon Atheniensis 269, 21
Xenophon Lampsacenus geographus 409, 11
Xerxes 32, 14. 107, 18. 126, 8 241, 4. 242, 11. 301, 7. 389, 10. 393, 16. 425, 28. 443, 1 464, 21

Zaleucus 16, 11. 301, 26
Zeno Citieus 132, 19 (*confusus cum Eleate*)
Zeno Eleates 131, 22
Zeuxis pictor 150, 4
Zisemis (*an* Ziselmius?) Thrax 431, 21
Zmyrna 116, 24. 610, 2
Zmyrnaea mulier 374, 20

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 13, 8 lege *IVLIO;* p. 34, 11 *Philippiis;* p. 35, 8 in not. *cf. etiam;* p. 51, 1 *is,* non *in;* p. 56, 25 *cruore;* p. 69, 2 *Sulpicio,* non *Sulpico;* p. 72, 18 dele post *a.* punctum; p. 107, 16 lege *domesticis;* p. 127, 7 *conantes*, non *cocantes;* p. 139, 29 *reddidit*, non *redditit;* p. 166 in not. ante *solitaurilium* numerus *26* excidit; p. 178, 15 lege *tinebantur*, non *tinebatur;* ib. 19 *proprio;* p. 206, 4 *ab*, non *ob;* p. 219, 15 *Centobrigenses,* non *Centrobigenses;* p. 222, 15 in not. *Philippii*, non *Philipii;* p. 234, 22 scribendum uid. e Par. *in* ⟨*ea*⟩ *urbe;* p. 270, 2 lege *filii;* p. 290, 26 *Romanae;* p. 299, 11 *eum* del. Mommsen; p. 317 in summo margine lege *Cap. VIIII,* non *Cap. VI;* p. 330, 21 *suo* post *usu* iam coniecerat Dilthey Anal. Callim. diss. Bonn. (1865) thes. VIII; p. 354, 2 in not. lege *Liu. XXIII 14, 2*, non *XXIII 74, 2;* p. 357, 20 *uisceribus;* p. 412, 11 in not. *possessio*, non *posessio;* p. 424, 9 in not. *Munatiam*, non *Manatiam;* p. 431 in summo margine *Cap. II*, non *Cap. I;* p. 590 in not. lege *22 quod mortua,* non *21 quod mortua.*

Nonnullis locis emendationes Paridensis epitomae a me uel ab aliis temptatas ab Arminio quoque Buschio inuentas esse nescio quo casu factum sit ut commemorare praetermiserim; ille enim ipse quoque coniecerat p. 484, 27 *cum per iocum* pro *conpertum cum;* idem p. 496, 4 *e Cannensi;* p. 519, 6 *attemptarent;* p. 528, 14 *artissima;* p. 554, 12 *e conpluribus;* p. 569, 9 *id* delendum censuit; p. 575, 14 *iungerentur;* p. 594, 26 *ueheret* cum Novakio, quod recipere debebam. idem praeterea recte, ut uid., p. 549, 30 *et* ante *postera* delendum, et p. 551, 33 *uulgari* pro *peruulgari* scribendum iudicauit.


3 2044 010 234 474

